B 22
101
BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE - FIRENZE

Digitized by Google

NOVISSIMA STATUTA

MAGNIFICÆ CIVITATIS

BELLUNI.

Digitized by Google

Digitized by Google

STATUTORUM
MAGNIFICÆ CIVITATIS
BELLUNI
LIBRI QUATUOR

Quibus nunc primum acceſsère Decreta, Partes, ac Terminationes pro bono Regimine Civitatis nunquam ante hac impreſſæ.

Unà cum Indicibus locupletiſſimis.

VENETIIS
APUD LEONARDUM TIVANUM
Sumptibus Sotietatis.

M D C C X L V I I.

De Superiorum Licentia, ac Privilegio.

Digitized by Google

B· 22 — 101



NOBILISSIMO, ET PRÆSTANTISSIMO VIRO

D. D.

PETRO MARCHIONI FULCIS

EQUITI HIEROSOLYMITANO

LEONARDUS TIVANUS

S. P. D.

NOvum hujuſce Tuæ Magnificæ Civitatis Belluni Statutorum Volumen meliorem per me,

poſtre-

Digitized by Google

poſtrema hac editione, in formam redactum; Decretis, Partibus, Terminationibus, ac Privilegiis compluribus nunc primo auctum; nec non Indicibus locupletiſſimis exornatum; nullis melioribus auſpiciis in lucem prodire poterat, quam Tui Ampliſſime Vir, *in quem unum Concives vel Nobiliſſimi jamdiu intendentes, in eam jure ac merito devenere Opinionem, fore ut nedum apud Incolas, verum & ubique valeres plurimum æſtimatione, & gratia. Etenim quum ad præſtantiſſimam Nobilitatem tuam, quam a* Sereniſſimo Eſtenſi ſtipite *novem ab hinc ſæculis, in Magno illo Freburgenſi Marchione, ac Omni vir-*

tutum

tutum genere præclariſſimo Fulco *originem, & agnomen traxiſſe haud dubium eſt ; acceſſionem feciſſes Optima quæquæ promovendi , ac glorioſiſſima perpetrandi (emenſo litterarum curriculo, tanto honore, quantum felicitas ingenii tui ad facultates omnes natura veluti comparati, tibi promeruit) in ipſo Juventutis flore ad ſacras Hieroſolymitanas convolaſti Claſſes, ubi præclaræ Fortitudinis, ac Prudentiæ ſignis datis, Officiiſque omnibus functis; in bello æque ac in pace Glorioſus, quaſi æmeritæ militiæ ſtipendium* Te *recepiſti in Patriam Fulgentiſſima illa decoratum Cruce , quam non ſemel , nec primo Majores Tui promerue-*

Digitized by Google

re, obtinueruntque. Nec equidem fruſtrari poterant communia Vota. In Te *quippe* Unum *abbundanter cumulatum quicquid Virtutis & Gratiæ, per tot ſæcula ubique terrarum* Gentis Tuæ *Præſtantiſſimos Patres glorioſiſſime decoravit, nemo eſt, qui non videat. In* Te *norunt cuncti militarem Fortitudinem illam, qua primus ac memorabilis* Fulcus *adverſus Totilam, Alanos, alioſve Tyrannos complurimos ſtrenue pugnando, Italiæ noſtræ miſere tum vexatæ opem nedum, verum & libertatem tulit. In* Te *ardens illud Religionis dilatandæ ſtudium pro quo* Eberardus *Eques Hieroſolymis, Duce inviƈtiſſimo illo Bulgione cujus glo-*

rioſa

rioſe meminit Torquatus celeberrimo ſuo poemate; Hippolytus *vero Rhodi contra Turcas, & Saracenos ſacram qua fulgebat Crucem, & Catholicam Fidem tuendo, mori non dubitarunt. In* Te *admirabilem Prudentiam illam, qua* Henricus *magni nominis Eques adeo Principibus ac populo charus fuit, ut de Eo tam multa ac mira Patavinæ Hiſtoriæ loquantur. Nonne eximia Pietas illius pientiſſimi* Amici, *qui Abbas fuit & Cathedralis Canonicus, de quo monumenta præclara Bellunenſes concives tenent, & in dies verſantur ob oculos, in* Te *clare eminet, dum Templa Sacerdoteſque Religioſiſſime colis, & pauperibus libe-*

ralſ-

Digitized by Google

raliſſime ſubvenis ? Nonne ſingularis Æquanimitas, qua in proſperis ac in adverſis ſemper idem conſtanſque fuit colendæ memoriæ Bonifacius Eſtenſis, *in* Te *quoque refulget, dum nec in ſecundis elatus, nec in contrariis demiſſus firmitatem animi ubique eventuum inviolabilem ſervas, Comis alioquin erga ſingulos ſemper, & Gravis ? Nonne..... Verum enim vero, quis umquam fando fari poteſt Nobilitatem, Dignitatem, Splendorem, Virtutes demum ac præclara Facinora illius inclytæ Gentis, ex qua Illuſtriores totius orbis Familiæ prodierunt; quam propterea ſuam ſibi vendicant Itali, & iure optimo, ſuam Germani, Galli itidem ſuam;*

cujus

Digitized by Google

cujus eximas laudes paſſim enarrant Eccleſiaſtici Annales, ac plurium Nationum Hiſtoriæ? Ex hac prodiere Venerabiles illi Patres, qui Sacras Cathedras Infulis, Celebriores Suggeſtus ſudoribus, Sanctitate demum decorarunt Altaria; Ex hac Invictiſſimi Heroes illi, quorum Alter Inſubrium, ac Genevenſium tumeſcentem ſuperbiam coercuit, dum Arlenſem Urbem, ac Monſilicis Oppidum ſupramodum vexabant; Alter vero Helvetiorum exercitu fracto, necnon Guidonis, ac Redulfi tunc temporis magni nominis Ducum devicto furore, tum demum Burgundiæ Comes meruit renuntiari; Ex hac Alfonſus ille militari virtute clariſ-

ſimus,

Digitized by Google

ſimus, qui poſt debellatos populos, devictaſque nationes in Galliam ipſam Fulcianæ Familiæ nomen invexit & Gentem, uſque in ævum glorioſiſſime permanſuram. Ex hac Fulchinus *fortiſſimus miles, qui adverſus Ezzelinum Patavii tunc immaniter dominantem, ſtrenue ſe geſſit, ac compeſcuit audaciam. Ex hac inclyti Fratres illi*, Jacobus *Eques ac* Hieronymus, *quorum primus Patavii adverſus Maximilianum Equeſtris militiæ; Alter vero Belluni Pedeſtris ſupremus Ductor, Rempublicam noſtram in ſummo diſcrimine fideliter ſerviendo, mirum in modum juvarunt.* Gens *equidem Digna, quam Imperatores Regeſve ſpecioſiſſimis*

titu-

titulis necnon ſtemmatibus cora deverint; Reſpublica Veneta Privilegiis ampliſſimis auxerit; Patavina Civitas nobilitate donaverit; ac tandem ipſamet Hieroſolymitatana Religio ſingulari diplomate Pontificis ore firmato, Tibi Uni Præſtantiſſimæ Familiæ tuæ ſuperſtiti indulſerit, Nobiliſſime *Vir, ut matrimonium contrahere valeas, quin ſacratæ Crucis prerogativas amittas. Quo igitur uſus, ex Nobili Bellunenſi Familia Comitum* Barbi, *quæ a priſcis Proculis Barbis ducit originem, Imperatoribus ac Sereniſſimo Dominio præcipue chara, ac in pretio habita nulli propterea ſecunda; Tibi copulaſti in Uxorem Matro-*

nam

nam illam, cujus inſignes dotes, ac præclaras Virtutes norunt Omnes, cunctique admirantur; & Liberos ſuſcepiſti indolis adeo præſtantis, de quibus futurum profecto, ut ventura ſæcula bene audiant, & Patruum Gloria per glorioſa Nepotuum Facinora reviviſcat, dilatetur, creſcat in dies, nec a Poſterorum umquam cancelletur memoria. Deus Optimus Maximus, Vir Præſtantiſſime, *ſinceriſſima Vota exaudiat; donetque ut longiſſimo ævo* Te *incolume Nobis ſervato, Benignitate tua frui, ac Tibi Demiſſiſſimum, Obſequentiſſimum, ac Addictiſſimum me profiteri liceat. Vale.*

Digitized by Google

IN NOMINE DOMINI
NOSTRI JESU CHRISTI

Anno ejus ſalutiferæ Incarnationis Milleſimo quingenteſimo vigeſimo quarto Indictione Decima ſecunda .

BELLUNENSES AD LECTOREM.

PLATO Vir ille doctrinarum omnium Conſultiſſimus legum exordia adeo juſtis, felicibuſque inchoavit auſpiciis, ut unum mundi rectorem, atque gubernatorem beatificum, inominabilem ultra modum non ab re ter ſtatim in principio nominarint. Exemplo ſiquidem obſervabili, & impœnitendo, ubi tres diſputant legum concionatores luculentiſſimi: qui divino ſinguli patrocinio conjuncti, tres quoque legum auctores imitantur Minoem, Licurgum, atque Solonem: qui & ipſi leges tribus acceptas numinibus retulerunt Jovi, Apollini, & Minervæ, id quod non injuria quidem relatum comprobatur. Sol namque planetarum Dominus potentiam indipiſcitur, clementiam Jupiter afferit, ſapientiam Minerva conſequitur: quæ tria dubia, procul legis ſolidam, exactamque naturam complectuntur. Etenim quid aliud eſſe legem contendimus, quam examuſſiatam quamdam regulam ratione, & certo quodam ordine non citra ſapientiam ad bonum ſubditos pervehentem. Tria igitur apud priſcos numina, divinam referentia Trinitatem, legibus neceſſario conſuluiſſe perhibentur. Nec me fugit ſcriptores eſſe in re latina aſſiduos, claſſicos, & minime proletarios: qui in triſmegiſtrum legum civilium initia referant: Phoronem Argivis dediſſe leges, Moſem cœlo lapſas hebræis, Ægyptiis Mercurium, Draconem, & Salonem Athenienſibus, Cretenſibus Minoem, Licurgum Lacedæmoniis, Pithagoram Methapontinis, Eudoxum Gnidiis, Turiis Pithagoram, & Carriddam, Stageritibus Ariſtotelem, Romanis Romulum. Sed tamen hoc compitiſſimum eſt illarum originem a Diis potius fuiſſe immortalibus conſecratam, Cereremque primam leges dediſſe hominibus: idcirco legiferam a poetis appellitatam, digna ſane res: quæ divinitati aſcriberetur. Quippe quos Dea frugibus, & alimentis impartiverit, legibus eoſdem voluerit inſtitutos, ſine quibus humanum genus aut conſtare, aut ſaltem honeſte conſtare non poſſet: ut vitam, corpuſque non ſolum cibo ſuſtineremus: ſed legum etiam defenſione tueremur. Jus vero ipſum pluribus dici modis jam pridem didicimus, naturale, quod eſt commune omnibus

Digitized by Google

bus animalibus: jus gentium, quo gentes utuntur humanæ: jus civile, quod ex legibus, plebiſcitis, ſenatus conſultus, decretis principum, & auctoritate prudentum venit: Jus publicum in ſacerdotibus, & magiſtratibus conſiſtit: Jus privatum ad ſingulorum utilitatem: Jus item dicitur locus, in quo jus redditur, ut Paulus meminit de lege, & legis origine auctor graviſſimus. Lex, ut Criſippus diffinit, eſt divinarum, & humanarum rerum notitia: lex rogatiò dicitur: lex dei donum eſt, ſapientium hominum dogma, voluntatis inhibitio: legis eſſe virtutem dictitant imperare, veterare, punire, permittere: lex eſt æternum quoddam, quod univerſum mundum regit, imperandi, prohibendique ſapientia; Conſtatque ad vitam omnium quietam, & beatam, ad ſalutem civium, civitatumque incolumitatem. Ubi igitur lex non eſt, ibi quies, & beatitudo, & incolumitas deſideratur. Quibus bonis ne nos Bellunenſes vitam felicitatis deparcam, amaritudinis fœcundam viveremus: Majores noſtri: non ignari bona animi corporis, bonis longe eſſe anteponendam, cum ſolertiſſime, & prudentiſſime nobis conſultum vellent: Rempublicam hanc ſanctiſſimis inſtitutis munientes leges inculpatiſſimas relinquerunt: quæ, quod totæ ſunt in æquitate, & moderatione: totæ in prudentia, & ſapientia conſtitutæ. Totæ ad Civitatem hanc regendam, gubernandam, defendendam ſunt excogitatæ. Totæ denique ad vitam bene, beateque agendum adinventæ, ab inviſtiſſima illa, & florentiſſima optimatum Venetorum ariſtogratia jure ſunt meritiſſimo comprobatæ, cuiquam conferas? alteram medius fidius meliorem non habet Italia, non Europa, non totus orbis, ſi magnificentiſſimum urbis Venetæ apparatum, ſtupendum ſitum inſpexeris: ſi rerum opulentiam, legum ſanctitatem, juris æquationem, innocentiam animo volutaris: ſi ſanctiora quæpam inſtituta: & in his divinam propemodum Reipublicæ formam adminiſtrandæ penſiculaveris. Quum igitur Majoribus noſtris de nobis omnibus cumulatiſſime meritis in infinitum, & citra terminum debemus; Neſcio magis, an æquo jure nos ſibi mancipatos, & obnoxios reddiderit Hieronymus Zeno magiſtratus noſter juſtiſſimus, juſtiſſimorum optimus: qui ſumma cura, conſilio, & diligentia effecerit: ut leges municipales hujus noſtræ Reipublicæ Belluni, fœdo ſitu, & carioſa vetuſtate obſcuratæ, conſumptæ, extinctæ, corruptæ, omnibus erroribus quam diligentiſſime purgatis ſint in lucem, claritatem, & vitam revocatæ, & impreſſioni traditæ: Id quod ex omnibus ejus officiis, imo beneficiis potius: quæ, & multa, & magna in nos contulit, debet certe nobis eſſe longe gratiſſimum. In obeundo hoc munere prætorio nihil eſt a Zeno Prætore integerrimo relictum: in quo pro virili portione publica commoda non foverit: quod rectum fuit, id ſolum utilia exiſtimavit: quod jure

juran-

Digitized by Google

jurando facturum ſe eſſe promiſit, id re comprobavit. Fuit magiſtratus noſter quoad fieri potuit: bonorum portus, ac reorum ſcopulus: Juſtitiæ cultor acerrimus: æqui, honeſtique amantiſſimus: oculos, animum, cogitationes, ſua omnia ſtudia, in æquitatem convertitur, juſtitiam amplexatus: Cujus hæc vis efficaciſſima eſt hoſtem eſſe: atque inimicum hominum, morumque malorum: contra defenſorem hominum, morumque bonorum. Habuit imprimis in memoria; atque in pectore divina illa Catonis Cenſorini verba, ab Aulogellio ſuis in noctibus lucidiſſimis recitata: *Si quid per laborem recte feceris, labor ille a te cito recedet: benefactum, dum vives, non abſcedet. Sed ſi quid per voluptatem nequiter feceris, voluptas cito abibit, nequiter factum, illud apud te ſemper remanebit*. Ita prætor præfectuſque noſter gravis, ſanctus, incorruptus contra improbos, nocentes inexorabilis ad benefaciendum mentem, ſtudium, operam, induſtriam, applicans ſibi honori, Reipublicæ noſtræ ornamento, & utilitati, poſteris exemplo eſſe voluit immemorabili, & undecunque laudando.

PARS

Digitized by Google

PARS CAPTA
IN CONSILIO ROGATORUM.

FRANCISCUS FOSCARI Dei Gratia Dux Venetiarum; &c. Nobilibus, & ſapientibus Viris Delphino Venerio de ſuo mandato Poteſtati, & Capitaneo Civitatis Belluni, & ſucceſſoribus ſuis, fidelibus dilectis ſalutem, & dilectionis affectum.

Comparens ad præſentiam noſtram prudens fidelis noſter Memor de Paxia Ambaſciator fidelis communitatis noſtræ Civitatis Belluni, noſtro Dominio humiliter ſupplicavit, quam cum nuperrime pro partialitatibus extirpandis provideritis de revocando, & annullando proviſionem rotulorum, & ſcripturas, per quas officia ipſius civitatis, & diſtrictus dari ſolebant in volumine ſtatutorum ipſius civitatis, & cum ſexdecim electis per ipſum conſilium de novo ſtatuentis ordines, & ſtatuta circa ipſorum officiorum contributionem, dignaremur pro conſervatione, & augmento ſtatus noſtri, & dictæ civitatis, & pro talibus removendis partialitatibus ipſos novos ordines, & ſtatuta approbare, & confirmare. Nos vero ipſius communitatis conſiderata fidelitate, & diſpoſitione: viſis, & diligenter examinatis dictis novis ordinibus, & ſtatutis cum noſtris Conſiliis Rogatorum, & adjectionis ſcribentes, atque mandantes, eoſdem novos ordines, & ſtatuta duximus tenore præſentium confirmandos, laudandos, & approbandos fidelitati veſtræ cum dictis noſtris conſiliis Rogatorum, & adjectionis ſcribentes, atque mandantes, quatenus ipſos novos ordines, & ſtatuta obſervare, & obſervari facere debeatis, prout jacent. Tenor autem ipſorum ſtatutorum, & ordinum per nos approbatorum talis eſt. Videlicet

Quod omnia officia dictæ civitatis Belluni, & Comitatus ejuſdem debeant inſaccari, & in ſaccetis poni, videlicet, quod quilibet de Conſilio debeat ſcribi de per ſe ſuper uno breve de charta membrana, & ſorte tempore ipſorum officiorum per dominum Poteſtatem, & Capitaneum, qui pro tempore erit, ex ipſis ſaccetis extrahi: & extracta in uno alio ſacceto, faciente mentionem de extractis, poni. Et quod quodlibet officium habeat duos ſaccetos, unus, in quo ſtent officia extrahenda, aliud vero, in quo ponantur extracta.

Item quod ſi contingeret plures de una & eadem domo, ſive agnatione, vel progenie uno inſtanti convocari ad unum & idem officium, ſolummodo primo vocatus illud officium obtineat: dummodo aliter non ſit impeditus. Et quod ille, qui ſecundo, vel ulterio-

ri

ri loco fuerit extractus ad idem officium, debeat reponi in illo, & eodem ſacculo, ex quo extractus fuerit.

Item quod nullus artifex, vel mechanicus exercens artem manualem, vel perſonalem, non acceptetur, nec admittatur ad concurſum cum aliis Conſiliariis vocatis: & qui vocari debent ad ipſa officia.

Item quod nullus, qui non ſit de numero Conſiliariorum dictæ civitatis admittatur, vel vocetur ad concurſum dictorum officiorum, ſed ſolummodo ipſi Conſiliarii modo, & forma prædictis.

Item quod Trigintaſex homines Conſiliarii ad minus de ipſo conſilio repreſentent totum Conſilium, & Populum ipſius civitatis. Et quod quidquid proviſum, captum, & deliberatum, ac reformatum fuerit per ipſos Conſiliares triginta ſex, aut majorem partem ipſorum, plenam obtineat firmitatem: & valeat, & teneat, ac ſi per totum Conſilium, & Populum ipſius civitatis factum fuiſſet: dummodo Dominus Poteſtas, & Capitaneus, qui per tempora fuerit in ipſa civitate ipſi deliberationi, & reformationi ejus auctoritatem interponat, abſentia, vel contumacia aliorum de dicto Conſilio non obſtante. Et ſalvo ſtatuto loquente de havere communis.

Item quod nullus ex dictis Conſiliariis, qui ad officia prædicta vocari poſſit, qui non ſit ætatis annorum trigintaduorum, poſſit, aut debeat modo aliquo admitti, aut acceptari ad officium Conſolatus. Et ſi extractus fuerit, reponatur in ſaccetto, & alius dictæ ætatis annorum trigintaduorum, & ultra ejus loco extrahatur.

Item quod quando contigerit ſorte, ut dictum eſt, aliquod officium alicui de dicto Conſilio, ille talis, cui contigerit ipſum officium, poſſit dare, & conſentire illud officium alicui alteri de dicto Conſilio: dummodo videatur ſufficiens domino Poteſtati, & Conſilio civitatis Belluni.

Item quod ſi fuerint plures aſcendentes, & deſcendentes, ſive etiam collaterales, videlicet, fratres, & ſobrini, & filii fratrum de una, & eadem domo, & agnatione in ſimul habitantes ſub uno, & eodem æſtimo: qui ſint ætate annorum viginti, & ultra ad curſum quorumcunque officiorum dictæ civitatis, & ejus diſtrictus ſolummodo imboſſoletur, ſive inſaccetur unus de prædictis, & vocetur ad ipſa officia, qui ſit magis idoneus ad ea exercenda: & dummodo ſit de numero Conſiliariorum dictæ civitatis.

Item quod ille, qui fuerit loco alterius conſtitutus ad aliquod officium, non poſſit finito dicto officio admitti ad idem officium uſque ad unum annum proxime futurum poſt dictum finitum officium, niſi ſibi contigerit ex perſona ſua propria per ſortem ad brevia, intelligendo quod ille, qui dederit officium quod ſibi contingebat, ponatur in ſacceto officiorum factorum: Ita quod ulterius non currat ad ipſum officium, niſi completis brevibus ipſius

b offi-

officii. Et quod nullus ſurrogans, nec ſurrogatus durante officio ſurrogato aliquod aliud officium ex officiis prædictis poſſit habere, vel exercere.

Salva ſemper in prædictis, & quolibet prædictorum poteſtate, & ballia præfactæ Ducalis Dominationis addendi, minuendi, mutandi, & corrigendi, juxta formam ſtatutorum dictæ Civitatis.

Data in noſtro Ducali Palatio die quarto Menſis Maii, Indictione ſecunda 1424.

PRÆ-

Digitized by Google

PRÆFATIO.

ET quia Leges a Deo originaliter ſunt introductæ *l. fin. C. de longi temporis præſcriptione*. Et *in Authenticis de fide inſtr. §. preterea col.* vi. Idcirco in emendatione, compillatione, reſecatione ſuperfluitatis, & dilucidatione obſcuritatis infraſcriptarum Legum Municipalium condignum eſt invocari Auctorem ipſarum cum Juſtiniano Principe teſtante In Nomine Domini Noſtri Jeſu Criſti, *C. de officio præfect. prætor. Africæ in l.* 1. ejuſque Matris Virginis glorioſæ: & Sanctorum Martini, Blaſii, Joathæ, Lucani, Lamperti, & Georgii, qui ſunt Patroni, & Advocati Communis Civitatis Belluni in cœleſti Curia.

Quippe Cum quædam, emerſis poſtea factis meliore conſilio, permutationem, & emendationem deſiderant: ut ſcribitur, & habetur. *C. de emend. Juſtit. circa principium*: & ſcribitur, non debet repræhenſibile judicari, ſi ſemper varietatem temporum ſtatuta quandoque varientur humana: præſertim cum urgens neceſſitas, vel evidens utilitas id expoſcitur, *Extra de conſanguin. & affin. cap. non debet*, & alibi dicitur. Nam qui factum emendat, laudabilior eſt eo, qui prius adinvenit. *C. de veteri Jure enum. l.* 1. *§. omnia*. Ideo generale Conſilium, & illi de Conſilio generali hujus Belluni Civitatis: cui condendi, mutandi, & interpretandi Leges municipales poteſtas dignoſcitur attributa, ut *l. omnes populi ff. de Juſtitia, & Jure* auctoritate, & de beneplacito, voluntate, conſenſu, & licentia Illuſtriſſimæ, & Excellentiſſimæ Venetiarum Dominationis hujus Civitatis Belluni perpetualis Dominæ, infraſcripta condiderunt Statuta. Quæ ab ipſa inclyta Dominatione condita dici poſſunt: cum omnia ab illius Dominationis Poteſtate, & Dominatione condita, ac compillata, ſive reformata dici poſſunt: quibus ſua impartitur auctori-

Digitized by Google

tas, ut *l. ii. §. in tanta . C. de veteri Jure enuc.* ſtatuerunt, & vinculo ſacramenti deliberaverunt, & firmaverunt ipſum Conſilium, & Conſiliares, repræſentantes totum Populum, & Univerſitatem Belluni in pleno eorum Conſilio convocato, & congregato in loco ſolito, & conſueto, ad ſonum campanæ, voce præconia præcedente: & more ſolito de licentia, & auctoritate Clariſſimi, & Generoſi Domini Hieronymi Zeno digniſſimi Poteſtatis, & Capitanei dictæ Civitatis Belluni, pro præfata Illuſtriſſima Dominatione Venetiarum, omnia infraſcripta Statuta, in præſenti volumine notata.

RU.

Digitized by Google

RUBRICÆ MATERIARUM,

Quæ in hoc Volumine continentur.

IN LIBRO PRIMO.

DE *Auctoritate Illuſtriſs. Dominationis Venetiarum in Civitate, & Agro Bellunenſi.* pag. 1
De Juriſdictione Dom. Rectoris, ejuſque Vicarii. 4
De Notariis, eorumque Officiis, &c. 28
De Juratis. 46
De Officiis, & Officialibus. 51
De Præconibus. 54
De Baroveriis. 60

IN LIBRO SECUNDO.

DE *modo, & qualitate adminiſtrandi jus.* pag. 63
De Ordine judiciorum. 82
De perſonis, quæ intereſſe poſſunt in judicio. 90
De praxi judiciorum. 96
De præſis, ſententiis, & præceptis. 103
De pignoribus. 112
De fidejuſſione, ceſſione bonorum, & de executione eorumdem. 121
De Interdictis, Sequeſtrationibus, præſcriptionibus, & aliis. 131
De Succeſſionibus, & mittendis in poſſeſſionem hæreditatis defunctorum. 138
De Dotibus. 145
De Pupillis, minoribus, & filiisfamilias. 150
De forbannitis. 154
De confinibus, & Livellariis, Ruſticis, Villanis, & Locationibus quibuſcumque, & decimis. 158
De Maricis, & Saltariis, eorum Officio, & de Animalibus damnificantibus, eorumque paſcuis. 174
De Repreſaleis. 187
De Arbitris, & Compromiſſis. 190
De variis juribus. 195
De Privilegiis, & privilegiandis. 197
De Nundinis. 199
De Oneribus publicis Civitatis. 202

De

Digitized by Google

De Carceratis, & carcerandis, & de pœna inobedientium præceptis Rectorum, aut fraudem committentium. 204

IN LIBRO TERTIO.

De maleficiis, & aliis delictis. pag. 210
De inſultu, percuſſionibus, & vulneribus. 217
De Homicidiis. 223
De Adulteriis. 226
De falſis, ac delictis læſæ majeſtatis, ac proditionis. 232
De furtis, & trabutationibus, & eorum pœnis. 237
De Poſſeſſionibus alicujus non intromittendis. 240
De Tabernariis, & eorum obligationibus, ac pœnis. 242
De Verbis injurioſis, & aliis diverſis Bannis, & delictis. 247
De pignoribus, & re vendita duobus. 252
De Molendinariis, & Piſtoribus. 254
De Beccbariis. 456
De immunditiis, & Cloacis, de impedientibus vias publicas, & porticus. 162
De Operariis, & Cariatoribus Vini. 266
De Muro Civitatis. 269
De Avibus, & Sparaverio. 270
De Forbannitis pro maleficio, & malefactoribus, etiam pro proditione Civitatis. 271
Ne conventicula fiant contra publicam utilitatem. 280
De Piſcatoribus. 281
De rebus, quæ extra diſtrictum conduci non debent ſine litteris Notariorum. 284
De variis particularibus. 286
De incendio, & incendiariis. 296
De obſervandis iis, quæ per Commune ordinantur. 298
De Carceribus, & Carceratis. 300
De ſervandis Amplis, & paſcuis Communis Belluni, & de variis particularibus. 302

IN LIBRO QUARTO.

De datiis in Generali. 313
De datio Vini. 336
De datio Panis. 344
De datio Ferri. 345
De datio Vini præcipue alieni diſtricti., Bladi cujuſcumque generis,

Sa-

Salis, Olei, Carnium, & cæterorum Victualium, & Mercium. 348
De datio Beſtiarum cujuſcumque generis. 355
De Muda Capitepontis. 366
De Muda de S. Boldo. 378
De Datio Statera Ferri. 380
De datio Zattarum 382
De datio Panni, Lanæ, Pellium, Ceraminis, & ſimilium. 383
De datio Libretæ. 387
De Muda D. Epiſcopi Civitatis. 395

NOI

NOI RIFORMATORI

DELLO STUDIO DI PADOVA.

Concedemo licenza à Leonardo Tivani Stampatore di Venezia di riſtampare il Corpo de' Libri intitolato: Raccolta di tutte le particolari Leggi, e Statuti delle Città ſoggette, al Dominio della Sereniſſima Repubblica di Venezia, già altre volte à parte à parte ſtampati nel Sereniſſimo Dominio con licenza de' Superiori.

Data li 16. Maggio 1741.

(*GIO: EMO Proc. Riff.*

(*PIETRO GRIMANI Proc. Riff.*

(

Agoſtino Bianchi Segr.

STA-

Digitized by Google

STATUTORUM
BELLUNENSIUM
IN VOLUMINE

Vocum obſoletarum, & obſcuriorum contentarum Explicatio.

Altaneus, ei.	Arbore di qualunque ſorte, che ſoſtiene la vite.
Archator, oris.	Arciere, ſpecie di Soldateſca antica.
Arengus, i.	Luogo, in cui ſi pubblicano le Sentenze criminali, ed altro.
Aſtiludiator, oris.	Gioſtratore *ab Aſtiludio* Gioſtra.
Auxellus, li.	Uccello in genere.
Azari ludus.	Giuoco de' Dadi, *quaſi azariæ ludus.*
Bannire.	Mandare in bando, in eſilio. Talvolta ſi prende per lo ſtridare, pubblicare, e proclamare, che fa il Comandadore a ſuono di Tromba; E talvolta per proibire: *Bannire poſſeſſiones.* Proibire, che alcuno non faccia danni nelle Poſſeſſioni altrui.
Bannitus.	Bandito. Vedi *Forbannitus.*
Baraterius, rii.	Truffatore, cioè Barro, che con fraude criminoſa inganna ſul giuoco, e leva alle perſone ſemplici le loro ſoſtanze, *a Barataria*, cioè inganno con fraude, o ſia macchinazione coperta ordita in danno delli Giuocatori.
Barowerius, rii.	Barodero, cioè Officiale, o Sbirro, che cammina armato, e va a levar le pegnore da' Debitori in compagnia del Commandadore, ed anche a prendere le perſone, ſecondo gli viene commandato. *Barodarius. Baroerius.*
Biſcazaria, riæ.	Biſca, Biſcaccia, o Biſcazza, cioè luogo di giuoco pubblico, o ſia ridotto per giuochi non permeſſi, o di vantaggio.
Buzolus, li.	Boccale, miſura nota.

Digitized by Google

Canalis, *lis*.	Strada per ordinario principale: ſi dice *Canalis*, perchè alle volte vi ſcorre l'acqua ſopra a guiſa di Canale.
Caprezium, *zii*.	Gregge di Capre.
Cedere bona.	Importa la ceſſione, che fa il debitore delli ſoli beni, che poſſede.
Cedere bonis.	Importa la ceſſione de' beni preſenti, e venturi.
Cridare.	Stridare, pubblicare, o proclamare per tromba.
Cultura Civitatis.	Si prende per i Terreni della Regola della Terra. Vedi *Regula*.
Cyatus a quartarola.	La quarta parte di un Boccale.
Diſcus, *ſci*.	Si prende talvolta per Tribunale, talvolta per Tavoliere da giuoco.
Dojoni Pons.	Ponte della Porta Dogliona, detto anche Ponte delle Catene.
Domus.	Vedi *Plebs*.
Enxenium, *nii*.	Dono dato in occaſione di qualche ſolennità, *quaſi Encænium*.
Exgroſſatores.	Magiſtrato del Conſiglio, che preſſiede alla ſicurezza, e pulitezza delle pubbliche Strade.
Falcidia, *iæ*,	Quarta parte della Eredità.
Faſſum, *i*.	Faſcio, o ſia mazzo.
Feriæ repentinæ.	Ferie non ordinarie, che vengono di nuovo per qualche occaſione introdotte.
Forbannitus, *ti*.	Vale lo ſteſſo, che *Bannitus*. Bandito, ovvero eſiliato della Città, e Diſtretto per qualche maleficio, ed anche per debito civile.
Fictus, *us*,	*quaſi affictus*. Affitto.
Fuſtigari.	Eſſer fruſtato.
Groſſules, *lium*.	Biade dette volgarmente groſſe, che ſono Formento, Segala, Orzo, Avena, Miglio, &c. quindi *Affictus de groſſulibus* ſignificano gli Affitti, o Enfiteuſi, che ſi pagano con tal ſorta di Biade.
Incontrum, *ri*.	Sorta di giuoco.
Interceſſor, *ris*.	*quaſi fidejuſſor*, e ſpecialmente ne' contratti di mutuo.
Largatus, *ti*,	*quaſi Larignus*. Gomma viſcida, ch'eſce dal Larice, legno noto.

Laſta.

Digitized by Google

Laſtata, *tæ*.	Laſtricato. *Soſtantivo*.
Licitatio, *onis*.	Offerta all' Incanto.
Macius, *cii*.	Mazzo, o ſia Faſcio.
Manæ, *arum*.	Faſcio, o gran mazzo, ſpecialmente di paglia.
Maricus, *rici*.	Ufficio di colui, che rappreſenta un picciol Commune, volgarmente detto: Meriga di Regola.
Maſſaria, *riæ*,	*quaſi res familiaris*. Mobili, Maſſarizie di Caſa.
Media, *iæ*.	La metà di un Boccale, volgarmente, Inghiſtara.
Mendum, *di*.	Emenda, o ſia riſarcimento.
Mereus, *rei*.	Mirro, miſura nota, ſpecialmente per l'Oglio.
Metreta, *tæ*.	Inghiſtara.
Muſilum, *li*.	*Muſile*, *lis*. *Pratum Muſile*. Prato della Fiera.
Natio, *onis*.	Natura, ſorta, ſpecie.
Nebulæ, *arum*.	Sorta di Buzzoladi.
Paiſare.	Uccellare.
Paraphrenaliæ Bona.	Beni, che ſi danno in Dote.
Paraſides, *dum*.	Tagliere, Taglieri.
Pediſequa, *quæ*.	Perſona, che ſta a ſalario per ſeguire il ſuo Padrone nel cammino.
Peremptio inſtantiæ.	Importa l'effetto di far perdere all'Attore la libertà di riaſumere, e proſeguire la Lite ſpirato il termine deſtinato alla proſecuzione della medeſima, preſumendoſi per il ſilenzio un volontario abbandono della Cauſa, ed il riconoſcimento del proprio torto. Per queſto nel Lib. 2., cap. 28., pag. 77. pendono deliberative ſu queſto propoſito circa al tempo feriato, e dilazioni; & nel Cap. 29. dello ſteſſo Lib. viene obbligato l'Attore pagar le ſpeſe al Reo nel caſo della perenzione dell'iſtanza, e ſe voleſſe di nuovo incoare la Cauſa.
Phieta, *tæ*.	Metà del Boccale. Inghiſtara.
Pirata, *tæ*.	Birra fatta di Pere.
Plebs Domi.	Quel Tratto del Territorio Belluneſe, che comprende le Sindicarie di Mier, Pedemonte,

te, Oltrardo, che così viene denominato, perchè in quanto alla Cura Spirituale è ſoggetto al Rever. Capitolo del Duomo. Vedi lo Statuto al foglio 289., capit. 212. del Lib. 3.

Plajum, *ii*. Pendice. Riviera.

Pomata, *tæ*. Birra fatta di Pomi.

Ragalia. Regalia.

Refutare. Rinonziare volontariamente; e talvolta rinfacciare.

Revellum, *li*. Negazione, o ſia negativa del pegno. *Revellum facere:* negare il pegno.

Reverſum, *ſi*. Roveſcio.

Roncare. Roncare, eſtirpare.

Saletum, *ti*. Saliceto, volgarmente: Saletto.

Saltarius, *rii*. Ufficio di colui, che invigila, che non vengano fatti danni ne' Beni altrui, e fatti ne fa la ſtima. Volgarmente ſi chiama: Saltaro di Regola.

Scaletæ, *arum*. Sorta di Buzzoladi.

Schiravaitæ, *arum*. Guardie, Sentinelle.

Scutifer, *eri*. Uomo armigero, che ſerve a mercede, e ſenza: *Scilicet*, *qui fert ſcutum Domini*.

Semum, *i*. Scemo, lo ſcemo del Vaſo.

Sorgalæ. Canne del Sorgo.

Sploitum, *ti*. Spiedo, ſorta di arma antica.

Stabulum, *li*. Stalla; ma per lo più ſi prende per Alloggiamento.

Tabladum, *di*. Tavolato, volgarmente Tabiado, ſu cui ſi ripone il fieno.

Tabulerium, *ii*. Tavoliere da giuoco.

Taxilli, *orum*. Dadi da giuoco.

Teges, *etis*. *Tezia*, *iæ*. Tezza, ove ſi ripongono, e battono le Biade.

Trainare. Traſcinare, o ſtraſcinare; *trahere*.

Trebellianica, *cæ*. Porzione della Eredità, voce analoga alla Falcidia, e così communemente preſa.

Varentare. Lo riferire, che fa il Comandadore.

Varra, *ræ*. Lingua di Terra Prativa fra li Campi: volgarmente detta Varra.

Veges, *tis*. Vezzolo, o ſia ſorta di Arnaſo da vino di tenuta di conzi cinque, e di là in sù.

Via

Digitized by Google

Viator, oris. Viatore. Uomo, che ſerve alla Giuſtizia, e pratica le intimazioni, ed eſſecuzioni forenſi per il Territorio.

Vizare, hoc eſt bannire. Bandire, ſtridare, pubblicare, o proclamare a ſuono di tromba; *Vizare Terras, Poſſeſſiones.* Proclamare, che alcuno non faccia danni nelle Terre, nelle Poſſeſſioni. *Vizare nemora, prata &c.* Proibire, che non ſi facciano tagli ne' Boſchi, o Paſcoli ne' Prati, &c.

IN-

Digitized by Google

I N D E X

PER TEMPORA DISPOSITUS

Partium, Litterarum Ducalium, Privilegiorum, Terminationum, aliorumque Actuum huic Statutorum Bellunenſium Volumini additorum.

1392. 17. Junii. Supplicatio Civitatis Belluni Imperiali Vicario Gener. Mediolani, & Reſponſio circa Rocham Pectoris. pag. 523

1392. 26. Junii. Litteræ Communitatis Rochæ circa fidelitatem jurandam Conſilio, & Civitati Belluni. 521

1395. 4. Junii Inſtrumentum Deditionis dictæ Communitatis Rochæ Civitati Belluni; & Pacta. 522

1395. 28. Junii. Pars Conſilii Belluni approbans citatum Inſtrumentum. 528

1404. 24. Junii. Ducales circa primam Deditionem Civitatis Belluni Veneto Dominio. 529

1406. 30. Nov. Privilegium Ducale Civibus Bellunenſibus, quod ſint Cives Venetiarum de intus. 401

1406. 17. Febr. Pars, quod Promiſſiones, conceſſiones, & pacta facta Communitati Belluni obſerventur. 402

1409. 25. Januar. Ducales, quod habitator, vel habens Parentellam in Belluno non poſſit eſſe Curialis: & de contumacia eorum, qui fuerint. 403

1418. 29. Martii. Pars, quod legitimationes Naturalium non valeant in Fideicommiſſis. 544

1420. 24. Apr. Privilegium Ducale Civitati Belluni indultum in ſecunda Deditione. 404

1424. 4. Maii. Pars confirmans nonnulla Statuta Bellunenſium de novo condita. in princ.

1427. 24. Julii. Ducales circa Cancellarium Prætorium, & Notarios Terræ. 478

1440. 13. Septemb. Ducales circa Flumen Cordubii. 406

1444. 18. Auguſti. Pars de Lanificiis. 310

1450. 15. Septemb. Pars, quod Rectores, & Judices per dies 8. ante exitum Regiminis non faciant Sententias. 407

1451. 23. Decemb. Pars de uniformi Penſione. 407

1457.

Digitized by Google

1457. 28. Januarii. Pars circa mercedes Officialium pro executionibus. 408
1458. 2. Decemb. Pars, quod Animalia Bovina a laborerio non accipiantur pro pignore. 409
1461. 20. Octob. Pars circa dicta animalia, ac Inſtrumenta pertinentia ad Agriculturam non pignoranda. 410
1471. 25. Auguſti. Pars, quod paſſo damnum in ſuis poſſeſſionibus credatur uſque ad libras quinque. 411
1481. 31. Octob. Ducales de appellationibus non concedendis a Sententiis latis in Arrengo, neque a Sententiis a libris 25 infra. 411
1495. 29. Januarii. Ceſſio Liti facta a Cancellario Prætorio ad favorem Notariorum Belluni. 478
1496. 11. Junii. Pars de præſcriptione triginta annorum. 412
1505. 13. Januarii. Sententia ad favorem Notariorum Belluni contra Cancellarium Prætorium. 479
1508. 9. Auguſti. Terminatio circa Credita Aromatariorum. 496
1512. 13. Martii. Sententia ad favorem Notariorum Belluni contra Cancellarium Prætorium. 481
1517. 25. Junii. Pars, quod in cauſſis ſpectantibus Foro ſæculari non impetrentur Judices eccleſiaſtici. 414
1521. 10. Aprilis. Pars, quod Minerales teneantur ſolvere Datia pro victualiis ad uſum laboratorum ductis. 415
1529. 29. Decemb. Pars, quod obſerventur Statuta Belluni thypis impreſſa. 544
1530. 6. Novemb. Ducales, quod Civitati Belluni ſolvantur Datia conſueta, & conceſſiones eidem factæ obſerventur. 416
1532. 4. Decemb. Ducales, quod pro vena ferri ad uſum Arſenatus ducendi ſolvatur Datium Communitati Belluni. 418
1533. 26. Maii. Ducales, quod Actus criminales tantum ſpectent Cancellariis Prætoriis, cæteri vero Notariis. 484
Vide Suplicationem Notariorum. 483
1534. 31. Auguſti. Litteræ pro executione dictarum Ducalium 1533. 487
1534. 15. Septemb. Scriptura cum Capitulo, quod condemnationes fiant cum interventu, & conſenſu Conſulum. 416
Depoſitiones comprobantes dictum Capitulum. 417
1534. 17. Octob. Litteræ præſcribentes, quod in caſu Fratrum de Perſicinis procedatur ſervatis ſervandis cum interventu, & conſenſu Conſulum Civitatis ſecundum formam Statutorum. 418

1534.

1534. 17. Octob. Litteræ pro executione Ducalium 23. Maii 1533. 488
1534. 20. Novemb. Actus reſtitutionis poſſeſſus Cancellariæ Notariis de Collegio una cum utilitatibus a Cancellario Prætorio perceptis de Actibus dictis Notariis ſpectantibus. 486
1536. 19. Octob. Terminatio Syndicalis ad favorem Notariorum, & contra Cancellarium circa materiam ſupraſcriptam. 489
1538. 23. Decemb. Pars, quod Cuſtodes ad Portas Civitatum nihil accipiant de fructibus, & rebus intrantibus. 420
1542. 7. Febr. Ducales circa Cenſum a Civitate Belluni Dominio ſolvendum annuatim de redditibus ordinariis, non cum impoſitione Collectarum ſuper Particulares. 545
1551. 5. Martii. Litteræ Ducales circa Quarteſia. 453
1554. 21. Decemb. Pars in eadem materia. 452
1555. 30. Maii. Pars in Ducalibus 31. dicti in materia Livellorum. 421
1555. 2. Auguſti. Pars circa ſolutionem Quarteſiorum. 453
1559. 21. Junii. Ducales circa Datium ſolvendum ab Agentibus Arſenatus pro lignaminibus conducendis. 419
1564. 31. Auguſti. Pars circa Datium Remorum ab Arſenatu ſolvendum Epiſcopo, & Communitati Belluni. 420
1564. 16. Octob. Ducales, quod Concilium Tridentinum obſervetur in toto Veneto Dominio. 422
1574. 5. Martii. Ducales favore Aromatariorum. 497
1575. 3. Octob. Pars circa condemnationes fiendas cum interventu, & conſenſu Conſulum. 424
1575. 19. Octob. Pars in Ducalibus 20. dicti circa Datium ſolvendum pro Animalibus conductis pro Beccariis Venetiarum. 423
1576. 27. Maii. Ducales circa Conſulatum non excludendum a condemnationibus. 425
1576. 6. Junii. Ducales circa idem ſubjectum. 425
1576. 23. Junii. Sententia cum diſſenſu Conſulum. 426
1576. 15. Nov. Inciſio dictæ Sententiæ facta per Conſil. de XL. ad Criminalia, remittendo caſum ſervatis ſervandis. In Ducalib. 16. dicti. 427
1576. 30. Januarii. Ducales, quod Datia Civitatis ſubhaſtentur ſecundum Ordines, & Capitula formata ab octo Statutariis Conſilii. 546
1576. 16. Febr. Ducales circa Datium Vini ſubhaſtandum ut ſupra. 428

1577.

1577. 13. Maii. Ducales, quod Cancellarius Communitatis ſcribat omnes Actus civiles, & criminales faciendos per Rectores in Syndicatibus Augurdi, & Zaudi. 429
1584. 11. Maii. Litteræ circa Credita Aromatariorum Dotibus Mulierum, cæteriſque Creditoribus præferenda. 498
1584. 20. Junii. Mandatum pro executione ſupraſcriptarum Litterarum. 498
1599. 21. Decemb. Ducales circa eos, qui prohibentur eſſe Curiales Regiminis Belluni. 430
1602. 23. Maii. Pars circa Eccleſiaſticos, qui prohibentur prælationem obtinere ſuper Bonis poſſeſſis a Laicis. 431
1608. 19. Aprilis. Ducales præſcribentes, quod Partes captæ in Conſilio Civitatis ſubſcribantur, & decretentur a Rectoribus. 432
1610. 14. Maii. Ducales circa primam cognitionem Cauſſarum Rectoribus Belluni non impediendam. 433
1612. 8. Novemb. Sententia, quæ præfert Dotem Credito Medellarum. 499
1613. 30. Martii. Alia Sententia pronuntians bene judicatum. 500
1614. 16. Septemb. Diſpatium Inciſionis Dictæ Sententiæ contentum in Ducalibus 20. dicti. 500
1616. 17. Decemb. Sententia præferens Creditum Medicinarum ſuper fructibus Bonorum fideicommiſſorum. 501
1617. 21. Maii. Pars circa Succeſſiones dandas Filiis naturalibus, & legitimatis per ſubſequens. 546
1617. 22. Maii. Sententia favore cujuſdam Aromatarii contra Exactorem Suſſidii. 502
1620. 19. Novemb. Sententia præferens creditum Medellarum creditis Affictuum, & Collectarum. 502
1622. 17. Augusti. Terminatio Syndicalis, quod appellari non poſſit a termino nimis brevi, neque ab actu interlocutorio non pertinente ad definitivam Sententiam. 434
1625. 19. Novemb. Litteræ circa Privilegia Aromatariorum Vincentiæ. 503
1637. 26. Martii. Litteræ Regiminis Belluni circa Juriſdictionem dictæ Civitatis ſuper Capitaneatus Augurdi, & Zaudi, ac ſuper Rocham Pectoris. 530
1637. 1. Aprilis. Ducales in materia dictæ Rochæ. 531
1637. 9. Aprilis. Denuntiatio contra Civitatem circa Juriſdictionem dictæ Rochæ. 532
1637. 9. Maii. Ducales in materia dictæ Rochæ. 531
1637. 15. Julii. Terminatio, qua abſolvitur Civitas Belluni a ſupraſcripta Denuntiatione. 53[illegible]

Digitized by Google

1637. 20. Julii. Litteræ pro executione dictæ Terminationis ad hoc, ut dicta Civitas exercere poſſit prædictam Juriſdictionem Rochæ Pectoris, & ad eam mittat ſolitum Capitaneum cum ſolita auctoritate mæri, & mixti imperii, cum ordinariis exemptionibus, & immunitatibus, & in appellatione judicet in Civili, & criminali Conſilium dictæ Civitatis juxta conſuetum. 533

1641. 16. Septemb. Pars circa contumaciam Curialium, aliorumque Miniſtrorum D. D. Rectorum. 454

1643. 9. Decemb. Sententia, qua præſervatur Civitati Belluni ejus Juriſdictio ſuper Rocham Pectoris. 535

1647. 1. Januar. Pars circa dictam Juriſdictionem, cum facultate dictæ Civitati, & Conſilio conceſſa banniendi, condemnandi, relegandi etiam cum confiſcatione Bonorum. 536

1649. 28. Aprilis. Litteræ favore Univerſitatis Aromatariorum Brixiæ, quod non obſtante quocumque curſu temporis non impediantur in exactione eorum Creditorum, &c. 504

1650. 1. Febr. Sententia ad favorem cujuſdam Chirurgi. 505

1650. 29. Septemb. Pars in Conſilio Belluni capta pro recurſu faciendo ad ſublevamen Rocheſanorum a publicis Taxis. 537

1650. 2. Octob. Terminatio, qua Communitas, & homines Rochæ Pectoris licentiantur a contributione &c. juxta eorum Privilegia, exemptiones, & immunitates. 537

1657. 21. Junii. Pars, quod Credita medellarum, & Funerum præferantur expenſis Proceſſum in caſibus criminalibus. 506

1659. 31. Januar. Appellatio Communitatis Rochæ Pectoris contra Civitatem Belluni circa Actus juriſdictionis, &c. 538

1659. 17. Febr. Terminatio, qua revocatur ſupraſcripta appellatio. 539

1661. 30. Junii. Ducales pro executione Statutorum, & Privilegiorum Civitatis Belluni. 434

1663. 13. Febr. Sententia, quod Filius teneatur pro medellis habitis a Patre. 507

1666. 22. Decemb. Litteræ ad favorem Aromatariorum Brixiæ, quod ſolvantur eorum credita, non obſtantibus præſcriptionibus, aliiſve prætextibus, &c. 508

1670. 17. Maii. Sententia; quod Domini teneantur ſolvere me-

Digitized by Google

medicamina pro Famulis, maxime ægrotantibus in eorum Domibus. 509
1671. 10. Maii. Terminatio Valareſſo circa electionem Præconum pro executionibus fiendis contra Debitores territoriales. 435
1671. 23. Maii. Ducales pro executione ſupracitatæ Terminationes. 436
1671. 23. Maii. Ducales circa Juramenta Operariorum, & conductorum occaſione Fabricarum Civitatis non præſtanda in manibus Cancellarii Prætorii, ſed Cancellarii Territorii ad evitandas omnes expenſas. 547
1672. 5. Maii. Ducales; quod Sericum fabricatum in Territorio Bellunenſi nulli ſubeat Datio tranſitus per alia Territoria. 548
1672. 3. Febr. Ducales pro executione Statutorum, & Privilegiorum Civitatis Belluni, & pro conſervatione & manutenſione ejus reddituum, & Datiorum. 549
1673. 16. Martii. Terminatio, quod dictæ Civitati manuteneantur Bona, & jura ſua, nec a Miniſtris Magiſtratus Rationum Veterum moleſtiæ inferantur. 550
1673. 5. Octob. Fides Magiſtratus Proprii circa credita, quæ Dotibus ſint præferenda. 510
1674. 31. Maii. Sententia ad favorem Joan. Jacobi Fondra Aromatarii. 511
1674. 12. Decemb. Terminatio Syndicalis, quod Decreta, & Juditia concernentia antianitatem, & Privilegia Creditorum Aromatariorum Paduæ thypis mandentur pro eorum executione. 512
1675. 28. Novemb. Sententia; quod creditum Medellarum præferatur creditis Collectarum Communitatis Monticuli majoris Territorii Vincentini. 512
1675. 5. Febr. Diſpatium Auditorum Noviſſimorum pro laudo Sententiæ anteſcriptæ. 513
1677. 1. Maii. Ducales, & Capitula circa executiones fiendas a Præconibus, & Officialibus in Territorio Belluni pro creditis, & materiis civilibus. De ordine procedendi, mercede Præconum, & pœna cujuslibet tranſgreſſionis. 437
1677. 24. Julii. Ducales circa exemptionem, vulgo, *delle Mezzelane*. 553
1679. 1. Julii. Ducales, & Capitula pro bono regimine, & gubernio Eccleſiarum, & Scholarum laicalium. 555
1679. 17. Auguſti. Ducales circa redditus proprios Bellunenſium
d 2

ſium Civium ab alienis Territoriis libere transferrendos abſque ulla ſolutione Gabellæ, vel Datii. 457

1682. 30. Maii. Ducales pro confirmatione exemptionis, vulgo, *delle Mezzelane* a Datiis. 554

1682. 26. Febr. Ducales circa contumaciam Curialium, aliorumque Miniſtrorum Regiminis Belluni. 455

1686. 18. Maii. Ducales prohibentes extractionem Bladorum e Territorio Bellunenſi, & eo minus per exſteras regiones. 440

1687. 18. Aprilis. Ducales circa prælationem expenſarum Medicaminum, & Funerum Dotibus, aliiſque Creditoribus. 514

1687. 15. Junii. Ordines Gritti in materia Pignorum, & Aſſecurationum pro debitis Diſtrictualium, atque obligationum Notariorum, Officialium, aliorumve Miniſtrorum. 493

1687. 3. Julii. Ducales approbantes ſupraſcriptos Ordines. 495

1687. 26. Febr. Ducales pro executione Statutorum circa contumaciam Curialium. 440

1688. 10. Aprilis. Pars; quod Cauponæ, & Beccariæ Civitatis, & Territorii Belluni remaneant in libero poſſeſſu dictæ Civitatis juxta ſua Privilegia, neque vendantur per Magiſtratum Præſidentium ſuper Exactione publicæ pecuniæ. 445

1688. 13. Januarii. Ducales, & Ordines pro gubernio Cameræ Pignorum, & quomodo Præcones, Officiales, & Jurati Villarum procedere debeant in pignorationibus accipiendis; ac de eorum mercedibus. 441, & 445

1693. 14. Julii. Ducales circa præcedentiam Conſulum Civitatis in publicis Functionibus. 446

1694. 21. Aprilis. Ducales circa Viſitationem in Syndicatu Augurdi, & Zaudi a Rectoribus fiendam ſemel tantum pro quolibet Regimine, & quod procedatur juxta Statuta; & Conſules præcedentiam habeant &c. 447

1695. 13. Novemb. Ducales præſcribentes, quod non fiant ſolutiones Gravedinum, aut Datiorum T. F. niſi in Camera; & pœnæ non excedant decem pro centenario. 448

1695. 13. Febr. Appellatio nomine Civitatis Belluni de quibuſdam Actibus, & Terminationibus Magiſtratus D. D. Rationum Veterum occaſione Mœniorum ipſius Civitatis, & Terrenorum annexorum. 551

1696.

Digitized by Google

1696. 22. Martii. Extenſa, ſive Petitio Vincentii Arici Aromatarii Bergomenſis coram Rectoribus in Cauſſa Fiſci pro ſatisfactione ejus crediti Medellarum. 515
1696. 22. Martii. Sententia ad ſavorem dicti Aromatarii, ejus creditum præferrendo Doti, aliiſque Creditoribus contradicentibus Fiſco. 514
1696. 10. Decembris. Sententia D. D. Conſulum Juſtitiæ Bergomi ad favorem Joannis Baptiſtæ Locatelli Aromatarii, ejus Creditum præferrendo Doti Cattharinæ Scuri. 516
1697. 18. Aprilis. Appellatio nonnullorum de Rocha Pectoris contra Civitatem Belluni de Sententia bannitoria contra eos facta. 539
1697. 22. Aprilis. Reſcriptum Regiminis Belluni ſuper dictam Appellationem, refferendo Privilegia ipſius Civitatis, ac Juditia ad ejus favorem ſecuta, & Ducales. 540
1697. 7. Junii. Terminatio Advocatoris Gabriel, qua ſe removet a Litteris anteſcriptæ Appellationis, cùm agatur de Juriſdictione cum mæro, & mixto imperio a Conſilio Civitati Belluni poſſeſſa. 542
1697. 22. Januarii. Ducales circa prælationem dandam Aromatariis pro creditis Medellarum, & Funerum. 518
1699. 7. Maii. Terminatio Magiſtratus Rationum Veterum ad favorem Civitatis Belluni circa Bona in Mœniis, & extra. 551
1699. 12. Maii. Conſtitutum inciſionis in forma Conſilii in materia ſupraſcripta. 552
1699. 13. Maii. Littere dicti Magiſtratus pro executione præfatæ Terminationis 7. inſtantis, & Conſtituti 12. dicti. 553
1699. 28. Auguſti. Proclama univerſale Syndicor., Inquiſitorum in T. F. in materia Translatorum Bonorum, &c. 468
1701. 27. Febr. Ordines, & Capitula Bembo in materia Executionum civilium, & qualiter Præcones, Officiales, Jurati Villarum &c. procedere debeant. 557
1704. 21. Aprilis. Sententia Subordinatoria, aſſignans primum locum credito Medicinalium. 519
1704. 28. Februarii. Ducales, quod poſſeſſor Campi unius vel circa ſit exemptus a ſolutione Campatici pro eo. 450
1708. 3. Aprilis. Ducales eximentes a Datio ſolidi unius pro

pro

pro libra illas Familias, quæ interficiunt Animalia Domi, & pro ſimplici uſu, & ſubſtentatione. 450
1708. 18. Maii. Pars Conſilii Belluni circa aquas Fontibus publicis, & privatis inſervientes. 559
1708. 26. Maii. Ducales favore Territorialium, quod eis ſuſpendantur executiones, & pignorationes in menſibus Junii, & Julii, ac a die 15. Octob. uſque ad medietatem Novembris, pro debitis particularibus tantum. 451
1708. 2. Junii. Ducales approbantes ſupraſcriptam Partem 18. Maii 1708. circa Fontes. 560
1708. 26. Julii. Pars in Ducalibus primæ Junii 1709. contenta, circa ſuſpenſionem executionum, & pignorationum Villicis Territorii. 452
1711. 4. Martii. Ducales circa Privilegia antianitatis, & prælationis Aromatariorum pro Medellis, & expenſis Funerum. 520
1711. 20. Aprilis. Ducales circa contumaciam Curialium, aliorumque Miniſtrorum Regiminum Belluni. 456
1713. 12. Martii. Terminatio pro executione Statutorum, Ducalium, Terminationum, & Decretorum, quibus ſancitum fuit, quod omnes Actus, & Materiæ Civiles pertineant Notariis de Collegio, & Vicarius Prætorius in eis ſe ingerere poſſit. 490
1713. 10. Auguſti. Pars, quod a Magiſtratu Reviſorum, & Regulatorum publicorum Redditu̇um in Ærario præſcribantur Regulæ, & Ordines pro inſtitutione Libri Notificationum Contractuum in T. F. 458
1713. 8. Januarii. Terminatio ſupraſcripti Magiſtratus, qua præſcribuntur ordines, & regulæ circa prædicta. 459
1713. 1. Febr. Decretum approbationis ſupraſcriptæ Terminationis, ad hoc ut notificantes gaudeant Privilegio prælationis; & de modo eligendi Notarios deſtinandos ad munus tenendi anteſcriptum Librum, & ſcribendi Notificationes. 460
1718. 5. Julii. Accordium inter Civitatem, & Territorium Belluni in materia Datii Macinæ, ejuſque repartitionis. 561
1718. 10. Julii. Pars Conſilii Belluni approbans citatum Accordium. 562
1721. 24. Octob. Ordines, & regulæ Syndicorum Inquiſitorum in Terra Firma circa Licentias Armorum pro Tarviſio, Conegliano, Belluno, & Feltrio, quibus dan-

dandas, eiſque qualiter utendum ſit. 466
1721. 9. Aprilis. Ducales facultatem concedentes Rectoribus, quod audire poſſint ſe gravatos dicentes a Taxa Ducatorum trium, & ab inde infra, eamque minuere, ac removere. 568
1722. 19. Auguſti. Litteræ Syndicales circa mercedes dandas Miniſtris pro executionibus contra publicos Debitores. 569
1722. 8. Octob. Terminationes, & Ordines Syndicorum Inquiſitorum in T. F. in materia Translationum Bonorum de uno ad aliud nomen ſuper Libros Æxtimorum. 469
1722. 9. Octob. Alia Terminatio ut ſupra. 471
1722. 15. Novembris. Accordium inter Civitatem, & Territorium Belluni circa nonnulla onera dicti Territorii erga Civitatem, & D. D. Rectores. 563
1723. 20. Novemb. Ducales pro præſervatione Privilegiorum Capituli Bellunenſis, a quo non admittantur Bullæ ex Dataria Romana provenientes, quæ dicta ejus Privilegia vulneraret. 472
1724. 17. Julii. Ducales circa utilitates Procuratis Fiſcalis, & Formuli pro Mandatis, quæ relaxantur contra Debitores publicarum Gravedinum. 570
1725. 22. Martii. Litteræ in materia reviſionum adminiſtrationum Eccleſiarum, & Scholarum Laicalium Civitatis, & Territorii. 461
1725. 1. Maii. Aliæ Litteræ in materia ſupradicta. 461
1725. 3. Maii. Aliæ Litteræ in dicta materia. 462
1725. 11. Maii. Litteræ ſimiles. 463
1725. 25. Auguſti. Ducales præſcribentes Civitati Belluni methodum exigendi Gravedines a particularibus contribuentibus ſibi debitas. 473
1727. 8. Julii. Ducales pro præſervatione Datiorum Civitati indultorum in prima Deditione juxta ſua Privilegia. 473
1727. 6. Decemb. Ducales circa reſſiduum Bonorum communalium gratis præſervandum Communibus pro alimentandis eorum Animalibus. 474
1731. 17. Martii. Ducales approbantes Accordia 5. Julii 1718. & 15. Novemb. 1722. ſecuta inter Civitatem, & Territorium Belluni. 567
1735. 24. Martii. Terminatio circa præcedentiam Conſulum Civitatis Vicario Prætorio in Banchis Eccleſiæ Cathe-

Digitized by Google

thedralis. 475

1735. 30. Martii. Proclama circa Notificationes Contractuum in T. F., ac prælationes notificantium. 464

1735. 5. Aprilis. Decretum Senatus approbans ſupraſcriptum Proclama. 465

1735. 20. Octob. Ducales pro approbatione Terminationis diei 24. Martii 1735. circa præcedentiam Conſulum. 476

1739. 23. Septemb. Terminatio eximens Officia electiva Civitatis a ſolutione Decimarum juxta ejus Statuta, ac Privilegia. 571

1743. 20. Julii. Appellatio Cancellarii Prætorii Belluni de Terminatione 12. Martii 1713. ſecuta ſuper inſtantiis Priorum Collegii Notariorum dictæ Civitatis. 491

1745. 7. Auguſti. Pars circa extractionem Bladorum, vulgo, *Sorghi turchi* Bellunenſibus indultam per Territoria adiacentia. 476

1746. 20. Decemb. Diſpatium Conſilii de XL. Civili Novo Laudi Terminationis 12. Martii 1713. ad favorem Priorum Collegii Notariorum, ac Civitatis Belluni Aſſumptricis Juditii, & contra Cancellarium Prætorium. 492

STA-

Digitized by Google

STATUTORUM
MAGNIFICÆ COMMUNITATIS CIVITATIS
BELLUNI.

LIBER PRIMUS.

De Auctoritate Illuſtriſſimæ Dominationis Venetiarum in Civitate & agro Bellunenſi. Cap. I.

AD honorem, & reverentiam ſanctæ, & individuæ Trinitatis Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, & Beatæ, Glorioſæque Virginis Mariæ, & Beatorum Sanctorum Martini, Lucani, Lamperti, Joathæ, & Blaſii, protectorum & advocatorum in cœleſti curia civitatis, & populi Belluni, & ad ſtatum, & augmentum prælibatæ Illuſtriſſimæ Dominationis Venetiarum quod Illuſtriſſima Dominatio præfata ſit, & eſſe intelligatur Domina generalis ipſius civitatis Belluni, & diſtrictus; & habeat, & habere debeat merum, & miſtum imperium, & gladii poteſtatem, & animadvertendi in facinoroſos; & juriſdictionem omnimodam, & liberam balliam, & poteſtatem in omnibus, & per omnia tenendi, & gubernandi, protegendi, defendendi, & regendi ipſam civitatem Belluni, & diſtrictum, & homines ipſius ſecundum quod ipſius glorioſæ Dominationis noſtræ melius, & utilius expedire videbitur; & eligendi, & ponendi Rectores, Vicarios, Comeſtabiles, Commilitones, Stipendiarios, ac Officiales quoſcumque, ac etiam caſſandi, & removendi in civitate Belluni, & ejus diſtrictu, ſecundum quod eis melius placuerit; & condendi, et faciendi Statuta, et ordinamenta per commune Belluni,

Digitized by Google

et per ipſos, et dictum Commune facta, et fienda confirmandi, revocandique; cives Belluni creandi, et faciendi, et civitate donandi; gratias, et privilegia concedendi; condemnationes, et abſolutiones faciendi, et fieri faciendi, tollendi, caſſandi, remittendi, abolendi, accumulandi; et bona, havere, jura, juriſdictiones, terras, et loca civitatis Belluni, et diſtrictus tenendi, et recuperandi, diſponendi, donandi, alienandi, expendendi ſecundum quod eidem Illuſtriſſimæ Dominationis melius placuerit; onera realia, et perſonalia, ac mixta quæcumque injiciendi dictæ civitati Belluni, et ejus diſtrictui, et cuilibet habitatori ipſius civitatis Belluni, et diſtrictus; et exigendi, ac exigi faciendi remediis quibus voluerit Datia, ſeu vectigalia minuendi, augendi, ac de novo imponendi: et generaliter omnia regalia, et jus regalium civitatis Belluni, et diſtrictus habendi, tenendi, diſponendi et ordinandi, prout ſibi melius videbitur. Et univerſaliter omnia, et ſingula libere, expediteque decidi faciendi, gerendi, diſponendi ad ejus liberum arbitrium, et voluntatem; et prout ipſi Illuſtriſſimæ Dominationi melius videbitur faciendum: ita quod nunquum poſſit ab ea ulla ratio requiri, vel exigi de rebus, et bonis Communis prædicti, quæ ad ipſam Illuſtriſſimam Dominationem veniſſent, vel pervenerint, vel ad alium ejus nomine; nec de aliquibus dictis, vel factis per eam, vel alium, ſive alios pro ea, et ejus nomine: ſed ſit ipſa Illuſtriſſima Dominatio anologiſtica, et exempta. Et omnia et ſingula ſupraſcripta, et alia, quæ per ipſam Illuſtriſſimam Dominationem, vel ejus nomine dicta, facta, ordinata, mandata, ſeu ejus mandato facta fuerint, plenam, et liberam, et inviolabilem obtineant firmitatem; et firma, rata, et grata per Commune, et populum civitatis Belluni, et diſtrictus. Et quoſcumque Rectores, Officiales, et perſonas perpetuo ſervari, et manuteneri debeant, ac ſi per univerſum populum, et Conſilia legitima, et ſolemnia ipſius cicitatis Belluni ſolemniter, et legitime facta, et ordinata fuiſſent. Non obſtantibus aliquibus Statutis, reformationibus, aut ordinamentis factis, vel fiendis, aut juribus aliquibus, quibus omnibus per præſens Statutum intelligatur eſſe, et ſit totaliter derogatum, ac ſi de ipſis, et ipſorum quomodolibet ſpecialis, et expreſſa mentio facta foret. Et quod omnes, et ſinguli officiales quocumque nomine cenſeantur per Commune Belluni, vel per ipſam Illuſtriſſimam Dominationem, vel ejus mandato per alium eligendi, creandi, ſeu deputandi cujuſcumque ſtatus, officii, et conditionis exiſtant, Majores, Medii, et Minores in eorum manibus, vel alterius ad hoc ſpecialiter per ipſos deputati, ac conſtituti, corporale præſtare debeant juramentum, quod omni præcepto, mandato, ac nudo verbo, ſimplicique ſupradictæ Illuſtriſſimæ Dominationis ſtabunt, obedient, et parebunt, et præciſe, prout eadem Illuſtriſſima Dominatio alte, et baſſe,

Digitized by Google

baſſe, plus, et minus dixerit, et ordinaverit, ſeu duxerit diſponendum. Circumſcriptis in hac parte, et ſublatis juribus communibus quibuſcumque: et ſpecialiter Statutis, et reformationibus, et ordinamentis civitatis Belluni, vel alterius cujuſcumque civitatis, et loci, ac cujuslibet Communis Dominii ſpecialis, ſeu generalis cujuſcumque civitatis, municipii, ſeu loci. Ac etiam in hac parte circumſcriptis, et ſublatis omnibus conventionibus, et pactis initis inter Communia quarumcumque civitatum, et locorum, ac Dominos ſpeciales, ſeu generales, ſive procuratores, vel ſyndicos eorum, et Commune Belluni, ſeu aliud quodcumque, vel eorum Dominos generales, vel ſpeciales, ſive procuratores, vel ſyndicos, vel alios quocumque nomine cenſeantur, quacumque de cauſſa, quibus in hac parte per præſens Statutum ſit totaliter derogatum, et eſſe intelligatur, ac ſi de omnibus, et ſingulis ſupradictis in hac parte ordinatis; ac eorum cujuslibet ipſorum ordinamentorum de verbo ad verbum ex certa ſcientia ſpecialis mentio facta foret. Et prædicta locum habeant, ne dum in præſentibus, et futuris, ſed in præteritis, etc.

De Hæreticis expellendis. *Cap. II.*

STatuimus decernendo, quod quilibet hæreticus, ſciſmaticus, patarinus, ſaracenus, aut diſcrepans a fide catholica particulariter, vel in totum, cujuſcumque dignitatis, ætatis, ſexus, vel conditionis exiſtat, inventus culpabilis, vel publice inſamatus, eo admonito ſemel per Rectorem, nec emendato, ſedente, et perſeverante potius in facinore ſic enormi, expellatur de dicta civitate, et ejus dioceſi, ita quod perpetuo ſit bannitus, niſi errore depoſito adeptus fuerit fidem veram. Et ſi contigerit dictum hæreticum, ſeu hæreticam ſic ammonitum, et bannitum inventum fore in territorio, ſeu urbe, pœnis legalibus ſit ſubjectus, et ignibus publice concremetur. Ab his Judæos excipimus, quum principium habuerint veteris teſtamenti; et ſic non ſit omnino hæreticus, quia adjuvatur primordio veritatis.

De Blaſphemantibus Deum, & Sanctos. *Cap. III.*

STatuimus, quod quæcumque perſona blaſphemaverit Deum, vel ejus Genitricem Mariam, vel alia verba injurioſa, vel contumelioſa protulerit contra eos, puniatur in libris decem pro quolibet, et qualibet vice; quas ſi non ſolverit ea die, vel ſequenti, qua condemnatus fuerit, detineatur ad columnam in foro civitatis Belluni ligatus ad collum cum catena uno die, a mane uſque ad

ſero : et tres ſitulæ aquæ ſuper caput ejus fundantur . Et quilibet audiens poſſit eum denuntiare ; et ejus ſacramento credatur , ſi fuerit homo bonæ famæ, opinioniſque in determinatione D. Rectoris. Et teneatur in credentia : cum longe majus ſit æternam , et Divinam . quam humanam offendere Majeſtatem.

De Jurisdictione Rectoris & Vicarii. Cap. IV.

DEcernimus, quod Rector ſpecialis, qui nunc eſt, ſeu pro tempore fuerit electus habeat tanquam judex ordinarius merum, & mixtum imperium, & gladii poteſtatem, & jurisdictionem plenariam cognoſcendi , diffiniendi omnes cauſſas tam civiles quam criminales , civiliter, & criminaliter intentatas, poſtquam juraverit de ſuo officio exercendo : cujus ſacramenti tenor ſequitur & eſt talis : ſalvo quod prædicta locum habeant ad beneplacitum prædicti Dominii .

De Juramento Rectoris , vel Vicarii. Cap. V.

JUro ego N. Rector , ſeu Vicarius de tali loco ad Sancta Dei Evangelia, quod ego , & omnes de familia mea ſumus ſervitores, & amici Illuſtriſs. Principis, & Dominii Venetorum, & quod bona fide , ſine fraude regam civitatem Belluni commune , & totum diſtrictum Belluni ad honorem omnipotentis Dei, & Beatæ Virginis Mariæ, & Beati Martini confeſſoris, & Beatorum Blaſi , Joatæ, & Antonii martyrum ; & bonum ſtatum prædicti Illuſtriſsimi Dominii noſtri, & civitatis Belluni in commune pacificum ſtatum manutenebo . Et ſi querimonia mihi facta fuerit ab aliquo , vel aliquibus ratione injuriæ, damni, vel delicti, ſeu maleficii cujuſcumque, rationes, & cauſſas civiles principalis appellationis , nullitatis , & quaſcumque querelas, petitiones, & exceptiones, ſeu defenſiones, & quæ mihi commiſſa fuerint per prædictum Dominium non recuſabo recipere. Et quæſtiones accuſationum, inquiſitionum, denuntiationum infra ſexaginta dies terminabo meo poſſe . Et ſi infra dictos terminos dictas quæſtiones tam civiles , quam criminales terminare non potero, eas nihilominus quam citius potero terminabo , juſto ſemper excepto impedimento . Et omni die juridica poſt nonam hora debita, & conſueta ero in palatio Communis ad diſcum, pro juſtitia cuilibet facienda : niſi juſta cauſſa fuerim impeditus . Item donum aliquod a commune Belluni per me vel per alium modo aliquo, vel ingenio non petam , nec recipiam , & ſententias diffinitivas abſque alicujus conſilio , abſque expenſis partium uſque ad libras quinquaginta parvorum determinabo ; & etiam cujuſcumque majo-

Digitized by Google

majoris ſummæ, ſi ambæ partes fuerint in concordia non habendi conſilium: ſalvo quod ſi dubitarem, tunc partium expenſis ſocium mihi aſſumere poſſim, etiam ambabus partibus invitis: quod faciam ſine fraude. Altera autem parte petente ſemper conſilium etiam habeatur extra territorium hujus urbis; ſi contingerit judices hujus civitatis, vel diociſis ſuſpectari, vel ſuſpectos dari; invita parte altera, ſive dicam me dubitare, ſive non, expenſis petentis: ſalvo quod ſi dictus petens obtinuerit in cauſſa, quod pars ſuccumbens teneatur ſibi reficere dictum ſalarium, & expenſas: reſervato quod dictum eſt de dicta ſumma de libris quinquaginta parvorum. Et omnia prædicta ſervabo, & plus, & minus, & aliter arbitrio Illuſt. Dominii prædicti. Et reddam rationem & juſtitiam in civitate Belluni cuilibet ſecundum Statuta communis Belluni, & reformationes conſilii, meo tempore factas, vel tempore mei Prædeceſſoris: & proviſiones obſervabo, & eas executioni mandabo quam citius potero meo poſſe ſub vinculo ſacramenti ſecundum bonas conſuetudines, & ſecundum jura communia ubi Statuta deficerent & ordinamenta Communis Belluni. Et omnes condemnationes factas per Prædeceſſores meos & quæ per me fient, exigam, & exigi faciam meo poſſe: & executioni mandabo, & mandari faciam. Item ſententias latas hinc retro, & per me ferendas, ſeu per Vicarium, ſeu per judicem meum executioni mandabo per me, vel Vicarium meum, niſi a partibus fuerit appellatum, parte inſtante. Et in omnibus Statuta communis Belluni obſervabo, & obſervari faciam bona fide: nec ab eis, ſeu aliquo eorum petam ſolutionem, nec recipiam niſi ſecundum formam Statutorum. Item non petam, nec recipiam aliquid a commune Belluni ultra meum ſalarium, nec ratione doni, nec aliqua ratione, vel cauſſa. Item quod continuam reſidentiam faciam in civitate Belluni cum tota mea familia tempore mei regiminis; & de diſtrictu Belluni non exibo, nec etiam extra civitatem pernoctabo, niſi in ſervitio Communis, & de voluntate, & licentia mihi conceſſa per antedictum Dominium noſtrum. Item juriſdictionem omnem, & honorem prædicti Dominii, & communis Belluni pro poſſe manutenebo, augebo, & defendam: & quod juriſdictio non exerceatur, nec jus, nec ratio fiat in civitate Belluni vel diſtrictu, niſi per me Rectorem, vel judicem, ſeu Vicarium ſecundum formam Statutorum. Et toto meo poſſe prohibebo, & diligenter inquiram ſi quis utetur juriſdictione, ſeu ratione, & jus faciat in civilibus, vel criminalibus: & eos puniam ſecundum formam Statutorum niſi eſſent Capitanei Agurdi, & Zaudi, & caſtaldiones fratalearum civitatis Belluni, quibus conceſſum eſt ſecundum formam Statutorum. Item bona, poſſeſſiones bannitorum, jura, & havere communis Belluni bona fide pro poſſe ſalvabo, & ſalvari faciam; nec expendam, nec

expen-

expendi faciam, niſi ſecundum voluntatem prædicti Dominii noſtri ſeu Conſilii majoris civitatis Belluni. Item non in convivio ero cum aliquo cive civitatis Belluni ſeu diſtrictus, in civitate, nec prope civitatem per duo milliaria, niſi cum D.D. Epiſcopo, et Caſtellano. Item in omnibus procurabo, et ſtudioſus ero ad conſervandum, et defendendum in commune Belluni omnia datia, tholonea, deputationes vel collectas factas et omnes receptiones, quæ fiunt, et fieri debent occaſione alicujus datii, vel collectæ per commune Belluni in utilitatem communis Belluni expendam, et a Succeſſore meo ſpeciale ſacramentum recipiam. Item plenarie ſervabo omnes Papales et Imperiales conſtitutiones contra hæreticos promulgatas: & ſtabo cum tota mea familia ad ſyndicatum. Et omnia prædicta ſervabo, et plus, et minus arbitrio Dominii prædicti, ſeu Conſilii majoris dictæ civitatis Belluni.

Quod Rector, & officiales curiæ vacent ab officio per quinquennium. Cap. VI.

INſuper Decernimus, et Statuimus, quod quicumque fuerit in regimine civitatis Belluni Rector, Vicarius, Miles, vel ipſorum familiaris non poſſit eſſe, nec debeat ad ipſius regimen admitti pro Vicario, Milite, vel familiari uſque ad annos quinque completos poſt ejus completum officium: cujus quidem officium durare non debeat, nec poſſit ullo modo ultra tempus limitatum ſui regiminis.

Quod condemnationes fiant Conſulum voluntate, & ſint arbitrariæ, ubi pœna non eſt limitata. Cap. VII.

STatuimus, quod Rector civitatis Belluni teneatur, et debeat facere abſolutiones, et condemnationes ſecundum formam Statutorum in omnibus caſibus, in quibus Statuta reperiuntur eſſe condita: et in eis pœnæ poſitæ ſunt de voluntate Conſulum. In ipſis vero caſibus in quibus pœnæ non reperiuntur per Statuta eſſe diſtinctæ, ſint arbitrariæ; et arbitrio Rectoris, et Conſulum fiant.

De Ordine dando ſuper victualibus. Cap. VIII.

ITem, quod Rector qui pro tempore fuerit in regimine civitatis Belluni teneatur infra. xv. dies a principio ſui regiminis ponere ad Conſilium majus quis modus obſervari debeat ſuper facto bladi, vini, carnium, caſei, et aliarum victualium, tam de civitate Belluni, quam de alio diſtrictu: et ſit præciſum.

Quod

Digitized by Google

Quod ordinamenta Sapientum non valeant ſine auctoritate Conſilii majoris Cap. IX.

ITem Statuimus, quod aliqua reformatio, quæ de cætero fieret ſuper ordinatione victualium, vel quacumque alia ordinatione per Sapientes, non habeat firmitatem, neque valeat, niſi in Conſilio majori fuerit totaliter approbata; vel ſaltem a Sapientibus plenam auctoritatem habentibus a commune Belluni, ſive a dicto Conſilio facta ſuerit.

Quod nullus Familiaris valeat ſubrogari, niſi Conſulum voluntate. Cap. X.

ITem Statuimus, quod ſi facta monſtra aliquis famulus a dicto Dom. Rectore recederit, quod dictus Dom. Rector non poſſit, nec valeat alium ſubrogare loco illius, niſi de voluntate Conſulum, vel majoris partis eorum, et ipſis requiſitis: quod ſi ſubrogaverit ſine licentia prædicta, eidem debeant retineri libræ octo pro quoque, ac ſi eum non retinuiſſet. Et ſi quo caſu deficerent ipſi D. Rectori aliqui famuli, quod eidem debent defalcari de ſua paga libræ octo pro ſingulo, et ſingulo menſe, et in ratione menſis. Et quod dictus D. Rector non poſſit, nec debeat percipere pagam aliquam, niſi facta bulleta per Conſules. Et quod maſſarius qui dederit dictam pagam ipſi D. Rectori abſque bulletino prædicto, de ſuo dediſſe videatur; nec ſibi debeat poni in ratione ſuæ maſſariæ.

Quod nullus officialis poſſit refirmari in officio ultra annum. Cap. XI.

ITem, quod Rector, Miles, vel aliquis alius de ſua familia non poſſit, nec debeat quoquo modo ſtare in dicto tali officio ultra tempus ſui regiminis; nec ad dictum officium redire uſque ad quinque annos a die ſui finiti officii computandos, ſub pœna ipſi D. Rectori librarum trecentarum parvorum Communi ſolvendarum; & pœna perjurii, & infamiæ: & omnia acta, geſtaque tam in civilibus, quam in criminalibus cauſſis per eum finito dicto regimine, nullius ſit efficaciæ, & valoris. Et pœna militi librarum centum parvorum Communi ſolvendarum; & cuilibet alii familiari ejus pœna librarum xxv. parvorum. Et quod Rector, Miles, nec aliquis de ſua familia non poſſit, nec debeat petere, vel proponere directe, vel per obliquum in aliquo Conſilio majori, vel minori de ſtando ultra

Digitized by Google

ultra tempus prædictum , ad dictum eorum officium , nec oretenus , nec in ſcriptis ſub pœna prædicta. Et quod quilibet conſiliarius, qui ſuper prædictis aliquid dixerit, vel arrengaverit directe, vel per obliquum tractaverit , ſeu ſuum poſſe fecerit in Conſiliis prædictis , vel in conventione aliqua de ſupplicando Dominio noſtro conſenſerit , quod ipſe D. Rector , Miles , vel aliquis alius de eorum familia ſtet in dicto eorum officio ultra tempus predictum , vel redeat in dicto officio infra dictos quinque annos , ipſo jure & facto incidat in pœnam librarum ducentarum parvorum pro quoque arrengante , proponente , tractante , vel dicente ; quam abſque aliqua ſententia ferenda ſtatim ſolvere compellatur. Et Notarius , qui talem propoſitionem, vel arrengam ſcripſerit, incidat in pœnam librarum centum parvorum , illico perſolvendarum . Incidant etiam prædicti proponentes , dicentes , tractantes , vel arrengantes , & ſcribentes prædicta , vel aliquod prædictorum in pœnam perjurii, & infamiæ: et priventur , & privati ſint ipſo facto ab omni honore , officio , & beneficio communis Belluni uſque ad decennium incluſive.

De Cauſſis committendis conſilio Sapientis. Cap. XII.

QUod ſi contigerit aliquam quæſtionem principalem nullitatis , appellationis, vel alterius conditionis verti coram Rectore, vel Vicario civitatis Belluni , qui non ſit jureperitus : quod dictus Rector etiam ſi non fuerit petitum per partes, vel alteram ipſarum, teneatur dictam quæſtionem committere conſulendam Sapienti partibus non ſuſpecto, expenſis partis utriuſque, aliquo Statuto in contrarium loquente protinus non obſtante.

Quod pronuntietur ſecundum formam conſilii Sapientis. Cap. XIII.

ITem Statuimus , quod ubicumque , & quandocumque in cauſſa aliqua de voluntate partium , vel alterius ipſarum datis ſuſpectis & confidentibus fuerit ipſa cauſſa , ſeu articulus commiſſa conſulenda alicui per Rectorem civitatis Belluni , habito conſilio ejus , cui commiſſa eſt quæſtio , debeat ipſe Rector publice ad banchum juris ipſum conſilium aperire , & publicare ; & ſecundum formam & tenorem ipſius conſilii pronuntiare . Et ſi aliter pronuntiaret , ſententia ipſo jure ſit nulla , & quandocumque dici poſſit nulla ; præſcriptione aliqua temporis non obſtante.

De Ju-

Digitized by Google

De Juramento Militis. Cap. XIV.

JUro ego N. Miles D. N. Rectoris civitatis Belluni corporaliter ad Sancta Dei Evangelia, quod ſum ſervitor, & amicus Illuſtriſſimi Dominii prædicti; & bona fide, ſine fraude ſtudioſus ero pro poſſe; quod D. Rector ſervet omnia capitula Statutorum; & ut civitas Belluni pacifice, & in unitate permaneat. Et ſi D. Rector de aliquo a me conſilium petierit, bona fide rectum conſilium ei dabo; et omnia quæ mihi per ipſum D. Rectorem, vel per formam Statutorum injuncta fuerint facienda, bona fide faciam, et complebo: et nullum lucrum faciam, vel recipiam ab aliqua ſingulari perſona, nec donum aliquod a commune Belluni per me, vel alium: nec aliquid aliquo modo, vel ingenio recipiam, vel recipi faciam.

De Guardiis fallatis dandis. Cap. XV.

STatuimus, et ordinamus, quod Miles D. Rectoris ſub vinculo ſacramenti, et ſub pœna librarum xxv. parvorum pro qualibet vice teneatur, et debeat omnes guardias fallatas tam de civitate et burgis, quam de villis conſignare, et in ſcriptis dare D. Rectori coram Notario officii maleficiorum ſequenti die, qua guardiæ fuerint fallatæ: de quibus fiant, et fieri debeant condemnationes publicæ, ut fit de aliis delictis. Item quod dictus Miles per ſe, nec alium, non debeat percipere pecuniam de dictis guardiis, ſeu ſcaravaitis: & ſi contra prædicta fecerit, in fine ſui regiminis poſſit, et debeat ſyndicari. Et idem intelligatur de defectibus lignorum, et de quibuſcumque aliis condemnationibus ſpectantibus ad ejus officium. Item quod nihil percipere debeat ipſe Miles, ſed in Commune faciat devenire ſub pœna librarum quinquaginta parvorum ipſi Militi pro qualibet vice, ſine aliqua ſententia ferenda de ſuo ſalario defalcanda.

Quod Rector non recipiat aliquod donum. Cap. XVI.

STatuimus, et ordinamus, quod nullus Rector, ſive Miles, vel aliquis de ſuo familia, qui nunc eſt, vel pro tempore fuerit, audeat, vel præſumat modo aliquo, vel ingenio, vel colore, directe, vel per obliquum, per ſe, vel per interpoſitam perſonam, recipere, ſeu recipi facere aliquod donum, ſeu xenium, vel aliquod aliud ab aliquo homine, vel perſona civitatis Belluni et diſtrictus, aliqua ratione vel cauſſa, ſub pœna librarum decem parvorum, ſi xenium, ſeu donum fuerit valoris ſoldorum xx. parvorum, et ab inde infra. Si vero majoris ſummæ ſold. xx. uſque ad ſold. centum parvorum,

Digitized by Google

vorum, condemnetur in libris quinquaginta parvorum pro qualibet vice. Et quod ſyndicatores, qui erunt electi ad ſyndicandum dictos Rectorem Vicarium Militem, et eorum familiares teneantur ſub vinculo ſacramenti, et pœna librarum xxv. parvorum inquirere de prædictis omni modo, via, et forma, quibus melius poterunt. Et quod nullus homo, nullaque perſona civis diſtrictualis Belluni modo aliquo, vel ingenio per ſe, vel interpoſitam perſonam, directe vel per obliquum audeat, nec præſumat xenium aliquod, vel donum, ſeu aliquid aliud dare D. Rectori, Vicario, vel Militi, vel alicui de ſua familia ſub pœna prædicta. Et de hoc poſſit fieri accuſatio, inquiſitio, et denuntiatio uſque ad quinque annos: non obſtante aliquo alio Statuto. Et quilibet poſſit accuſare; et credatur ei cum ſacramento, ſi probaverit per unum bonum teſtem, bonæ famæ, et opinionis. Et dictus accuſator habeat medietatem condemnationis. Et in omnibus prædictis caſibus deferatur ſacramentum omnibus de Conſilio, quod ſub vinculo ſacramenti, et infamiæ accuſabunt, et denuntiabunt omnes contrafacientes. Et Rector infra xv. dies poſt introitum ſui regiminis teneatur ommibus de Conſilio ſacramentum deferre de accuſando, et manifeſtando prædicta, ſub pœna perjurii, et centum librarum parvorum de ſuo ſalario: et ſit præciſum.

De Officio Militis; & de cuſtodiis ponendis. Cap. XVII.

STatuimus, & ordinamus, quod Miles prædictus ſub vinculo ſacramenti teneatur, & debeat omni ſero ponere cuſtodias civitatis, & eas tentare; & qualibet hebdomada ad minus tribus vicibus in diverſis noctibus ire per civitatem cum familia D. Rectoris tentando de his, qui de nocte irent, vel contra formam Statutorum facerent. Et quod debeat ire cum Juratis juſtitiæ per civitatem tentando tabernarios de menſuris, & vino ſi venditur contra formam Statutorum; & luſores contra formam Statutorum ludentes: & alias menſuras, & pondera, & pancogolas de pane, & alios vendentes contra formam Statutorum. Et continue debeat eſſe ſuper beccariis, & eos compellere ut carnes faciant, & vendant ſecundum formam Statutorum, & reformationum communis Belluni. Ac ſemel etiam in ſeptimana ire ad ſtationes, ubi venduntur res, & mercimonia ad minutum, & ibi diligenter tentare, & ſazare, ſi tales res venduntur juſto pondere, ut eſſe debent; & videre marchos, & uncias, & libras ſi ſunt juſtæ, vel non. Et alia faciat, vel ſervet, quæ continebuntur in Statutis, & reformationibus communis Belluni. Teneaturque ſententias criminales, & condemnationes corporales executioni mandare: & omnia alia facere, quæ ſibi injuncta fuerint per D. Rectorem. Et ſi dictus Miles negligens fuerit in prædictis, qualibet

Digitized by Google

libet vice condemnetur in ſold. centum parvorum. Et tempore Syndicatus debeat per ſyndicatores diligenter inquiri, & ſyndicari: & ſit præciſum.

De ſyndicatu Rectorum. Cap. XVIII.

STatuimus, & ordinamus, quod Rector, Vicarius, vel Miles cum tota ejus familia teneatur ſtare perſonaliter in ciuitate Belluni per octo dies poſt exitum ſui officii, ad ſyndicatum. Et cuilibet de ipſo, vel de aliquo de familia ſua conquerenti reſpondere: & omni die in mane ante tertiam, & poſt nonam ante veſperas per ſe, vel per procuratorem legitimum conſtitutum coram ſyndicis comparere, & petitionibus, & querimoniis ſibi contra eum, vel eos, vel aliquem de ſua familia porrectis reſpondere, nulla exceptione obſtante. Et ſi contigerit, quod aliqua ſententia fieret contra ipſum, vel aliquem de ſua familia, antequam recedat de civitate Belluni debeat ſolvere, & ſatisfacere pro ſe et illo de familia ſua, contra quem ſententia fuerit promulgata. Et teneatur quælibet perſona volens de ipſo, vel aliquo ipſorum quærimoniam, accuſam, denuntiationem, vel petitionem aliquam exponere, vel producere, oretenus, vel in ſcriptis infra quintam diem a die ſyndicatus incepti ipſam, produxiſſe, vel expoſuiſſe debeat: alias elapſis dictis quinque diebus, nullatenus audiatur. Et Rector, vel Vicarius cum prædicta ejus familia libere poſſit ad patriam remeare. Syndicatores vero qui ad prædicta fuerint electi, teneantur ſub vinculo ſacramenti, et ſub pœna librarum quinquaginta parvorum uſque ad dictos octo dies ſuper querimoniis, denuntiis, accuſis, et petitionibus infra quintam diem coram ipſis expoſitis, et productis pronuntiare: et ſimiliter ſuper inquiſitione per ipſos formata abſolvendo, vel condemnando. Quod ſi factum non fuerit, tunc Rector, vel Vicarius cum tota ejus familia poſſit ad patriam remeare. Et ſi aliqua ſententia condemnatoria fuerit ſecuta, tunc antequam recedat de civitate Belluni id in quo ipſe, vel aliquis de ſua familia fuerit condemnatus ſolvere teneatur. Et quod dicti ſyndicatores pronuntiare, et ſententiare poſſint, et debeant, prout eis videbitur bonum, æquum, et juſtum abſque conſilio Sapientum. Et a ſententis latis per ipſos ſyndicatores non poſſit appellari, nec dici nullæ, aliquo colore quæſito, ſed incontinenti executioni mandentur.

De Juramento Conſulum, & Sapientum. Cap. XIX.

JUro ego Conſul, Sapiens, et Conſiliarius ad Sancta Dei Evangelia, bona fide, et ſine fraude ſequi D. Rectorem, ſeu Vicarium

civitatis Belluni, et obſervare omnia præcepta, quæ Rector, vel Vicarius, ſive Nuntius mihi fecerit pro commune Belluni verbo, vel litteris: dum tamen ſint ſecundum Statuta communis Belluni. Nec per fraudem evitabo, quin dicta præcepta non audiam, intelligam, & attendam. Et fortiam, & vigorem eis, & ſuis Nuntiis dabo: nec contradicam, nec contradicenti conſentiam. Et D. Rectorem, vel Vicarium adjuvabo defendere, & manutenere uſque ad complementum, ſeu ad finem ſui regiminis. Nec ero in conſilio, ſive facto, quod Rector perdat membrum, vel vitam, vel ſuum honorem, vel detrimentum aliquod in perſona, vel rebus patiatur: nec quod ſuum regimen Rector, vel Vicarius perdat uſque ad complementum ſui regiminis. Et idem ſervabo in his, qui cum eo erunt in dicto officio. Et ſi ſcivero aliquem, vel aliquos facere, vel facere velle contra prædicta, vel aliquod prædictorum bona fide prohibebo: et Rectori, Vicario, vel alii Nuntio quamcitius potero manifeſtabo: & eidem Rectori, vel Vicario conſilium, atque adjutorium ad ipſum manutenendum in omnibus fideliter dabo. Et quod ad conſilium quotienſcumque per ſe, vel per Nuntium ejus, ſeu Communis ad ſonum campanæ ad hæc conſtitutæ, vocatus fuero, ibo, & ſtabo: et ſine ejus licentia, videlicet Rectoris, vel Vicarii inde me non ſeperabo: et ſemper in omnibus quibuſcumque ad honorem regiminis, et ſtatum pacificum, et communem, et publicam utilitatem communis Belluni cognoſcam, ſeu putavero redundare, bona fide, et ſine fraude conſulam. Et credentias mihi impoſitas per dictum D. Rectorem, Vicarium, vel eorum Nuntium ſecretas tenebo, nec publicabo ſine eorum verbo, donec fuerint publicatæ. Item nullo modo tentabo, vel tentari conſentiam palam, vel occulte; nec conſulam, nec arrengabo, quod aliquis bannitus, vel aliqua perſona bannita pro proditione civitatis; vel qui de cætero bannientur dicta de cauſſa cancellentur, ſeu eximantur de libris bannitorum, et condemnationum communis Belluni immo toto meo poſſe prohibebo. Et ſi ſcivero aliquem prædicta tractare, vel tractare velle, quamcitius potero D. Rectori, vel Vicario manifeſtabo. Nec ibo, nec ero in colloquio cum aliquo bannito occaſione prædicta, in aliqua civitate, villa, caſtro, vel loco. Et ſi ſcivero aliquem ire ad colloquium cum prædictis bannitis, vel aliquo eorum, quamcitius potero D. Rectori, vel Vicario manifeſtabo. Item non prohibebo Rectori vel Vicario juſtitiam facere: immo totis meis viribus, atque poſſe adjutorium dabo. Quod quidem ſacramentum quilibet Conſiliarius facere, et præſtare teneatur ſub dictis, ſeu quolibet Rectore, vel Vicario in dicto Conſilio infra viginti dies poſt introitum ipſius regiminis Rectoris, ſeu Vicarii ſub vinculo ſacramenti, per eum ante alios præſtiti: & pœna ſoldorum ſexaginta parvorum pro condemnatione. Quod

ſacra-

Digitized by Google

ſacramentum præſtare teneantur ſub dictis pœnis omnes Conſules, Sapientes, & Conſiliarii .· tempore tamen quo venirent ad dictum Conſilium, & non ante. Et ſimiliter illi de Agurdo .· Et ſit præciſum.

Quod Minor viginti annis ad Conſilium non admittatur. Cap. XX.

STatuimus, & ordinamus, quod nullus minor viginti annis poſſit eſſe ſcriptus in Conſilio majori, nec eſſe de dicto conſilio .· hoc ſalvo, quod quotienſcumque in dicto Conſilio fuerint triginta ſex Conſiliarii, quicquid factum fuerit per eos, vel majorem partem eorum valeat .· excepto quod ſi imponeretur de dando de havere Communis alicui, quod factum fuerit non valeat; niſi per tres partes ipſorum xxxvi. vel plurium, ſi plures fuerint, in Conſilio prædicto fuerint in concordia.

Quod obſerventur ordinata per Conſilium. Cap. XXI.

STatuimus, quod quicquid per dictum Conſilium fuerit formatum valeat, & teneat. Et teneatur Rector illud obſervare, ac ſi per totum commune Belluni, & communis univerſitatem foret factum, ſeu ordinatum. Dum tamen in quolibet Conſilio ſint ad minus triginta ſex Conſiliarii, & duo Cancellarii.

Quod quicquid in Conſiliis factum fuerit ſine ballotatione non valeat. Cap. XXII.

STatuimus, quod omnia conſilia, & omnia partita, quæ fient in Conſiliis civitatis Belluni debeant fieri ſolummodo ad buſſulos cum ballotis. Et ſi aliter facta eſſent, non valeant, neque teneant. Et illud, quod eſſet firmatum, vel ſtabilitum per Conſilium alio modo, ſit caſſum, & irritum, & nullius valoris ipſo facto, & jure; nec poſſit executioni mandari. Et Rector non debeat aliquo modo facere, nec proponere aliquod partitum in aliquo Conſilio alio modo, niſi ad buſſulos cum ballotis ſub vinculo ſacramenti, & pœna ducentarum librarum parvorum. Et quod omnes de Conſilio in continenti quando fierent dicta partita alio modo, quam dictum eſt, teneantur, & debeant recedere de dicto Conſilio, ſub pœna ſol. centum parvorum pro quolibet, & pœna caſſationis Conſilii. Et nullus notarius debeat, nec poſſit ſcribere aliquam reformationem de aliquo partito facto aliquo alio modo, quam ſupra dictum eſt, ſub pœna librarum xxv. parvorum, & pœna caſſationis officii. Et idem obſervetur in quolibet conſilio Sapientis .· & ſit præciſum.

De mo-

De modo ballotandi, & ſecrete. Cap. XXIII.

ITem Statuimus, quod quolibet de Conſilio in quolibet partito teneatur, & debeat ponere manum in ambobus buſſulis quando ponit ballotam, ita quod nullus poſſit perpendere in quo buſſulo ponat ſuam unicam ballotam, ſub vinculo ſacramenti, & pœna ſol. quinque parvorum ſtatim ſolvendorum. Et quod nullus Conſiliarius in aliquo partito poſſit, vel debeat dare ſuam ballotam aliis ad ponendum in aliquo buſſulo, ſub vinculo ſacramenti, & pœna ſold. centum parvorum; ſed eam teneatur ponere propria manu in quo buſſulo voluerit, & ſecrete. Et quod nullus in aliquo Conſilio, vel partito debeat clamare ſubducendo alios, ut ponant in buſſulo albo, ſeu alio buſſulo, ſub vinculo ſacramenti, & pœna ſold. xx. parvorum ſtatim ſolvendorum: & ſit præciſum.

De modo numerandi ballotas in Conſilio per Cancellarios laicos. Cap. XXIV.

ITem Statuimus, quod per commune Belluni emantur duo bacini, in quibus dictæ ballotæ debeant numerari. Et quod Cancellarii laici, qui ſtant penes arrengheriam teneantur & debeant dictas ballotas numerare in dictis bacinis in media ſala Palatii alta manu, & ſeparatim, ſtando unus ab altero ſeparatus, dimittendo cadere unamquamque ballotam per ſe viſibili, & aperte in dictis bacinis: & qua, habuerit buſſulum album primo debeat numerare; & poſtmodum quas habuerit buſſulum rubeum: & ſit præciſum.

De modo convocandi Conſilium: & de pœna danda non venientibus, & recedentibus ſine licentia. Cap. XXV.

ITem Statuimus, quod quilibet de Conſilio cum pulſatum fuerit Conſilium per campanam communis Belluni, & clamatum fuerit per præconem, teneantur, & debeant ad Conſilium venire: & inde non recedere abſque licentia D. Rectoris. Et qui non venerit, ſeu receſſerit ſine licentia, compellatur per D. Rectorem ſolvere unum groſſum pro qualibet vice, ſine aliqua condemnatione facienda. Et qui tarde venerit ſcil. poſtquam D. Rector ſurrexerit ad proponendum, teneatur incontinenti ſolvere den. viginti parvorum, niſi juſta cauſſa fuerit impeditus: vel ſi non audiverit ipſum Conſilium pulſari, vel clamari; vel non aliter ſciverit ipſum Conſilium ordinatum eſſe. Et de prædictis ſtetur ſacramento cujuslibet Conſiliarii.

Quod

Digitized by Google

Quod nullus niſi Conſiliarii ingrediantur Conſilium, & quod unito Conſilio oſtia claudantur. Cap. XXVI.

ITem Statuimus, & ordinamus, quod nullus, qui non eſt ſcriptus in numero Conſiliariorum audeat, vel præſumat ſtare, vel eſſe in dicto Conſilio ſub pœna ſold. centum parvorum, ſine aliqua condemnatione. Et dicto Conſilio ſic unito oſtia Palatii clauſa ſint, ita ut maneant in ſecreto, quæ in dicto conſilio tractantur, & ordinantur donec fuerint publicata.

Quod non fiat propoſito aliqua in Conſilio, niſi licentiatis privatis de conſilio. Cap. XXVII.

ITem Statuimus, et ordinamus, quod ſi contigerit aliquem Ambaſſiatorem, vel Nuntium, vel aliquem alium, qui non ſit de Conſilio venire ad Conſilium majus, vel minus aliqua de cauſſa: et aliquid dixerit, vel expoſuerit, vel dici, aut exponi fecerit, quod incontinenti facta ejus expoſitione Rector antequam faciat propoſitionem teneatur ſub vinculo ſacramenti, et pœna librarum ducentarum parvorum licentiare civiltaliter illum talem, vel illos qui eſſent in dicto Conſilio. Et donec ille, vel illi tales eſſent in dicto Conſilio, Rector non ſurgat ad faciendam propoſitionem aliquam, vel partitum ſub dicta pœna. Et aliquis Conſiliarius non vadat ad rengandum ſub pęna librarum decem parvorum, et caſſationis officii: et ſit præciſum. Exceptis Ambaſſiatoribus, et Nuntiis Dominii noſtri.

De modo arrengandi. Cap. XXVIII.

STatuimus, quod quilibet qui voluerit conſulere debeat ire ad rengam ad conſulendum. Et ſi in aliquo alio loco conſuluerit, non valeat ejus conſilium; et ſtatim ſi contrafecerit ſolvat ſold. quinque parvorum pro qualibet vice; et teneatur quilibet conſulere ſuper propoſita, & non ſuper alio poſſit conſulere, vel arrengare: et ſemel tantum debeat conſulere, vel arrengare ſub dicta pęna.

De propoſitionibus ſcribendis, & fiendis. Cap. XXIX.

ITem notarii Sapientum teneantur ſcribere propoſitiones, et reformationes antequam recedant de Conſilio, et eas in dicto Conſilio ſcriptas legere ſub vinculo ſacramenti, et pęna ſoldorum decem parvorum, ſtatim ſolvendorum.

Item,

Item, quod in aliquo Conſilio non poſſit ultra quatuor propoſitiones fieri per Rectorem ſub vinculo ſacramenti, niſi Rectori, et Conſulibus aliud videbitur expedire. Et hæc locum non habebant in his, quæ Dominium tangerent.

Cap. XXX.

ITem Statuimus, quod ſi contigerit aliquam propoſitionem fieri in Conſilio, et ſuper illa propoſita obtinuerit propoſitum negativum, quod dicta propoſitio amplius proponi non poſſit ad Conſilium directe, vel per obliquum tempore regiminis illius Rectoris, ſub cujus regimine dicta propoſitio ponderetur, pęna Rectori, et cuilibet alii, qui proponeret librarum centum parvorum, et a Conſilio privetur Conſiliarius proponens. Et pęna ſimili puniatur notarius, qui ſcripſerit propoſitionem, et reformationem ſuper hoc factam. Et ſi facta fuerit, nihilominus nullius ſit valoris. Et hæc locum non habeant in his quæ tangerent Dominium vel Commune.

De Conſiliariis Agurdi. Cap. XXXI.

ITem, quod ille de Agurdo, qui venerit ad Conſilium teneatur jurare, et ſacramentum facere de conſulendo, et faciendo ea, quæ jurant, et faciunt Conſiliarii de civitate Belluni ſub pęna ſold. xx. parvorum, pro quolibet contrafaciente: dum tamen non plus quam ſemel eis detur dictum ſacramentum ſub eodem regimine; & quod ultra numerum ſex non poſſint venire ad Conſilium. Et ſi reperirentur ultra dictum numerum eſſe in Conſilio de ſupradictis de Valtago, et della Valle, quilibet eorum, qui fuerit in Conſilio, ſtatim ſold. centum parvorum ſolvere compellatur; et de ipſo Conſilio expellatur.

Cap. XXXII.

ITem Statuimus, & ordinamus, quod ſi contigerit aliquem eſſe Cancellarium, qui non fuerit de Conſilio tempore ſui officii, ſit, & eſſe intelligatur de Conſilio; & poſſit conſulere, & ſuas ballotas ponere, ſicut quilibet alius Conſiliarius: alio Statuto in contrarium loquente pęnitus non obſtante.

Quod Rector non debet arrengare. Cap. XXXIII.

ITem Statuimus, & ordinamus, quod Rector, qui pro tempore fuerit in civitate Belluni nullo modo poſſit, nec debeat in aliquo

quo Conſilio majori civitatis Belluni conſulere, vel arrengare ſuper aliqua propoſitione, nec habilire, vel laudare aliquid partitum ſub vinculo ſacramenti, & pœna librarum quinquaginta parvorum.

De Conſiliariis. Cap. XXXIV.

ITem Statuimus, & ordinamus, quod aliquis non audeat, vel præſumat raxare, vel cancellare; vel raxari, vel cancellari facere, vel alium ſcribere loco alterius, vel juxta aliud nomen alicujus Conſiliarii ſcripti in volumine Statutorum in numero Conſiliariorum ſine licentia, & conſcientia D. Rectoris, & Conſulum, ſub pœna librarum quinquaginta parvorum. Et hoc poſtquam firmatum fuerit in Conſilio, & propoſitum de ipſo Conſilio firmando, vel mutando. Salvo quod ſi aliquis moreretur, vel foret cauſſa legitima impeditus, vel nollet eſſe de Conſilio: tunc poſſit cancellari de voluntate Rectoris, & Conſulum: & alius loco ipſius ſubrogari. Et ſi quis vellet renuntiare quod non ſit de Conſilio, poſſit hoc facere coram Rectore, & Conſulibus civitatis Belluni.

De electione, & ſalario Conſulum. Cap. XXXV.

STatuimus, quod ſemper ſint in civitate Belluni quatuor Conſules de dicta civitate, & duo de Agurdo, vel Zaudo in illis partibus Agurdi, vel Zaudi ſecundum conſuetudinem obſervatam: quorum Conſulum de civitate electio fiat in Conſilio majori ipſius civitatis. Electio de Agurdo fiat in Conſilio Agurdi ſingulis quatuor menſibus, uſque ad quatuor annos: & in quinto anno vacet Conſulatus Agurdi, & ſuccedat Conſulatus Zaudi in perſonis duorum de Zaudo, qui eligantur per Conſilium Zaudi more ſolito. Et mutentur Conſules Zaudi ſingulis quatuor menſibus uſque ad finem anni. Et habeant dicti Conſules de civitate Belluni pro ſalario pro quoque, & quoque menſe lib. x. Et de Agurdo, & Zaudo pro ſalario a commune Bell. lib. quatuor pro quoque in menſe. Et coram D. Rectore, & Capitaneis præſtent ſacramentum de ipſo officio conſulatus diſtincte, & fideliter exercendo, & fiet electio dictorum Conſulum Rectore, & Capitaneis cogentibus per octo dies ante finem cujuslibet quarti menſis. Hoc addito quod non poſſit eligi ad officium conſulatus minor annis triginta duobus expletis; qui non habitet in civitate Belluni vel burgis; vel habitans, non faciens factiones cum civitate prædicta: ſalvo quod omnes de villis, qui ſunt conſueti facere officia, teneantur ſuo loco alium ſubrogare.

Quod Conſul non poſſit ſe abſentare ab officio. *Cap. XXXVI.*

INſuper Statuimus, quod aliquis, qui fuerit in officio conſulatus non poſſit ſe abſentare de civitate Belluni ſine licentia Rectoris, ſub pœna ſol. xx. parvorum pro qualibet vice. Et ſi aliquis Conſul obtenta licentia ſe abſentet, poſſit, & teneatur dimittere aliquem bonum, et idoneum loco ſui, qui teneatur jurare ſuum officium: et quod omnes Conſules ſingulis diebus ſemel ante tertiam teneantur præſentare ſe perſonaliter coram D. Rectore, ſub pœna trium ſol. pro quolibet, et qualibet vice imminente.

De poteſtate, & ballia Conſulibus, & Sapientibus attributa. *Cap. XXXVII.*

DEclaramus, quod omnia ordinamenta, et permiſſiones factas pe Conſules et Sapientes, et quæ in poſterum fient per majorem partem eorum, ibi aſtantium, dummodo ſint ibi duæ partes prædictorum Conſulum, et Sapientum, valeant, et teneant in effectu, ac ſi forent per majus Conſilium civitatis Belluni vel majorem partem ipſius idonee celebrata. Hoc ſalvo, quod non valeant aliquid attingere de havere Communis expendendo, vel errogando, niſi uſque ad ſummam ſolid. centum parvorum pro qualibet vice, abſque majori Conſilio, niſi immineret caſus mittendorum Ambaſſiatorum, vel ſpiarum, vel nunciorum, vel ſimilis cauſſa in ſervitio Dominii, vel Communis, quorum ſalarium ſigillatim, etiam ſi excedat dictam ſummam ſold. centum parvorum poſſit fieri per prædictos. Et hoc decernimus, ne majus Conſilium fatigetur in congregando: hoc addito, quod Conſules, et Sapientes, et Conſilium minus non poſſit tollere illud quod factum fuerit, et proviſum per Conſilium majus.

De Officio Maſſarii. *Cap. XXXVIII.*

OFficium Maſſariæ tale eſſe debet, videlicet, quod Maſſarius teneatur et debeat omnes condemnationes illis quatuor menſibus factas exigere, et bona publicata occaſione alicujus maleficii, illas condemnationes, videlicet, quæ exigi poterunt, habendo fortiam a Rectore, et auxilium de nuntiis, et ejus familia, et litteris ſi neceſſarium fuerit ad eas exigendas: et recipere omnes illos denarios qui exacti fuerint illis quatuor menſibus veteribus datia, ſeu tholonia, mutua, et collectas ab exactoribus, et alios redditus communis Belluni, et ſolvere ſecundum quod fuerint deputati.

De

Digitized by Google

De eodem. Cap. XXXIX.

ITem Statuimus, quod Maſſarius, qui fuerit deputatus ad condemnationes exigendas teneatur facere exemplari, et ejus notarii exemplare teneantur in chartis membranis omnes condemnationes publicatas in ſuis quatuor menſibus infra tres dies poſtquam fuerint publicatæ, ſicut ſcriptæ fuerint in raſpa. Et cum receperit ſolutiones, faciat cancellari de dicto libro exemplato, ſub pœna dicto Maſſario ſold. centum parvorum. Et Notarius eadem pœna pro qualibet condemnatione puniatur.

De ſecuritatibus condemnationum accipiendis per Maſſarium. Cap. XL.

ITem quod Maſſarius, ſive ille, qui fuerit deputatus ad condemnationes exigendas teneatur recipere bonas, & idoneas ſecuritates, & eas facere ſcribi in chartis membranis, & finito ejus officio debeat libros ſecuritatum D. Rectori, vel Cancellaris Communis conſignare. Et omnes ſecuritates ſint ſuper ipſo Maſſario, qui eas receperit: & teneatur eadem die qua facta fuerit ſecuritas, vel ſequenti referre D. Rectori, aut Cancellario ſecuritatem, per quos fidejuſſio facta fuerit. Et quod Rector, vel Cancellarius vinculo Sacramenti, & pœna librarum quinquaginta non poſſit, nec debeat recipere aliquam ſecuritatem abſque conſenſu Maſſarii, vel alterius locum tenentis. Quæ ſecuritas ſi fuerit occaſione alicujus delicti, debeat per Notarium, vel Cancellarium maleficiorum ſcribi in libro poſt excuſationem factam ejus, qui ſecuritatem fecerit hoc modo. *Die tali, talis fecit ſecuritatem apud talem Maſſarium, pro eo fuerunt tales*, nominando fidejuſſores nominibus propriis, & cognominibus, & unde fuerunt ſub pœna ſol. xx. parvorum pro qualibet ſecuritate non ſcripta, ſeu præſentata. Et quod omnes ſecuritates, quæ ſcriptæ fuerunt per dictum Maſſarium, & ſcriptæ per Notarium in ejus quaterno ſecuritatum, ſint, & eſſe intelligantur ipſo jure bene, & diligenter, & ſolemniter factæ. Et quilibet repertus ſcriptus in dictis ſecuritatibus intelligatur eſſe inſolidum obligatus, & realiter, & perſonaliter poſſit procedi contra eum ſine ſtrepitu, & figura judicii, niſi aliud expreſſe in dicta ſecuritate contineatur.

Digitized by Google

De qualitate Fidejuſſionum pro Maſſariis, & aliis. Cap. XLI.

STatuimus, quod ab anno Domini milleſimo trigenteſimo vigeſimo quarto, Indictione ſeptima citra, nec ammodo in antea nullus homo, ſeu nulla perſona poſſit modo aliquo, ingenio, vel colore ſe obligare pro alio, ſeu alii Maſſario communis Bell. ſeu alii recipienti vice, & nomine dicti communis, ſeu ipſi communi pro aliquo delicto, ſeu alia quacumque de cauſſa ultra libras centum parvorum. Et ſi obligatio, ſeu fidejuſſio, & promiſſio talis aliter facta fuerit abſque aliqua ſententia ferenda, ſit ipſo jure nulla. Non obſtante aliquo Statuto in contrarium loquente, ſeu reformatione. Et Maſſarius, vel alius, qui receperit pro commune Belluni aliquam ſecuritatem ab aliquo, vel ab aliqua perſona ultra lib. centum parvorum ſuo periculo intelligatur recepiſſe idem Maſſarius talem ſecuritatem; Ita quod commune non incurrat tale damnum: cui Statuto renuntiari non poſſit: hoc ſalvo, quod præſens Statutum non habeat locum in ſecuritate, quæ fieret per Maſſarium communis Belluni pro officio Maſſariæ faciendo: nec in ſecuritate aliqua, quæ fieret per aliquem, qui reciperet datium a commune Belluni, nec per aliquem recipientem carceres a commune Belluni pro cuſtodiendo dictum carcerem: dum tamen omnes ſupradicti teneantur, & debeant facere bonam, & idoneam ſecuritatem: ita quod Maſſarius communis contentetur.

Quod ratio Maſſariæ fiat coram Rectore. Cap. XLII.

ITem Statuimus, quod quotienſcumque examinabitur, ſeu fiet ratio Maſſarii, quod Rector qui pro tempore fuerit in regimine civitatis Belluni teneatur, & debeat ſtare ad faciendam rationem a principio uſque ad finem; & ab exitu ſui officii in antea non poſſit, nec debeat ſcribere, nec ponere aliquid pro introitu, nec expenſis: & id quid omiſerit ponere, intelligatur furtive, & fraudulenter ſubcelaſſe: & illud reſtituere compellatur ſub pœna librarum vigintiquinque parvorum. Et id quod omiſerit ponere in expenſis ei, in rationem non ponatur: nec poſſit facere cancellari aliquam condemnationem animo recuperandi ſub pœna ſuperius notata.

De inventariis faciendis per Maſſarium de ſuppellectilibus. Cap. XLIII.

ITem Statuimus, quod Maſſarii teneantur, & debeant in ultimo menſe regiminis cujuslibet Rectoris ſcribere, ſeu in ſcriptis reduci omnes lumerias, banchos, & banchas, ſcrinia, claves, ſeraturas, & om-

& omnes alias res, & maſſaritias ſpectantes, & ſpectantia ad commune Belluni in prædicto Palatio exiſtentia. Et prædicta omnia facere ſcribi in fine regiminis a Rectore, ſeu ab aliquo ejus familiari dari, & conſignari: & poſtea novo Rectori, & ejus familiæ per ſcripturam publicam conſignare, ſub pęna decem librarum parvorum pro quolibet Maſſario, & ſui ſacramenti.

Ordo ſervandus in emendis candelis, ceris, & chartis, & aliis rebus per Maſſarium. Cap. XLIV.

STatuimus & ordinamus, quod Rector ſimul cum Conſulibus in principio ſui regiminis infra octo dies teneatur, & debeat mittere pro apothecariis civitatis Belluni, & cum eo qui melius forum & pactum facere voluerit pro communi de candelis & cera, & chartis bombacinis, & membranis, aut aliis rebus neceſſariis in communi ſe accordare. Et quod Maſſarius, qui nunc eſt, vel pro tempore fuerit, teneatur dictas res accipere pro dicto pretio a dicto apothecario cum quo concordia facta fuerit. Et ſi alibi acceperit, de ſuo ſolvere teneatur: & non ponantur dictæ expenſæ ſibi in ratione. Et prædicta teneatur Maſſarius notificare Rectori infra octo dies poſt introitum regiminis Rectoris, pęna ſolidor. viginti parvorum.

De eodem. Cap. XLV.

ITem quod nullus Maſſarius poſſit expendere, ſeu expendiſſe in fine ſui officii, niſi libras x. parvorum ad plus, ultra id quod ad ejus manus pervenerit de denariis Communis. Et ſi aliquis Maſſarius reperiretur ultra dictam ſummam expendiſſe aliquid; id quod ultra expendiſſet, non ponatur ei in rationem, & intelligatur de ſuo expendiſſe, niſi aliter foret obtentum per Conſilium. Et quod nullus Rector poſſit, vel debeat præcipere alicui Maſſario de expendendo ultra dictam ſummam ſub pęna lib. centum parvorum & vinculo Sacramenti. Et quod idem Maſſarius non poſſit aliquid expendere de parte ſpectante D. Epiſcopo: & ſi expenderet, non ponatur in rationem, & intelligatur de ſuo expendiſſe. Et nihilominus ſemper, & ſtatim cogatur ſatisfacere D. Epiſcopo, vel factoribus ſuis.

De pœna Maſſarii ſubcellantis aliquid. Cap. XLVI.

STatuimus etiam, quod ſi aliquis Maſſarius ex quacumque cauſa tenuerit, vel habuerit, vel ſubcellaverit de bonis, & rebus dicti

dicti Communis, vel quæ ad eum pervenerint occaſione dicti officii; quod reſtituantur in duplo: & nihilominus teneatur reſtituere id quod habuerit, & ſubcellaverit: & intelligatur fraudulenter accepiſſe, & ſubcellaſſe, eo ipſo quod in quaterno non poſuerit: & nihilominus condemnetur in ſold. centum parvorum pro qualibet vice, & plus arbitrio Rectoris & Conſulum ſecundum qualitatem facti.

Quod condemnationes non exigantur a Maſſario. Cap. XLVII.

ITem Statuimus, quod nulla condemnatio poſſit liquidari alicui Maſſario; ſed omnes condemnationes remanere debeant in Communi, & exigi per Commune, & ſine periculo ipſius Communis. Et quod nullus Maſſarius, nec aliqua perſona poſſit, nec debeat cancellare, nec cancellari facere aliquam condemnationem, niſi eſſet fidejuſſor illius qui eſſet condemnatus, & coactus per Rectorem, pœna librarum decem parvorum cuilibet contrafacienti qualibet vice: & nihilominus iterata ipſa condemnatione per Commune exigatur, & permaneat in Communi.

De ſolutionibus a Maſſario faciendis. Cap. XLVIII.

ITem Statuimus quod nullus Maſſarius poſſit alicui ſolvere habere debenti a commune Belluni a ſumma ſold. centum parvorum ultra, niſi Rectoris juſſu interveniente cum voluntate duorum Conſulum, vel plurium, ſub pœna ſol. centum parvorum pro qualibet vice. Et quod quilibet Maſſarius teneatur ponere diem, & juſſum Rectoris, & Conſulum in qualibet ſolutione, ſeu receptione per eum facta, ſcripta in quaterno ſui officii, pœna ſol. centum parvorum pro qualibet vice. Et prædicta locum habeant in ordinariis & extraordinariis expenſis. In extraordinariis autem nullus ſolvere poſſit, niſi cum bulla Rectoris facta de voluntate Conſulum prædictorum, ſub pœna prædicta.

De pœna Maſſarii non ſolventis Creditoribus. Cap. XLIX.

ITem, ſi dictus Maſſarius ſcripſerit in ſuo quaterno expenſas, quod aliquid alicui ſolverit, id quod a communi percipere deberet, & non ſatisfecerit eidem, ita quod querela aliqua Rectori proponatur, condemnetur Maſſarius in ſoldis centum parvorum. Et ſtatim ſolvere compellatur.

De

Digitized by Google

De pœna Maſſarii accipientis aliquid indebite. Cap. L.

ITem, quod nullus Maſſarius poſſit recipere aliquid ab aliqua ſingulari perſona occaſione alicujus ſolutionis, quam ei faceret, vel alia cauſſa, pœna ſoldorum centum parvorum pro qualibet vice.

Quando reddi debet ratio Maſſariæ. Cap. LI.

ITem quod quilibet Maſſarius teneatur facere rationem omni menſe infra octo dies, tranſacto termino dicti menſis ſub pœna decem librarum parvorum. Et quod Rector teneatur fieri facere dictam rationem Maſſarii pœna librarum vigintiquinque parvorum.

Quod Maſſarius finito ſuo officio conſignare debeat novo Maſſario ejus reſiduum. Cap. LII.

ITem quod quilibet Maſſarius poſt exitum ſui officii, facta ratione eorum, teneatur, & debeat infra octo dies dare, & conſignare novo Maſſario omnes denarios Communis, & quicquid penes eum remanſerit, & ſpectet Communi aliquo modo, vel cauſſa, ſub pœna librarum decem parvorum & habeatur pro condemnato. Et quod Rector teneatur Maſſarium compellere, quod de Palatio non recedat donec ſolverit ad terminum ſupradictum. Et elapſo dicto termino octo dierum, in carceribus ponere: & inde non relaxare, donec ſolverit omnes denarios Communis: & quicquid penes eum remanſerit, quod Communi ſpectet, aliquo modo, vel cauſſa; & quicquid dare, & ſolvere debuerit quibuſcunque habere debentibus ab eo in ſua poſita ratione, ſub pœna Rectori contrafacienti librarum vigintiquinque parvorum pro qualibet vice, & pœna perjurii, damni, & intereſſe.

De ratione reddenda per Maſſarium Communis. Cap. LIII.

ITem quotienſcunque fit ratio Maſſarii debeant penes Conſules ad dictam rationem faciendam, eligi per Conſules quatuor boni, & legales viri civitatis Belluni, majores triginta annis, qui balloteutur in Conſilio majori, & durent per annum, qui vocantur Rationatores ad eorum officium quemadmodum ballotantur Conſules, & Cancellarii: qui delato ſibi ſolemniter ſacramento, debeant intereſſe dictæ rationi, & eam ſimul cum dictis Conſulibus & Rectore examinare, & approbare de voluntate ſemper Rectoris, & in ejus præſentia: & aliter ratio facta non valeat. Et quod omnes prædicti Con-

Digitized by Google

Conſules, & Sapientes una cum D. Rectore, debeant inquirere diligenter ſi Maſſarius obſervaverit omnia, & ſingula prædicta Statuta, quæ ſpectant ad dictum officium: & ſi invenerint dictum Maſſarium aliquid omiſiſſe, Rector teneatur eum punire ſecundum formam Statutorum. Et quod dicti Sapientes ſive Rationatores debeant habere pro unoquoque de havere Communis ſolidorum quadraginta ſingulis duobus menſibus, quos denarios Rector faciat ſolvere per Maſſarium ſub vinculo ſacramenti.

Quod Superſtes teneatur mundificari facere Plateas, & ſtratas. Cap. LV.

ITem, quod Rector Civitatis Belluni ſub pœna librarum xxv. parvorum debeat, & teneatur ſingulo Superſtiti communis Belluni præcipere, quod debeat ſemel tempore ſui officii cum uno, vel pluribus plauſtris facere purgari Plateam communis Belluni, & Forum a lapidibus, cœmento, & ledamine, ac etiam alias ſtratas communis Belluni, quantum eſt a lapidibus, vel teratio per totam Civitatem. Et ſi præceptum fuerit dicto Superſtiti, & recuſaverit facere, & negligens fuerit in complendo prædicta, condemnetur in ſoldis quadraginta parvorum qualibet vice.. Et quod omnia prædicta Statuta inviolabiliter obſervari debeant. Et quod nullum Statutum, proviſio, vel reformatio, factum, vel facta in contrarium valeat, neque teneat.

Quod habere debentes Maſſario non audiantur ultra ſex menſes, finito officio Maſſarii. Cap. LV.

ITem Statuimus, & ordinamus, quod quilibet homo, & perſona cujuslibet dignitatis, et conditionis exiſtat, qui habere, et percipere deberet aliquam pecuniæ quantitatem ab aliquo Maſſario communis Belluni ratione ſuæ Maſſariæ, nomine alicujus ſui ſalarii, proviſionis, vel deputationis, vel alio quocumque nomine, et eam percipere deberet; inſtare, et procurare debeat ipſam pecuniæ quantitatem exigere, et recuperare infra ſex menſes poſtquam talis pecunia poſita fuerit in ratione expenſarum ipſius Maſſarii, et ſcripta in quaternis ſuæ Maſſariæ. Elapſis autem dictis ſex menſibus, nullus habere debens ab aliquo Maſſario communis Belluni audiatur, volendo petere tales pecunias, quas per ſex menſes petere diſtulit: ſed prorſus præſumatur ipſam habuiſſe a dicto Maſſario, et ſibi fuiſſe ſolutum, niſi talis debens habere de hoc haberet inſtrumentum debiti, vel aliam ſpecialem promiſſionem de ſolvendo ab ipſo Maſſario id, quod continetur in quaterno ſuæ Maſſariæ; in quo tamen præſcriptio

ptio ſex menſium locum non habeat. Salvo etiam, quod ſi talis Maſſarius, qui teneretur alicui ratione ſuæ Maſſariæ, eo quod eſſent poſitæ in ſua ratione aliquæ expenſæ, reſtaret habere aliquid a commune Belluni, eo quod plus eſſent ejus expenſæ, quam introitus per ipſum percepti; & ſi hoc modo ſolvere differret habere debentibus ab eo ratione ſuæ Maſſariæ in toto, vel in parte, cauſſa ſupraſcripta; tunc terminus ſex menſium ſupraſcriptus non currat contra habere debentes ab eo tali caſu, nec currere incipiat, niſi a die factæ ſolutionis ipſi Maſſario per commune Belluni: de qua ſolutione facta ipſe Maſſarius per publicum proclama fiendum per præconem, notificet habere debentibus. Et aliter præſcriptio non currat, niſi poſt dictum proclama.

Quod facta ratione Maſſariæ nil opponi poſſit contra rationem, vel Maſſarium. Cap. LVI.

ITem Statuimus, quod quandocumque ratio Maſſariæ alicujus eſt facta, & approbata coram Rectore Belluni per Rationatores, & Conſules communis Belluni deputandos ex forma Statutorum communis Belluni, & per alias perſonas ad rationes communis Belluni deputatas per Conſilium Majus communis Belluni; tunc contra ipſam rationem nil unquam opponi poſſit: nec contra ipſum Maſſarium ratione aliquarum expenſarum per ipſum factarum, poſitarum in dicta ejus ratione, ſive ab initio fuiſſent legitimæ, ſive non, nec debeat moleſtari, nec ultra de dicta ratione inquiri, niſi ratione alicujus erroris facti in calculatione ipſius communis tam pro utilitate Maſſarii, quam communis Belluni. Et quicumque proponeret, vel arrengaret aliquid ſecus prædicta, condemnetur in libris ducentis parvorum. Cujus medietas ſit ipſius Maſſarii, contra quem fieret aliqua moleſtia. Et de hoc poſſit inquiri, & condemnatio fieri uſque ad decem annos. Et prædicta locum habeant non ſolum in futuris Maſſariis, & ipſorum rationibus, ſed etiam in præteritis.

Quod Maſſarius vacet per annos quatuor. Cap. LVII.

ITem Statuimus, quod quicumque civis Belluni qui hucuſque fuerit Maſſarius communis Belluni, vel qui de cætero erit, non poſſit, debeatur eſſe in officio Maſſariæ communis Belluni per ſe, vel pro alios uſque ad quatuor annos futuros, a die quo fuerit completum officium maſſariæ, per ipſum Maſſarium exercitatum: nec debeat eligi, vel dari in Maſſarium communis Belluni, vel ſubrogari. Et ſi contra præſens Statutum aliquis acceptaverit officium maſſariæ, condemnetur talis acceptans in ducatis centum auri dandis, & ſol-

D ven-

vendis communi Belluni : & quod ipſo jure ſit privatus ab omni officio, & beneficio communis Belluni per decennium. Et ſit præciſum.

De Syndico communis Belluni. Cap. LVIII.

STatuimus, quod ſingulis quatuor menſibus ad exercendas lites, & cauſſas communis Belluni tam in agendo, quam in defendendo eligantur duo ſyndici communis litterati majores annis vigintiquinque boni, & idonei per D. Rectorem, & Conſilium communis Belluni qui vacare debeant per annum a die depoſiti officii : qui ſyndici poſſint, & debeant nomine dicti communis lites, & cauſſas communis fideliter agere, & defendere per quatuor menſes. Et finito ejus officio lapſu quatuor menſium non requirantur in cauſſis, vel litibus inceptis, vel motis, ſed ſub alio ſyndico ſubſtituto procedatur, ut dictum eſt. Et ſolummodo in perſona illius, qui reperiretur ſyndicus tempore ferendæ ſententiæ fiat abſolutio, vel condemnatio, & confeſſiones in judicio per ſyndicos communis non fiant ; & ſi factæ fuerint non valeant, & ſub prætextu confeſſionum factarum, ſive fiendarum per ſyndicos prædictos, & ſub prætextu contumaciæ, ſeu negligentiæ eorum, qui cum debuerint reſpondere non reſponderint in termino eis aſſignato, Commune haberi non poſſit pro confeſſo ante publicationem proceſſus, vel poſt. Et ſi aliqua ſententia ferretur, ſeu hinc retro lata fuerit contra ſyndicos communis Belluni vel contra ipſum commune ſint tales ſententiæ caſſæ, irritæ, & nullius valoris : & quicquid ex eis ſecutum fuerit, et ipſi proceſſus, et confeſſiones facti, et factæ ſuper ipſis caſſi ſint, et irriti. Et Rector Belluni qui pro tempore fuerit ſuo ſacramento inquirere teneatur. Et hoc locum habeat in præteritis, præſentibus, et futuris : exceptis his de quibus ſolutio foret facta. Teneantur etiam ſyndici communis jura communis Belluni defendere, et manutenere, et perſequi in cauſſis communis. Et ſi eorum negligentia, vel culpa commune Belluni damnificaretur de ſuo ipſi communi Belluni reſarcire debeant. Juret etiam quilibet ſyndicus bona fide, et ſine fraude cauſſis, et litibus communis intereſſe, et cum omni ſollicitudine, et diligentia jura communis Belluni defendere, et manutenere, et quæ putaverit utilia facere, et inutilia prætermittere ; et quæ putaverit juſtaque, ac vera, et opportuna crediderit, ut commune Belluni cum juſtitia in cauſſis pro poſſe obtineat : et probare, et allegare, et in cauſſis communis nihil confiteri, quod communi præjudicet : juramentum tamen aliquod in cauſſis non præſtent, nec in cauſſis appellationis ſatiſdent. Inſuper etiam jurent, quod ſuum officium diligenter exercebunt, et ſtudioſe procurabunt, ut ſcripturas, et alia quæ putaverint utilia ad jus communis Belluni conſervandum habeat ipſe ſyndicus

Digitized by Google

dicus communis. De quibus omnibus ſcripturis, & aliis actis factis, & ſcripturis per partem adverſam productis, ſeu quæ producentur, copiam habeant dicti ſyndici expenſis adverſæ partis, ita quod eis utatur ad conſervandum juſtitiam communis Belluni. Et ſi dolo, fraude, vel culpa ſyndici prædicti damnum aliquod acciderit communi, ipſum damnum communi reſarcire compellantur, ſcripturaſque prædictas conſignare teneantur, & debeant ſyndici prædicti ſucceſſori ſuo infra tertiam diem, a die depoſiti ſui officii in pœna ſoldorum centum.

De eodem. Cap. LIX.

ITem Statuimus, quod dicti ſyndici teneantur ſub vinculo ſacramenti, & pœna librarum centum parvorum cum fuerint electi, dictum eorum officium acceptare. Et quod ipſi, vel eorum alter teneatur omne id quod ſibi impoſitum fuerit per Conſules, & Sapientes, aut per Conſilium majus civitatis Belluni, & quicquid putaverint fore utilitati, & commodo dictæ civitatis, & communis dicere, & propalare, proteſtari facere oretenus, & in ſcriptis coram D. Rectore, & Vicario civitatis Belluni, & coram quibuſcumque perſonis in civitate Belluni, & ejus burgis, & in caſtro. Et ſi caſu contingeret dictos ſyndicos, ſeu eorum alterum damnum, injuriam, aut incommodum ſequi, aut pati occaſionibus prædictis; tunc dictum commune teneatur eiſdem id totaliter reſarcire, & omne ejus damnum, & intereſſe, quod occaſionibus antedictis ſequeretur: ac etiam quicquid alter eorum dixerit, vel fecerit tam in agendo, quam in defendendo, aut inceperit, alius poſſit mediare, perſequi, & finire: Lege, aut Statuto in contrarium loquente protinus non obſtante.

De electione, & ſacramento Ingroſſatorum. Cap. LX.

STatuimus, quod quatuor boni homines eligantur per Conſules ſingulis annis Ingroſſatores majores quadraginta annis, quorum officium ſit providere ſuper publico, ſeu ſuper viis, & ſtratis publicis Communis aptandis, purgandis, et reficiendis, et etiam terminandis in civitate Belluni, et ſuburbiis: ac etiam procurare ſi aliquis uſurpaverit publicam viam, vel ſtratam in totum, vel in parte. Et quod faciant ipſam publicam viam, et ſtratam libere remanere in commune Belluni. Et ſi invenerint aliquam occupationem, ſeu uſurpationem, vel occupaſſe, ſeu uſurpaſſe publicam viam, vel ſtratam quocumque modo; ſive ſuper impoſuerit ædificium, ſive non, ſtatim manifeſtare debeant D. Rectori. Et ille qui occupaverit, ſeu uſurpave-

rit in ſold. quadraginta parvorum pro banno communis condemnetur: cujus banni medietas ſit accuſantis, ſeu denuntiantis, et ædificium ſuper impoſitum tollatur, et funditus diruatur ad expenſas, et ſumptus ipſius ædificantis. Et in omnibus prædictis per Rectorem civitatis Belluni poſſit inquiri etiam ſine denuntiatione prædictorum Ingroſsatorum. Et habeat quilibet ex prædictis pro ſuo ſalario in anno ſol. quadraginta parvorum. Et debeat incipere eorum officium annuatim a calendis Martii: ita quod per prædictos quatuor homines, et etiam per duos eorum tantum, abſentibus aliis duobus, poſſit inſolidum explicari officium eiſdem commiſsum.

De ædificare volenti penes publicum. Cap. LXI.

STatuimus, quod quilibet volens ædificare penes publicum prius, quam incipiat ædificare denuntiet D. Rectori, et Ingroſsatoribus velle ædificare penes publicum. Et ſi contrafaciet ædificando, quod tunc opus ædificatum funditus deſtruatur: & nihilominus condemnetur in libris x. parvorum in civitate, & ſold. centum in burgis: quarum omnium condemnationum contentarum in Capitulis, ſeu Statutis loquentibus de officio Ingroſſatorum medietas perveniat ad ipſos Ingroſſatores, & eorum cura ſit ſollicitandi circa hæc.

Hæc ſunt Statuta de electione Notariorum, & eorum officio.

De electione Notariorum ad officia. Cap. LXII.

STatuimus, quod omnes Notarii, & tabelliones tam in officiis ordinariis, quam extraordinariis, ordinati ad aliqua officia, & ordinamenta civitatis Belluni debeant eligi per Caſtaldiones ſcholæ notariorum in Conſilio ſuorum conſiliariorum, prout eis viſum fuerit utile pro officio, ad quod fuerint eligendi. Et ſi elegerint non ſufficientes, in terminatione Rectoris teneantur illum dimittere, & alium eligere ſufficientem: hoc ſalvo, quod Notarii Sapientum eligantur per Conſilium: nec dictorum tabellionum Sapientum a prædictis ſcholis procedat electio.

Quod Notarius exercens artem mœchanicam, admitti non debeat ad officia publica. Cap. LXIII.

QUia promiſcuis actibus laicorum turbantur officia, pro tanto diſtricte Præcipimus, quod nullus artifex, dato quod ſit tabellio, & quod alias habuerit officia, artem aliquam mœchanicam exercens, ad officium aliquod Communis publicum ullatenus admittatur, etiam ſi de eo electio fuerit celebrata. Et intelligatur ars mœchanica, beccaria,

caria, pellicaria, ſartoria, cerdonaria, marangonia, zataria, molendinaria, & fabreria, cujus electionem ex nunc, prout ex tunc inanem Decernimus protinus, atque nullam. Et prædicta vendicent ſibi locum in poſterum.

Quod Notarius electus ad officium, ſtare debeat in civitate. Cap. LXIV.

ITem Statuimus, quod quilibet electus ad aliquod officium, teneatur, & debeat ſtare, vel habitare in civitate Belluni toto tempore ſui officii, nec exire abſque licentia Rectoris. Et ſi continuo non habitaret, ponatur alius in locum ejus, quod eligatur per Caſtaldiones, & condemnetur talis Notarius contrafaciens in libris x. parvorum. Et Rector non poſſit dare alicui notario licentiam non habitandi in civitate Belluni. Et ſit præciſum.

De Notariis officii majoris: & primo de eorum ſcripturarum ſolutionibus. Cap. LXV.

STatuimus, quod ſemper, & continue in officio majori communis Belluni eligantur octo Notarii per Caſtaldiones, & ſcholas Notariorum ſecundum ſuum rotulum, & Statuta non derogantia Statutis noſtris, & mutentur ſingulis quatuor menſibus: quorum officium ſit, & eſſe debeat ſolum ſcribere omnia acta civilium, & pecuniariarum quæſtionum; & ſententias, commiſſiones, præſas, ſeu præcepta, quæ fiunt de pignoribus relatione præconum, & litteras, ſeu bulletas de blado, vino, & aliis rebus, quæ portantur, ſeu conducuntur extra civitatem, & diſtrictum Belluni, & ab agro, & hoſpitali Zaudi ſuperius, & omnia alio, quæ ſpectant ad eorum officium, & pertinent in prædictis, ſeu circa prædicta. Et ſi aliqua acta civilia, maxime ſupra ſpecificata, fuerint ſcripta per alios Notarios, quam per officiales officii majoris, ipſo jure ſint caſſa, & irrita, & nullius valoris. Et Notarius qui prædicta ſcribere præſumpſerit contra debitum ſui officii, condemnetur in ſoldis quadraginta parvorum pro qualibet vice: & poſſint dicti Notarii, & officiales officii majoris recipere ab eo, vel ab eis, ad cujus, ſeu quorum commodum fiunt ſcripturæ modo infraſcripto, videlicet.

De actu juris. p. *6.*

De relatione citationis, pro quoque citato. p. *6.*

De monitione facta per judicem, pro quoque monito. p. *6.*

De productione præparatorii, libelli exceptionum, replicationum, duplicationum, chirographi, inſtrumentorum, capitulorum, poſitionum, vel alterius ſcripturæ in judicio facta; pro qualibet. p. *6.*

Si ve-

Si vero in dicta productione continetur principium, & finis rei productæ, quæ aliter non regiſtratur. ſ. 2.

De præparatorio, ſeu interrogatorio facto, vel producto. ſ. 2.

Si vero in eis fuerint ſcriptæ plures petiæ terræ, vel bona, pro quaque. p. 6.

De petitione, ſeu reconventione in meritis cauſſæ, oretenus, vel in ſcriptis facta, quæ contineat dimidiam paginam folei ſcripturæ, aut minus. ſ. 3.

De nominatione Advocat in cauſſa, & Notarii in conſonantia, pro quoque actu. p. 6.

De exceptionibus, replicationibus, duplicationibus, triplicationibus, quatruplicationibus; & ab inde ſupra, tam oretenus, quam in ſcriptis factis, quæ contineant dimidiam paginam folei ſcripturæ, aut minus: pro unoquoque dictorum actuum. ſ. 2.

Et intelligatur pagina ſcriptura unius lateris folei.

Si uero petitio, vel libellus, exceptiones, & alii actus prænotati continebunt ultra dimidiam paginam ſcripturæ folei: pro quaque dimidia pagina ultra prædictam taxam, & limitationem ſuperius expreſſam. ſ. 2.

Et ſi fierent, vel producerentur adjectiones, vel declarationes, petitiones exceprionum, vel aliorum actuum prædictorum, percipere poſſit medietatem ejus, quod dictum eſt ſupra.

De quolibet inſtrumento producto, ſeu chirographo, præſa, vel ſententia, vel aliqua alia ſcriptura non extenſis, ſed ſolum facta fide de productione ipſius, & de principio, & fine. ſ. 2.

Et tunc non fiat ſolutio parvorum ſex de productione.

Et ſi ſcripturæ prædictæ fuerint extenſæ, & regiſtratæ, & fuerint per unam paginam folei, aut minus. ſ. 4.

Et intelligatur pagina proceſſus in omnibus prædictis recto modo, & non doloſe per Notarium ſcripta.

Si vero ſcripturæ fuerint ultra unam paginam, ſolutio fiat ut ſupra, pro rata paginæ.

De qualibet admiſſione prædictorum per judicem in uno actu. p. 6.

Et ſi plures erunt ſub una ammiſſione. ſ. 1.

De promiſſione de rato facta in judicio. ſ. 1.

De fide facta de mandato, ſeu procuratorio. ſ. 1.

De productione cujuslibet teſtis, petitione, nominationis teſtis, monitione teſtis ad jurandum, de juramento teſtis: pro unoquoque dictorum actuum. ſ. 1.

Et ſi fuerint plures teſtes in eadem citationes, productione, monitione, jurameuto præſtito: pro unoquoque eorum ultra primum. p. 6.

De juramento delato de reſpondendo poſitionibus, aut oblationi, quæ fit de ſtando juramento deciſivo. ſ. 4.

De diſ-

De diſſenſu, conſenſu, ſive approbatione ſimplici modo factis, pro quolibet. p. *6*.

De actu, quo fit fides de abſentia partis tam citatæ, vel monitæ, quam non. p. *6*.

De capitulo, & poſitione in judicio productis, vel exhibitis, pro quolibet. ſ. 1.

De oblatione, vel præſentatione partis de reſpondendo poſitionibus. p. *6*.

De qualibet reſponſione facta poſitionibus: & ſi reſponſio erit plus unius lineæ ſcripturæ. ſ. 1.

De juramento delato præſenti de reſpondendo poſitionibus, vel alicui actui, ſeu oblationi. ſ. 1.

De actu reſponſionis ad poſitiones. ſ. 1.

De quolibet interrogatorio facto capitulis. p. *6*.

Et ſi excedit lineam unam cum dimidia, vel circa. ſ. 1.

De petitione termini expeditionis cauſſæ, dilatione aſſignata, vel termino locato, vel prorogato, pro quolibet dictorum actuum. ſ. 1.

Et ſi dicti actus fuerint facti ambabus partibus, ſeu ad requiſitionem partium, pro quaque parte. ſ. 1.

De qualibet inſtantia in judicio facta in procedendo. ſ. 1.

De conteſtatione litis, pro quaque partium. ſ. 1.

De dicto a parte facto in judicio. ſ. 1.

De itinere, ſeu mercede Notarii, qui iverit ad egregiam perſonam, infirmum, vel aliquam aliam perſonam in civitatem, vel burgos pro examinando, vel aliquam aliam interrogationem faciendo pro habenda veritate in judicio, ad petitionem alicujus perſonæ, vel ex officio, pro ipſo itinere in civitate. ſ. 5.

In burgo vero. ſ. 10.

De ſcribendo relationem factam per Notarium, quod appellatio ſit, vel non ſit deſerta, ſive inſtantia ſit perempta, vel non perempta. ſ. 4.

De videndo inſtantiam, pro unoquoque qui eam viderit, & calculaverit. ſ. 10.

De ſecuritate, de judicio ſiſti, & judicatum ſolvendo. ſ. 4.

De fidejuſſione preſtita de expenſis. ſ. 4.

De remotione a fidejuſſoria obligatione. ſ. 2.

De juramento calumniæ præſtito ad requiſitionem alterius partis, vel ex officio. ſ. 1.

De proteſtatione qualibet facta contra teſtes, vel teſtem. ſ. 1.

De proteſtatione, quæ ponitur poſt poſitiones, & capitula. ſ. 2.

De qualibet alia proteſtatione extraordinaria in judicio facta. ſ. 2.

De examinatione cujuslibet teſtis ſine capitulis. ſ. 5.

De examinatione, & atteſtatione examinati ſuper capitulis, ſi erit

ſuper

ſuper quinque capitulis, vel paucioribus. ſ. v.

Et ſi ſuper pluribus, pro quolibet capitulo, ſuper quo dixerit aliquid ſcire. ſ. 1.

Et ſuper quolibet capitulo, ſuper quo dixerit nihil ſcire: & hoc ultra ipſos ſold. quinque pro ipſis primis quinque capitulis. p. *6.*

Et ſi fuerit interrogatus ſuper interrogatoriis partis adverſæ, fiat ſolutio Notario per illam partem ad inſtantiam cujus fuerit interrogatus hoc modo, pro quoque interrogatorio ſuper quo dixerit aliquid ſcire. ſ. 1.

Et pro quolibet interrogatorio ſuper quo dixerit nihil ſcire, vel tantum ſcire, quantum dixerit ſuper capitulo. p. *6.*

De oblatione facta in judicio. ſ. 2.

Si vero fuerit ultra dimidiam paginam. ſ. 3.

De acceptatione oblationis. ſ. 1.

De impreſtito proceſſus ſolutio fiat Notario hoc modo, videlicet, quod Notarius habere debeat ab illa parte cui illum accommodaverit quartum illius, quod ſibi veniret pro illis actibus tantum, quos accommodaverit.

De qualibet oppoſitione, vel oppoſitionibus factis teſti, teſtibus, ſeu inſtrumentis, vel alicui ſcripturæ, vel allegationibus tam oretenus, quam in ſcriptis; quæ oppoſitiones contineant dimidiam paginam ſcripturæ, aut minus. ſ. 3.

Si vero continuerint plus, pro qualibet dimidia pagina. ſ. 2.

Excepto quod ſi tales oppoſitiones fuerint factæ in formam capitulorum, vel poſitionum, quod tunc talis ſolutio fiat, ut ſupradictum eſt de capitulis, & poſitionibus.

De qualibet confeſſione facta in judicio per partem requirentem eam deſcribi ſolvendos. ſ. 2.

De acceptatione dictæ confeſſionis. ſ. 1.

De petitione, quod cauſſa vel articulus committatur conſilio Sapientis. ſ. 2.

De datione confidentium, vel ſuſpectorum, pro quaque parte. ſ. 1.

De commiſſione cauſſæ conſilio Sapientis. ſ. 4.

Si vero ambæ partes conſenſerint commiſſioni cauſſæ vel articuli, pro qualibet partium. ſ. 2.

De taxatione ſalarii Conſultoris ad requiſitionem petentis. ſ. 2.

Et ſi ambæ partes conſenſerint, quod ſalarium taxetur, pro quaque. ſ. 1.

De inſaccatione ſcripturarum. ſ. 4.

De præſentatione conſilii. ſ. 2.

De aperitione conſilii. ſ. 1.

De litteris directivis D. Conſultori, non computato ſigillo. ſ. 8.

De litteris citatoriis pro citando aliquem ad comparendum coram Judi-

Judice, non computato ſigillo. ſ. 8.

Et ſi in dictis litteris continebuntur plures citandi, pro quolibet ultra primum. ſ. 1.

Et illud idem intelligatur de litteris reſponſivis, & tam contra principales, quam contra teſtes: & tam in principio cauſſæ, quam in procedendo quomodocumque factis.

De præſentatione, ſeu receptione litterarum. ſ. 2.

De exemplatura, ſeu regiſtro prædictarum litterarum, percipere poſſit medietatem illius, quod dictum eſt.

De commiſſione præcepti, vel citationis, facta per Judicem. ſ. 1.

De exhibitione facta per Notarium de dictis præceptis, citationibus, commiſſionibus, litteris, vel aliis ſcripturis. p. 6.

De præcepto in ſcriptis facto, & ſigillo Judicis munito. ſ. 4.

De citatione in forma præcepti facta, pro citando aliquam perſonam. ſ. 4.

Et ſi fuerint plures nominati in dicto præcepto, vel citatione, pro unoquoque contento in dicto præcepto vel citatione, ultra prædictos ſold. quatuor. p. 6.

De relatione facta per præconem, vel aliam perſonam cum juramento de præſentatione prædictorum præcepti, vel citationis. ſ. 1.

De exemplatura prædictorum in proceſſu, vel libro actuum, pro quolibet dimidium ejus, quod dictum eſt, videlicet. p. 6.

De commiſſione ſcripta in libro actuum, quod pignoretur aliqua perſona in contumacia, computata fide, ſeu relatione de citatione facta. ſ. 2.

Et ſi fuerint plures citati, & deſcripti in ipſa commiſſione, pro quolibet. p. 6.

Et hoc ultra dictos ſoldos duos.

De commiſſione prædicta extracta, & ſigillo judicis munita. ſ. 2.

Et ſi fuerint plures, ut ſupra, pro quoque. p. 6.

De interlocutoria, & pronuntia; dummodo non diffiniat merita cauſſæ. ſ. 4.

De declaratione, quod fiat compromiſſum, pro quaque parte. ſ. 4.

De commiſſione facta Notario de publicanda ſententia, vel interlocutoria. ſ. 1.

De declaratione facta ſuper competentia, vel incompetentia Judicis. ſ. 4.

De pronuntia, vel interlocutoria ſolemniter facta per Judicem, & per Notarium publicata ſolemni modo. ſ. 10.

De publicatione proceſſus, & apertura teſtium, pro qualibet parte, ſi ambæ partes conſenſerint. ſ. 2.

A parte autem petente publicationem. ſ. 4.

De concluſione in cauſſa. ſ. 4.

 De

De ſententia diffinitiva, & declaratione expenſarum; ſi ipſa ſententia aſcenderint ad ſummam & valorem librarum quinquaginta parvorum, vel ab inde infra. ſ. 10.

Ab inde vero ſupra uſque ad centum libr. 1. ſ. 4.

Ab inde vero ſupra, pro quolibet centenario librarum. ſ. 10.

Dummodo non excedat ſummam librarum 10. Et hoc idem intelligatur de ſententia, qua Judex declaraverit aliquem teneri ad officium jurariæ, ſyndicatus, actoriæ, & ſimilium, in quibus eſt habenda conſideratio de utilitate, vel damno, quam, vel quod conſequitur ex eis.

Intelligaturque ſub eadem taxatione ſententia contumaciter facta contra forenſes, ubi intervenerit juramentum creditoris.

De ſententiis ſolemniter factis contra tutores, curatores, actores ad lites, vel alios conſimiles debitum confitentes dimidium illius, quod eſt ſupra, videlicet; uſque ad libras quinquaginta, & infra. ſol. 5. A quinquaginta ſupra uſque ad centum. ſ. 12.

Ab inde veró ſupra, pro quolibet centenario. ſ. 5.

De ſententiis vero juriſdictionis paſculandi, buſcandi, & utendi aliquo loco, & ſimilium, in quibus non eſt ſumma aliqua, fiat tunc ſolutio Notario, prout ſupra dictum eſt, videlicet; habita conſiderationė arbitrio boni viri de juriſdictione uſque ad libras quinquaginta, & infra, ſol. 10. A quinquaginta ſupra uſque ad centum. Libr. 1. ſ. 4. A centum vero ſupra, pro quolibet centenario. ſ. 10.

Et ſi ſententia aliqua fuerit in favorem plurium perſonarum, fiat ſolutio Notario a quolibet in cujus favorem fuerit ſententia, pro quantitate, & rata quantitatis debiti ſingulorum, prout ſupra dictum eſt.

Et faciendo ſententias ſupraſcriptas in publicam formam, duplum illius quid dictum eſt ſupra.

De declaratione, quod fiat compromiſſum inter partes. ſ. 8.

De dicto partis cum juramento ſibi deciſive per partem præſtito, vel in ſupplementum probationis, vel aliter per judicem delato. ſ. v.

De appellatione interpoſita. ſ. 2.

De petitione reſtitutionis in integrum. ſ. 3.

De remotione ab appellatione. ſ. 2.

De laudatione ſententiæ. ſ. 1.

De actu quo fit fides, quod pars fuerit præſens publicationi ſententiæ non laudatæ, nec appellatæ. ſ. 1.

De actu quo fit fides, quod ſententia fuit publicata, vel lata abſente parte: ſed citata, vel monita. ſ. 1.

De ceſſione litis. ſ. 8.

De intimatione facta parti de aliquo actu facto abſente parte. ſ. 1.

De publicatione taxæ. ſ. 4.

De exemplando taxam, ſeu redigendo eam in actis, vel in proceſſu,

ſu, ſi in ea continebuntur ſex partitæ, vel pauciores. ſ. *6.*

Ab inde vero ſupra, pro quaque partita. p. *6.*

De denuntiatione facta auctori, vel poſteriori poſſeſſori de lite mota, & quod ſumat in ſe judicium. ſ. 4.

De actu quo auctor vel poſterior emptor, vel alia perſona ſumpſerit judicium in ſe. ſ. 2.

De commiſſione facta in cedula vigore ſententiæ, perſonæ, precepti litterarum, taxæ, chirographi, vel aliarum ſcripturarum habentium executionem paratam, ſi fuerit contra unum debitorem tantum. ſ. 2.

Si vero fuerit contra plures debitores, pro quolibet debitore ultra primum. ſ. 1.

De commiſſione facta, & ſigillo judicis munita, qua D. Judex commiſerit confitentem pignorari, & negantem citari, ſi fuerit contra unum debitorem tantum. ſ. 2.

Si vero fuerit contra plures debitores, pro quoque debitorum ultra prædictos ſol. duos. p. *6.* & hoc uſque ad numerum 25. debitorum. Ab inde vero ſupra pro quoque debitorum. p. 3.

De procura cæterata in brevi forma annotata. ſol. 4. per revocatione ipſius procuræ. ſ. 2.

De actu quo per Notarium fit fides in judicio, vel in proceſſu de mandato, ſive procuratorio. ſol. 1.

De immiſſione, & de adjectione hæreditatis. ſ. 8.

Pro repudiatione, & abſtenſione hæreditatis. ſ. 8.

De actu quo fit fides de intrata novi Rectoris, pro unaquaque partium. p. *6.*

De proclamatione terminorum facta in ſpecie. p. *6.* ſolvendos per partem habentem defenſorem, ad cujus requiſitionem fuerint proclamati termini ſui.

De proclamatione terminorum in genere facta pro parte. p. *6.*

De relatione pignoris ſequeſtri, vel intromiſſionis facta per præconem. ſ. 2.

De inſtantia facta per aliquem, quod fiant aliquæ proclamationes, & ſtridæ. ſ. 3.

De commiſſione facta per Judicem, quod fiant ipſa proclamata, & ſtridæ. ſ. 2.

De relatione ſtridarum, quæ fiunt vigore ipſius commiſſionis, aut in executione alicujus Statuti in recuperatione dotium, vel in conſequendo creditum aliquod. ſ. *6.*

De relatione ſtridarum, & proclamationum, quæ fiunt pro citando aliquem. ſ. 8.

De relatione alicujus ſtridæ, vel proclamationis extraordinariæ ſ. *6.*

De conſignatione pignoris mobilis ſponte facta. ſ. 2.

De denuntiatione facta de bonis expeditis, quæ reperiuntur in hæreditate. ſ. 4

Et ſi fuerint plures partitæ, pro quaque partita. p. 6.

De conſignatione pignoris ſtabilis. ſ. 2.

Et ſi fuerint plures petiæ terræ, vel plura bona, pro una quaque partita ultra primam partitam. ſ. 1.

De electione æſtimatoris, ſeu datione æſtimatoris per Judicem. ſ. 1.

De relatione æſtimationis per æſtimatores facta. ſ. 4.

Et ſi fuerint plures petiæ terræ, vel plura bona in ipſa relatione ultra primam taxam, pro unaquaque partita. ſ. 1.

De commiſſione per judicem facta, quod ſubhaſtentur talia bona, vel pignus. ſ. 2.

De inſtrumento deliberationis ad publicum incantum cum interpoſitione decreti. lib. 1. ſ. 10. Et faciendo in publicam formam, duplum.

Et ſi in eo fuerint plures petiæ terræ, vel plura bona, pro quaque parte ultra primam. ſ. 1.

Et ſi non fuerit redactum in publicam formam, pro quaque. p. 6.

De tenuta data per præconem, juratum, vel aliter de mandato judicis, ſeu relatione dictæ tenutæ. ſ. 6.

Et faciendo in publicam formam, duplum: & ſol. unum pro partita.

De relatione præcepti facti de exigendo pignus venditum. ſ. 2.

De commiſſione ponendi aliquem in tenuta. ſ. 2.

De petitione quod ſuſpendatur ſententia, poſſeſſio, quod revocetur præceptum, contumacia, pignoratio, vel ſimilia, non concernentia merita negotii, pro qualibet. ſ. 2.

De revocatione, vel ſuſpenſione alicujus præcepti, contumaciæ pignoris, facta in contumacia partis. ſ. 2.

Et ſi fuerint factæ auditis partibus in contradictorio judicio, cum reſervatione juris petendi. ſ. 4.

De declaratione factam quod extet caſus dotis aſſecurandæ, vel quod excuſſio ſit legitime facta. ſ. 10.

De ſententia facta ſuper relevatione teſtamenti manu tertiæ perſonæ ſcripti, Notarius accipere poſſit pro mercede ſua, ac ſi eſſet teſtamentum ſolemniter factum, prout taxatum apparet in capitulo de teſtamentis.

De auctoritate data Notario, de relevandis ſcripturis alterius Notarii in abreviaturis. ſ. 10.

De relevatione Sententiarum, inſtrumentorum, vel aliarum ſcripturarum manu alterius notarii confectarum, exemplatarum propter earum vetuſtatem, vel diminutionem, prout apparet taxatum in præſentibus reformationibus, & taxis, ſi fuerint ad ſummam, & valorem librarum centum parvorum, vel infra.

A cen-

A centum vero libris ſupra medietatem ejus, quod habuerit Notarius principalis de redigendo in publicam formam, & non computatis abreviaturis.

Et ſi quis Notarius exemplum dederit alicujus proceſſus alicui partium, vel alii perſonæ, aut exemplum aliquorum actuum, recipere, & habere debeat ſolum medietatem ejus, quod receperit pro originali.

Et ſi contingerit dictum Notarium tertium dare exemplum conſultori, vel viro, vel cognitori dictæ quæſtionis, habere etiam debeat medietatem ejus, quod habere debet pro originali.

De præſentia, vel præcepto in ſponte confitentem, & petentem terminum ad ſolvendum juxta formam Statuti, faciendo in publicam formam, uſque ad ſummam lib. xxv. parvorum. ſ. 4.

A libris vigintiquinque parvorum ſupra uſque ad quinquaginta. ſ. 5.

A libris quinquaginta ſupra uſque ad centum. ſ. 6.

A lib. centum ſupra pro centenario. ſ. 2.

Et hoc ſi præſæ fuerint factæ ſimplici modo.

Si vero fuerint nova pacta, renuntiationes termini, obligationes pignorum, vel aliæ pactiones extra modum præſarum, tunc accipere poſſit de his negotiis, ut infra, videlicet.

Pro renuntiationibus Statutorum, vel aliquarum Legum. ſ. 1.

Pro quolibet termino convento. ſ. 1.

Pro conſignatione pignorum. ſ. 1.

Pro quibuslibet aliis ſtricturis, & pactis appoſitis ultra prædicta. ſ. 2.

Et pro abreviaturis prædictorum perceptorum, & præſarum medietatem prædictæ taxationis.

De publicatione taxæ. ſ. 4.

Pro qualibet littera, ſeu bulleta de blado, & vino conductis a mudis ſuperius, pro qualibet ſoma. ſ. 1.

De aliis vero ſcripturis recipiant ſolutionem Notarii arbitrio Rectoris. Et ſi quis Notarius contrafecerit plus accipiendo, vel aliter, quam in Statutis ordinatum eſt, condemnetur in ſoldis decem parvorum, pro qualibet vice, & reſtituat quod plus accepit in duplum.

Quod non admittatur Notarius ad officium, niſi fuerit ſufficiens per examinationem Judicis. Cap. LXVI.

STatuimus, & ordinamus, quod quilibet Notarius officii majoris antequam incipiat ejus officium, & ſi alias habuerit ipſum officium, debeat diligenter examinari per Judicem, ſeu Rectorem

ſi ſit

Digitized by Google

ſi ſit ſufficiens, & diligens ad dictum officium exercendum, nec ne. Et ſi ſufficiens, & diligens non fuerit, non admittatur ad officium, & procedatur per rotulum ſcholæ Notariorum, donec alius diligens, & ſufficiens reperitur. Et ipſe Notarius approbatus antequam incipiat ipſum officium exercere, teneatur, & debeat facere bonam ſecuritatem, & idoneam penes Maſſarium communis Belluni de libris centum parvorum de exercendo officium ſuum bene, & diligenter; quod indifferenter obſervabit omnia Statuta poſita ſub rubrica de Notariis officii majoris: & ſi dictam ſecuritatem non fecerit non admittatur ad dictum officium. Et ſi exercuerit officium non facta prius ſecuritate, condemnetur in lib. decem parvorum, & acta per eum nihilominus valeant, & teneant, & ſint valida, & nihilominus ſecuritatem facere teneantur. Et quod nullus admittatur ad dictum officium exercendum, niſi venerit in civitate Belluni, & burgis cum ſua familia, & maſſaritia per unum menſem ante introitum ſui officii, & continue perſeveraverit per dictum tempus. Et Rector civitatis Belluni teneatur inquirere ſi Notarius officii majoris habitat in civitate Belluni, vel ſi venerit ad habitandum infra ſpatium unius menſis, & ipſo officio durante, & poſt per unum menſem, ſub pœna librarum x. parvorum pro quolibet contrafaciente. Et ſi quis Notarius aliquo tempore pignoraverit quaternos ſuos præſarum, vel aliorum actuum, aut præſas, vel inſtrumenta ad aliquas perſonas pertinentia, caſſetur de rotulo ſcholæ Notariorum: & ad aliquod officium Notariæ non admittatur, uſque ad decem annos, nec deinde, niſi per majus Conſilium fuerit reſtitutus.

Quod Notarii teneantur facere in publicam formam omnes præſas termino unius menſis finito officio. Cap. LXVII.

ITem Statuimus, quod dicti Notarii teneantur facere in publicam formam omnes præſas per eos comprehenſas, ſeu factas in dicto eorum officio, uſque ad unum menſem poſt finitum eorum officium, ſub pœna ſol. quinque parvorum pro qualibet præſa. Et medietas banni ſit dicti conquerentis: & nihilominus teneatur Rector cogere talem Notarium ne recedat de Palatio, niſi faciat dictas præſas.

Quod Notarii nihil agant in cauſſis finito officio. Cap. LXVIII.

ITem, quod poſt ſui officii complementum nihil habeant facere Notarii in officio, ſive lis fuerit conteſtata, ſive non: ſed teneatur proceſſus queſtionum in publicam formam dare cuilibet partium, ſi fuerit

Digitized by Google

rit requiſitis. Et actor poſſit in quęſtione procedere coram quo ex Notariis in officio ſuccedentibus voluerit, qui ſcribat acta quęſtionum, quę fuerint facienda: hoc ſalvo, quod Notarius, coram quo teſtes juraverint, poſſit dicta eorum recipere, dummodo capitula, vel poſitiones fuerint producta coram eo.

Quod Notarius ſit in Palatio horis conſuetis. *Cap. LXIX.*

TEneatur Notarius omni die horis conſuetis eſſe in Palatio communis poſt nonam, & inde non recedere abſque licentia Rectoris, ſeu Vicarii, banno unius groſſi Veneti pro quolibet, & qualibet vice, quem incontinenti ſolvere compellatur.

De teſtibus examinandis, & infra quod tempus. *Cap. LXX.*

STatuimus, & ordinamus, quod quicumque teſtes produxerit in cauſſa aliqua, ſive civili, ſive criminali, poſtquam teſtes juraverint in dicta cauſſa, teneatur, & debeat eos facere depoſuiſse eorum dicta infra quindecim dies, a tempore ſacramenti eis delati, quo non facto ad inſtantiam partis petentis per Rectorem, prężfixa dilatio ſtatuatur decem dierum, infra quos tabellio teneatur examinare, pœna cuilibet, qui produxerit dictos teſtes pro quolibet teſte, & qualibet vice ſol. decem parvorum. Et tabellio ſi negligens fuerit in prędictis, ſimiliter pro quolibet teſte, & qualibet vice incidat pœnam prędictam: hoc ſalvo, ſi juſtum intervenerit impedimentum in prędictis, quod impedimentum probetur etiam per ſacramentum impediti.

Quod ſaltem unus ex Notariis ſit continue in foro de die.
Cap. LXXI.

STatuimus, & ordinamus, quod Notarii officii majoris teneantur, & debeant omnes, vel ſaltem unus eorum eſſe continuo in foro de die, excepta hora, qua redditur jus; & ibi dictum ſuum officium exercere, pœna cuilibet ex dictis notariis ſol. decem parvorum, & qualibet vice, in quam incidat ipſo facto, & abſque aliqua condemnatione dictam pœnam ſolvere compellatur.

De pretio, & mercede inſtrumentorum confectorum per Notarios.
Cap. LXXII.

STatuimus, quod quilibet Notarius ſcholæ Notariorum civitatis Belluni de inſtrumentis venditionum, revenditionum, permutatio-

Digitized by Google

tionum, inſolutum dationum, Donationum inter vivos, inventariorum, talium qualium deſcriptionum bonorum in formam inventarii, livellorum, locationum in perpetuum, jurium ceſſorum rerum immobilium, francationum, dotium, reſtitutionis dotium, diviſionum ſocietatis, ſeu fraternitatis, feudi cum abreviaturis, faciendo in publicam formam percipere poſſit uſque ad ſummam librarum vigintiquinque; & ejus valorem: & ab inde infra quanta, & qualis ſit quantitas, vel res. ſ. 16.

A vigintiquinque libris ſupra uſque ad quinquaginta. lib. 1.

A libris quinquaginta ſupra uſque ad centum. lib. 1. ſ. 5.

Ab inde vero ſupra pro quolibet centenario. ſ. 12.

Et ſi fuerint plures petiæ terræ, pro qualibet. ſ. 1. Ita tamen, quod in quocumque caſu ſumma non excedat lib. 24. pro quolibet dictorum inſtrumentorum in publicatum formam extractorum. Et intelligatur ſtatim centenarius cum intraverit in ſequenti centenario per decenam incluſive; & quod Notarius de inſtrumentis diviſionum poſſit unicuique parti, etiam non requiſitus redigere in publicam formam inſtrumentum, & ab eis debeat ſolvi pro valore bonorum contentorum in ejus parte dando unum pro parte. Declarando, quod pro inſtrumentis livelli Notarius poſſit a livellario accipere dictam mercedem, non ſolum pro ſumma livelli, ſed etiam pro ſumma intratæ factę in denariis, ſi quam dederit. Dominus vero directi debeat ſolvere mercedem Notarii ſolum pro ſumma livelli, & penſionis: & quod ſit in facultate Notarii conſequi mercedem ſuam pro inſtrumento livelli dando patrono directi, aut ab ipſo patrono, aut a livellario. Et caſu quo Dominus ſolverit mercedem Notarii pro ſuo inſtrumento, quod idem Dominus habeat actionem, & regreſſum contra livellarium, juxta ſolitum hucuſque obſervatum.

De abreviaturis vero pro ipſis inſtrumentis extenſis in prothocollo, medietatem ejus, quod dictum eſt ſupra. Excepto, quod de abreviaturis inſtrumentorum, livellariorum, permutationum, locationum tam ad perpetuum tempus, quam modicum tempus, conſignatarum dotium in bonis ſtabilibus, diviſionum, & ſocietatum, vel aliorum ſimilium inſtrumentorum, quæ ſpectant ad ambas partes, videlicet, ad quamlibet partem ſuum inſtrumentum ejuſdem tenoris, ex eiſdem abreviaturis percipere poſſit ab utraque parte tertium illius, quod habere debet ex inſtrumentis prædictis unicuique partium in publicam formam factis.

De inſtrumentis confirmationum, laudationum, & approbationum prædictorum inſtrumentorum, vel alicuius alterius nationis inſtrumenti, vel obligationis alio loco, & tempore ſtipulatis, in publicam formam redactis, uſque ad ſummam librarum centum parvorum; & ab inde infra quanta minor fuerit quantitas. lib. 1.

Ab

Ab inde vero ſupra pro quolibet centenario. ſ. 6.

Intelligendo centenarium prout ſupra ſcriptum eſt, dummodo non excedat ſummam librarum trium parvorum.

De inſtrumentis armentorum, pecudum, & cęterornm animalium in ſocedam, ſeu ad medietatem datorum, percipere poſſit uſque ad ſummam valoris lib. 25. ſ. 8.

A vigintiquinque vero libris ſupra, pro quaque partium quantacumque ſit quantitas. ſ. 16.

De abreviaturis vero dictorum inſtrumentorum, medietatem ejus quod dictum eſt.

De inſtrumentis tutelæ, curarię, actorię, computato decreto judicis, et in publicam formam extractis. lib. 1. ſ. 4.

Et non redactis in publicam formam. ſ. 12.

De inſtrumentis emancipationis, denuntiationis, adoptionis, arrogationis, manumiſſionis, ſeu obligationis in monaſterio, vel confirmationis alicujus officii alicui, percipere poſſit pro quolibet in abreviaturis, computato decreto. lib. 1.

Et faciendo in publicam formam duplum, videlicet. lib. 2.

De inſtrumentis locationum ad tempus rerum immobilium, & dationum ad laborandum ad medietatem, & locationum famulorum, percipere poſſit Notarius, uſque ad ſummam affictuum librarum decem parvorum, vel earum valorem, pro unaquaque partium. ſ. 10.

Ab inde vero ſupra pro parte. ſ. 15.

Et faciendo in publicam formam, duplum ejus, quod dictum eſt.

De inſtrumentis vero locationum rerum mobilium, vel equorum, bovum, & cęterorum animalium cujuſcumque conditionis, & quantitatis ſint, percipere poſſit ab utraque parte ſol. XVI. faciendo in publicam formam, & pro abreviaturis dimidium illius, quod dictum eſt.

De inſtrumentis ſponſalitiarum, faciendo in publicam formam, ſi in inſtrumento non fuerit expreſſa aliqua quantitas dotis, pro parte. lib. 1.

Si vero fuerit expreſſa quantitas dotis, pro ea quantitate accipere poſſit ab eo, in cujus favorem fuerit facta ipſa expreſſio, & promiſſio, prout de inſtrumento debiti percipere poterit. Et ſi in eo fuerint alię conventiones, pro eis Notarius accipe poſſit, prout in capitulo de inſtrumentis conventionis habetur: & hoc ultra dictos ſol. viginti.

De teſtamentis, codicillis, donationibus cauſſa mortis, legatis, & fideicommiſſis, uſque ad ſummam valoris lib. centum parvorum, & ab inde infra percipere poſſit. lib. 2. ſ. 8.

Ab inde vero ſupra pro quolibet centenario. lib. 1. ſ. 4.

Et intelligatur centenarius ſtatim ultra primam decenam incluſi-

ve : & hoc faciendo in publicam formam , & computatis omnibus contentis in teſtamento. Excepto , quod ſit in facultate Notarii extrahere de per ſe etiam in publicam formam particulam , ſeu particulas de bonis ſtabilibus legatorum : & particulam , ſeu particulas de bonis mobilibus legatorum extrahere non poſſit invita parte , quę continentur in teſtamentis : & eam , ſeu illas dare legatariis , ſoluta mercede ſua juxta prędictam taxam , ultra illud , quod habuerit pro teſtamentis , dummodo non excedat ſummam librarum XXXI. tam de teſtamentis , quam de omnibus prędictis . Et pro abreviaturis prędictorum medietatem ejus , quod dictum eſt.

De revocatione teſtamenti codicilli, donationis cauſa mortis , ſi merces Notarii eſſet de libris quindecim pro teſtamento, & aliis ſuprafcriptis ſcripturis. lib. 1. ſ. 10.

Et ſi merces Notarii eſſet ab inde ſupra. lib. 3.

De revocatione , ſeu annullatione alicujus inſtrumenti , medietatem ejus , quod de inſtrumento ipſo habere debet.

De inſtrumento debiti , depoſiti , commodati , ſolutionis , quietationis , finis , & remiſſionis , permiſſionis francandi , vendendi , retrovendendi , idemnitatis , ceſſionis rerum immobilium , & debitorum obligationis , & precarii , uſque ad valorem librarum quinquaginta parvorum. ſ. 16.

A libris quinquaginta ſupra uſque ad centum. lib. 1.

Ab inde vero ſupra pro quolibet centenario. ſ. 8.

Dummodo non excedat ſummam librarum octo parvorum.

De inſtrumentis compromiſſorum , delegationum judicum , in legali forma redacto , de ſententiis arbitrorum , vel judicum delegatorum , & conventionum , percipere poſſit faciendo in abreviaturis pro qualibet parte , pro quoque inſtrumento. lib. 1. ſ. 4.

Et faciendo in publicam formam , pro uno quoque eorum , & pro qualibet parte. lib. 2. ſ. 8.

Pro ſcribendo ſolemniter unum arbitrum loco alterius arbitri defuncti , vel qui noluerit ſumere provinciam , vel alia quavis ratione , ab illa parte ad cujus requiſitionem fuerit facta ſcriptura. ſ. 12.

Si vero ſententia arbitralis eſſet diviſoria , & ſuper diviſione bonorum , ſeu ſocietatis percipere poſſit de ea ac ſi eſſet inſtrumentum diviſionis , vel ſocietatis : ut dictum eſt ſupra de inſtrumentis diviſionum , & ſocietatum , dummodo non ſit minor merces ſol. vigintiquatuor pro qualibet parte.

Si autem conventio , & ſententia arbitralis eſſet condemnatoria , abſolutoria , vel declaratoria ſuper aliquo contractu , Notarius poſſit accipere pro mercede ſua , prout ſupra taxatum eſt de inſtrumento debiti , vel alicujus alterius nationis contractus , cujus naturam ſaperet ſententia ipſa , vel conventio , ad quem contractum applicari poſſit,

poſſit, dummodo habeatur per judicem ratio quantitatis, qualitatis, conditionis, & ſolemnitatis contractus, dum tamen merces Notarii non ſit minor ſol. vigintiquatuor pro qualibet parte, in abreviaturis, & in publica forma minor dupli.

De confirmatione ſententiæ arbitralis facta per judicem ordinarium, auctoritatem habentem cum decreto ipſius judicis in executione compromiſſi facti more Veneto a parte quæ ſic inſteterit. lib. I. ſ. II.

Et ſi ambæ partes inſteterint, ſolvatur pro dimidio.

De inſtrumentis procurarum, ſeu ſubſtitutionum ſingularum perſonarum accipere poſſit faciendo in publicam formam. lib. I. ſ. 4.

De inſtrumentis ſyndicatus alicujus ſcholæ, regulæ, vel univerſitatis, ſeu Cleri, percipere poſſit faciendo in publicam formam, ſi in eo fuerint decem perſonæ conſtituentes, aut pro quibus fuerit permiſſum de rato, vel pauciciores ſol. XXIV. lib. I. ſ. 4.

Si vero fuerint a decem ſupra uſque ad viginti. lib. 2.

Si autem fuerint a viginti ſupra uſque ad quinquaginta. lib. 3.

Et ſi fuerint a quinquaginta ſupra uſque ad CXXIV. ducatum unum. lib. 6. ſ. 4.

Ab inde vero ſupra ſoldum unum pro quoque. ſ. I.

De unoquoque juramento facto in quolibet inſtrumento per minorem, mulierem, vel aliam perſonam in abreviaturis ſol. quinque ultra mercedem inſtrumenti, & in publica forma, duplum.

De auctoritate judicis interpoſita in aliquo inſtrumento ultra taxam inſtrumenti. ſ. 10.

Præterquam de auctoritate interpoſita in inſtrumento tutelæ, curæ, actoriæ, & deliberationis ad incantum, quia accipere debeat de dictis inſtrumentis, computata auctoritate, ut taxatum eſt in ipſis inſtrumentis.

De inſtrumento decimæ in publicam formam facto Notarius accipere debeat pro mercede ſua pro valore ipſius decimæ prout ſupra taxatum eſt de inſtrumentis emptionum, & livelli.

De qualibet petia terræ, ſeu partita poſita in aliquo inſtrumento, tam ſupra ſpecificato, quam infra notato cum ſuis confinibus, dummodo fiat mentio de alio aliquo inſtrumento ad quod ſe referat, redigendo in publicam formam. ſ. I.

De inſtrumento regulæ, ſeu regulatus, ſolemniter facto. lib. 24.

De reductione alicujus inſtrumenti, ſententiæ, vel alterius publicæ ſcripturæ in publicam formam laniati, vel laniatæ quoquo modo a prima vice ſupra: & hoc toties quoties Notarius requiſitus fuerit, recipere poſſit medietatem pretii, ſeu mercedis, quod, vel quam Notarius ſtipulans conſequi potuit pro ipſo inſtrumento, ex eo quod præſumitur fuiſſe factam ſolutionem pro abreviaturis.

Et ſi in aliquo inſtrumento ſupra ſpecificato continerentur nova pa-

Digitized by Google

cta, & conventiones, ſeu narrationes extra formam, & naturam ipſorum contractuum, quod pro ipſis pactis, conventionibus, vel narrationibus Notarius ultra prædictas taxas habere debeat id, quod fuerit juſtum, arbitrio judicantis.

De minuta rerum mobilium, quæ fit quando æſtimantur dotes, vel reſtituuntur, & Notarius non fuerit ſtipulatus inſtrumentum dotale. ſ. 10.

Si æſtimatio fuerit uſque ad ſummam librarum centum; & a libris centum ſupra ſol. quinque pro centenario: & intelligatur centenarius ut ſupra.

De inſtrumentis vero ſupra ſpecificatis, vel non ſpecificatis, extractis in publicam formam, vel exemplatis ex abreviaturis Notarii defuncti, Notarius ſucceſſor, vel qui redegerit in publicam formam ipſa inſtrumenta, vel ea exemplaverit, pro eis habere debeat, prout ſupra taxatum eſt; ſi inſtrumenta, vel teſtamenta, ſive ſcriptura fuerint ad plenum extenſa.

Si vero reperta fuerint cæterata, & non fuerint ſcriptæ ad plenum ſuæ clauſulæ tam generales, quam ſpeciales, habere debeat ſolum pro mercede ſua medietatem ejus, quod dictum eſt in ſupraſcriptis taxis: & ſi adeo fuerint diminuta, & defectiva, quod ſint nullius valoris, & efficaciæ, & quibus non adhiberetur fides ob ejus diminutionem, & ob culpam, ſeu defectum Notarii, quod de eis nullam habere debeat mercedem.

Pro itinere Notarii, qui contulerit ſe extra civitatem per milliaria quatuor, aut infra, pro ſtipulando aliquod inſtrumentum. lib. 1.

A quatuor vero milliariis ultra. lib. 1. ſ. 10.

Et ſi Notarius iverit ad montaneas, vel alio, ubi fuerit neceſſe pernoctare, pro quoque die ultra prædictos ſold. triginta primi diei, lib. 1.

Et ſi plura fuerit ſtipulatus inſtrumenta in eodem loco, ſub eodem itinere, quod ſolvatur ſibi dictus ejus iter ſolum ab illo, qui eum invitaverit, ſeu conduxerit; ab aliis vero uon poſſit quicquam accipere pro ipſo itinere.

De aliis vero inſtrumentis, carthis, actibus, & ſcripturis, quæ ſpecificatæ non ſunt, nec diffinitæ per ſupraſcriptas taxas, & reformationes, Notarius recipiat ſolutionem prout per D. Prætorem, ſeu ejus Vicarium fuerit diffinitum ſecundum qualitatem, & conditionem facti, & quantitatis.

De pæ-

Digitized by Google

De pœna Notariorum dantium inſtrumenta requirentibus in publicam formam in tempore : & ſimiliter ea non accipientibus.
Cap. LXXIII.

ITem, quod ſi quis Notarius non fecerit in publicam formam inſtrumenta, ſeu carthas, & non ei dederit, ad cujus petitionem redacta fuerint infra octo dies poſtquam ei denuntiatum fuerit per eum, vel ſibi per Rectorem præceptum, ſeu per præconem ex commiſſione Rectoris, volendo ſibi ſolvere pretium ſecundum formam Statutorum, condemnetur in ſoldis decem parvorum qualibet vice: & inſtrumentum teneatur dare gratis, & abſque pretii ſolutione : & ad reſtitutionem damni, & intereſſe paſſum damnum propter talem recuſationem inſtrumentorum, non datorum petentibus. Et ſi fecerit inſtrumentum, & ille ad cujus præces, & petitionem redactum fuerit, non receperit, & non ſolverit pretium Statuti infra octo dies poſtquam ei denuntiatum fuerit, vel inſtrumentum præſentatum, ſeu per Rectorem præceptum, in ſoldis decem parvorum Communi condemnetur, & duplum Notario ſolvere teneatur, & compellatur qualibet vice. Et his denuntiationibus credatur utrique parti cum uno bono, & legali teſte.

Quod Notarius non ſcribat nomina numeralia niſi extenſe.
Cap. LXXIV.

ITem, quod nullus Notarius ſcribat quinque per. v. nec decem per. x. nec aliquam aliam litteram pro ſigno numeri, ſeu quantitate. Et hoc habeat locum in omnibus ſcripturis, & inſtrumentis, & judiciis, & contractibus. Et qui contrafecerit, ſolvat pro banno Communi ſoldos decem parvorum qualibet vice.

Quod Notarius non ſcribat dictionem &c. *cauſſa brevitatis, ſed omnia ponat extenſe. Cap. LXXV.*

INſuper pro majori ſecuritate, & cautela pleniſſima contrahentium Statuimus, quod nullus Tabellio officium tabellionatus exercens, ſive ſit in officio conſtitutus, vel non, audeat, vel præſumat in contractu, inſtrumento, præſis, actis, geſtis, tenutis, præceptis, ſententiis interlocutoriis, ſeu in aliqua ſua ſcriptura, quæ reduci debet in publicam formam ponere, ſcribere extenſe, vel abreviate iſtam dictionem, *&c.* cauſſa brevitatis, ſeu compendii ſuæ ſcripturæ ; ſed extenſe, & aperte omnia ſubſtantialia ſcripturæ ponere ſeriatim perinde ac ſi ſtatim deberet in publicam formam ſufficienter extende-

re,

Digitized by Google

re, pœna ſoldorum viginti parvorum pro ſingulo actu. Et ſi in aliqua ſcriptura, & abreviatura vivi, vel mortui Notarii ſit reperta dictio, *&c.* omnia contineat talis dictio *&c.* quæ ſunt de ſubſtantia contractus neceſſaria, & non ultra, perinde ac ſi eſſent ſpecificata. Et ſi reperiretur dicta dictio in renuntiationibus, quæ fiunt in inſtrumentis, contractibus, forte aliquibus ſpecificatis, tunc importet talis dictio illas exceptiones, quæ communiter ponuntur in ſimilibus contractibus, ſive geſtis, huic contractui celebrato, nec vitium Notarii contrahentibus ſit nocivum, & etiam ſi non fuerit obligatio bonorum ſpecificata; intelligantur tamen bona debitorum eſſe obligata ſaltem tacite. Et idem intelligatur de actis judiciariis: quod Statutum vendicet ſibi locum non ſolum in futuris, ſed etiam in præteritis.

Quod in inſtrumentis, & contractibus ſcribantur nomina, & pronomina Notarii, contrahentium, & teſtium. Cap. LXXVI.

STatuimus, & ordinamus, quod Notarius, qui ſcribit aliquod inſtrumentum publicum, vel acta civilia, vel criminalia, vel contractum proprium, vel improprium, debeat in ſua nota ſcribere ſuum proprium nomen cum pronomine, & eo modo nomina contrahentium, & eo modo nomina teſtium, ſub pœna dicto Notario contrafacienti ſoldorum viginti parvorum.

HÆC SUNT STATUTA DE JURATIS.

De Juratis juſtitiæ. Et primo de eorum officio, & ragalia. Cap. LXXVII.

STatuimus, quod quatuor Jurati juſtitiæ ſint, & eſſe debeant in civitate Belluni, officium quorum ſit drizare congia, buzolos, menſuras vini, olei, mellis, & caleis, calveas, & menſuras bladi: & bullare bullandas ſtateras, & paſſus. Et accipere poſſint pro congio denarios duodecim, & buzolis, & aliis menſuris vini, olei, mellis, minalis, & minellæ denarios duos pro qualibet menſura. Pro maſtello calcis ſoldos duos. Pro ſtario calcis ſoldum unum. Pro calvea drezanda, & bullanda illis de civitate denarios quatuor. Pro media calvea denarios duos. Item pro calvea illis de villis denarios octo. Pro media calvea denarios quatuor. Pro quartarolo denarios duos. Item pro ſtatera illis de civitate denarios octo. Pro ſtatera illis de villis denarios ſexdecim. Et hoc pro ſtatera a centum librarum infra: ab inde vero ſupra ſoldos quatuor pro qualibet ſtatera. Item denarios quatuor pro quolibet paſſo. Et poſſint accipere de

Digitized by Google

de qualibet vegete vini poſita ad manum buzolos duos vini, vel pretium dicti vini, ad voluntatem dictorum juratornm: Et ſimiliter de carnibus venditis. Et ſimiliter dicti Jurati petere poſſint tam a tabernariis, quam a mercatoribus dicti vini, ad voluntatem dictorum juratorum. Et veges intelligatur a quinque congiis, & ab inde ſupra. Et a quinque congiis infra, ſolvatur buzolum unum vini. Et de qualibet beſtia bovina, non intelligendo bovinam vitulos a lacte; & de quolibet porco unam libram carnium, mortuis a beccariis, vel denarios, ut ſupra dictum eſt. Et in quadrageſima a quolibet vendente oleum, poſſint accipere unam libram olei, vel denarios ad voluntatem Jurati. Et quod dicti Jurati teneantur invenire unum bonum hominem, & legalem, majorem vigintiquinque annis, ad drezandum ſtateras. Et unum bonum, & legalem hominem dicti temporis ad drezandum alias menſuras approbandas per D. Rectorem, & Conſules, pœna ſol. centum parvorum cuilibet Jurato, ſi aliter facerent. Et ſi plus acciperent, condemnentur in ſold. ſexaginta parvorum, tertia pars cujus banni ſit accuſatoris. Hoc ſalvo, quod forenſes conducentes oleum ad civitatem Belluni, & diſtrictum, ad ſolutionem dictæ Jurariæ non teneantur, ſi dictum oleum vendiderint infra quintam diem. Et quod Jurati, qui ſunt de menſe Martii, Aprilis, Maii, & Junii debeant facere drezari ſupradictas menſuras, & exigere oleum a ſtationariis, & non aliis.

Quod per Juratos inquiratur de falſis menſuris, & ponderibus in actis Notarii per eos electi. Cap. LXXVIII.

ITem Statuimus, quod debeant ſtudioſe, & diligenter inquirere ſi aliquis teneret falſam menſuram, vel peſam, & emat, vel vendat cum falſo pondere, vel menſura. Et tentare ad minus ſemel in hebdomada de menſuris, & ponderibus. Et de pane utrum fuerit ad peſam piſtoribus datam. Et utrum vendatur vinum, carnes, caſeus, oleum, mel, ultra vel aliter quam ordinatum fuerit per Statuta, vel ordinationes communis Belluni, & Conſilii. Item ſi quos reperirent culpabiles in prædictis, vel in aliquo prædictorum contra formam Statutorum, vel reformationum Conſilii facere debeant eos reduci in ſcriptis per eorum Notarium quomodo convenerit, & qualiter, & qua die: & percipere ſecuritates, defenſiones, & inventarios, & proceſſus, quod debeant omni menſe præſentare D. Rectori. Et teneatur Rector ad minus in calendis cujuslibet menſis condemnationes facere, & publicare ſecundum formam Statutorum, & reformationum communis Belluni, & Conſilii, dummodo non tranſcendat aliqua condemnatio ſummam ſol. ſexaginta parvorum.

Et

Digitized by Google

Et medietas dictarum condemnationum, & omnium, quæ recipere poſſunt occaſione dicti officii, eſſe debeat D. Rectoris, et alia medietas ad ipſum ſpectare. Et Notarius debeat eligi per Juratos; & habere debeat pro ſuo ſalario ſol. quinque groſs. de denariis, quos ipſi jurati receperunt in dicto officio tam de ſua parte, quam de parte D. Rectoris.

De modo, & forma procedendi contra delinquentes. Cap. LXXIX.

ITem Statuimus, quod jurati non poſſint facere aliquod præceptum contra aliquem, nec procedere aliqua de cauſſa contra aliquam perſonam, niſi per ſolam inventionem per ipſos juratos, vel alterum ipſorum factam, & non per denuntiationem, accuſationem, vel inquiſitionem. Et quod Rector non poſſit facere aliquam condemnationem de proceſſibus, & inventionibus factis per dictos juratos, niſi dictæ inventiones proceſſus probatæ fuerint, vel per confeſſionem inventi, vel per duos legitimos teſtes. Et quod dictus Rector non poſſit ex dictis proceſſibus aliquem condemnare ultra ſummam ſoldorum ſegaxinta parvorum. Et quod proceſſus, & condemnationes alio modo factæ ipſo jure non valeant, & nullius ſint momenti. Et nihilominus dictorum juratorum qnilibet, & eorum Notarius, qui aliter ſcripſerit, quam ſupra ſcriptum eſt, condemnetur in ſoldis centum parvorum pro quolibet, & qualibet vice. Salvo ſemper omni jure D. Rectori procedendi contra delinquentes, & eos punire majori quantitate ſecundum formam Statutorum, & reformationum Communis.

Quod jurati jurent, & fidejubeant de bene exercendo eorum officium. Cap. LXXX.

TEneantur dicti jurati, & eorum Notarii antequam incipiant ſuum officium jurare facere ipſum officium bona fide, & ſine fraude: & omnes quos adinvenerint facientes contra, maniſeſtare, & nullum ſubcellare, & nullum lucrum, ſeu donum accipere occaſione dicti officii, niſi quod eis conceſſum eſt per Statutum, & pro prædictis ſic obſeruandis in officio ſuo diligenter exercendo, & non eſſe negligentes, debeant facere unam ſecuritatem de libris quinquaginta parvorum apud Maſſarium communis Belluni, quam ſi non fecerint, dictum officium exercere non poſſint.

Quod

Quod jurati, & eorum Notarii tempore ſui officii non exerceant ea contra quæ procurant. Cap. LXXXI.

Item, quod Jurati, eorumque Notarii tempore ſui officii non poſſint facere beccariam, nec vendere vinum, oleum, carnes, nec caſeum ad minutum, neque vendi facere per ſe, nec per alium: nec panem facere fieri ad vendendum, banno librarum decem pro quolibet, & qualibet vice. Et quilibet poſſit accuſare, & habeat medietatem banni.

Quod creatio juratorum fiat in Conſiliis. Cap. LXXXII.

Item, quod jurati juſtitiæ debeant exercere officium ſuum in civitate Belluni, & villis de plano. Et jurati de Agurdo, & Zaudo debeant exercere officium ſuum prædictum in Agurdo, & Zaudo, & non alibi. Et creatio ipſorum juratorum de plano fiat in Conſilio Majori civitatis Belluni, uti fiunt alia officia. Et jurati de Agurdo in Conſilio Agurdi: & aliter facta, ipſo jure ſit nulla. Et creatus contra formam ſupradictam, volens, & præſumens dictum officium exercere, puniatur in libris quinquaginta parvorum, applicandis fiſco, ſive communi Belluni: cujus condemnationis condemnatus gratiam, ſive remiſſionem conſequi non valeat ullo modo, & remiſſio facta ipſo jure ſit irrita, & inanis. Quod Statutum obſervare, & obſervari facere Rector teneatur ſub vinculo ſacramenti. Et ſi electio aliter facta fuerit quam continetur in præſenti Statuto, nihil recipere debeant ab aliqua ſingulari perſona. Et ſi aliquid receperint, illud in duplum reſtituere compellantur.

Quod jurati perſonaliter faciant ſuum officium. Cap. LXXXIII.

Statuimus, quod illi, qui fuerint jurati creati, & habuerint conceſſionem jurariæ, teneantur ipſimet officium dictum exercere, videlicet, juriſdictionem dicti officii, & ejus exercitium, & nulli alii perſonæ vendere, vel alienare, vel concedere modo aliquo directe, vel per obliquum, ſub pœna librarum decem parvorum pro quolibet jurato contrafaciente, & amiſſione officii.

Quod jurati exigant condemnationes termino unius menſis. Cap. LXXXIV.

Item Statuimus, & ordinamus, quod prædicti jurati teneantur infra unum menſem poſt condemnationes factas, ipſas exigere: & ab in-

ab inde in ante condemnationes factæ ipſo jure nullius ſint momenti.

Qualiter eligantur Juſtarores menſurarum: & de ſazio dando Juratis Agurdo, & Zaudi. *Cap. LXXXV.*

STatuimus, & ordinamus, quod quatuor boni viri eligantur per Conſules eo tempore, quo menſuræ drezantur, qui debeant eſſe una cum juratis ad faciendum ſazium menſurarum, & ſecundum illud ſazium jurati teneantur, & debeant facere menſurari. Et illud, quod ſupradictum eſt de juratis de civitate, illud idem intelligatur, & obſervetur in juratis de Agurdo, & Zaudo, & ſupradictis pœnis ſubjaceant dicti jurati de Agurdo, & Zaudo, qui teneantur venire ad civitatem Belluni pro dicto ſazio, qui dabitur per dictos bonos viros: & ad dictum ſazium facere fieri dictas menſuras de Agurdo, & Zaudo. Et hoc ſub pœna ſoldorum centum parvorum pro quolibet jurato.

Quod menſura non bullata intelligatur falſa. *Cap. LXXXVI.*

ITem Statuimus, quod ſi reperiretur aliqua menſura non bullata in præcedenti anno, ipſo jure intelligantur eſſe falſa, & puniatur delinquens per dictos juratos pœnis ſupradictis, qui eas tenuerit penes ſe, vel in domo habitata per eum.

Quod jurati, vel duo eorum omni ſeptimana procurent eorum officium per civitatem, & burgos. *Cap. LXXXVII.*

ITem Statuimus, & ordinamus, quod jurati juſtitiæ teneantur, & debeant omni ſeptimana ſaltem duo ex ipſis ire tentando per civitatem Belluni, & burgos de his quæ ſpectant, & pertinent ad officium ſuum, ſub pœna, & banno ſoldorum quadraginta parvorum pro ſingula ſeptimana, in qua non jerit tentando, & faciendo ſuum officium: in quam pœnam incidant ipſo facto abſque aliqua ſententia ferenda, quam ſtatim ſolvere compellantur. Et quod Rector civitatis Belluni teneatur omni ſeptimana inquirere ſi dicti jurati faciunt ſuum officium; & ſi invenerit eos negligentes, condemnare in pœna librarum x. parvorum de ſuo ſalario.

Quod

Quid debentes aliquid Juratis, & non ſolventes in termino, poſſint detineri. Cap. LXXXVIII.

STatuimus, quod quicumque tenetur in aliquo Juratis juſtitiæ occaſione ſui officii jurariæ teneatur, & debeat ſolvere, & ſatisfacere dictis Juratis de eo quod ſibi tenetur infra quinque dies poſtquam facta fuerit ratio inter eos, alioquin ab inde in antea poſſit, & debeat detineri ad inſtantiam dictorum juratorum, & non relaxari, niſi prius ſolverit, vel ſatisfecerit dictis juratis, vel fuerit in concordia cum eis.

De termino exigendo, quod Juratis debetur occaſione jurariæ. Cap. LXXXIX.

ITem Statuimus, & ordinamus, quod Jurati juſtitiæ teneantur, & debeant exegiſſe id quod ſibi debetur occaſione ſuæ jurariæ a quocumque uſque ad quatuor menſes completos poſt finitum eorum officium, & terminum de ſua juraria. Alioquin ab inde in antea non audiantur, nec ſibi jus ulterius reddatur per Rectorem. Salvo quod ſi præſa, vel inſtrumentum, vel alia ſolemnis ſcriptura foret de dicta juraria, terminus iſte non currat in præjudicium juratorum, quo caſu non detineantur tales obligati.

HÆC SUNT STATUTA UNIVERSALIA DE OFFICIIS, ET OFFICIALIBUS.

De officiis univerſis. Et primo de iis qui gaudere non debent beneficiis publicis. Cap. XC.

STatuimus, quod nullus ponatur, ſeu obligetur ad aliquod publicum officium communis Belluni, qui non habitet cum familia, & maſſaritia in civitate Belluni, vel diſtrictu, non per hoc derogando alicui Statuto ſupra, vel infra poſito, quæ loquuntur de reſidentia civitatis, vel burgorum; & non ſolvat collectam, & factiones non faciat in civitate Belluni, vel diſtrictu ipſe ſi per ſe habitaverit, vel ejus pater, vel frater, vel mater cum quo habitaverit, nec aliquis forbannitus communis Belluni pro debito, vel condemnationibus Communis, vel debitis ſingularium perſonarum, nec aliquis infamis, cum infamibus portæ non pateant dignitatis. Et ſi aliquis electus fuerit, & officium receperit, condemnetur in ſoldis centum, & caſſetur in officio. Et ſi quis ſcienter talem elegerit, in arbitrio D. Rectoris de ejus ſcientia condemnetur in libris.

bris quinque parvorum, niſi fuerit privilegio, ac proviſione majoris Conſilii admiſſus ad munera pariter, & honores.

Qualiter jurare debeat quis electus ad aliquod officium.
Cap. XCI.

ITem, quod quicumque electus fuerit in officio communis Belluni, antequam incipiat exercere officium ſuum, jurare debeat ſuum officium exercere bona fide, & ſine fraude juxta formam Statutorum; & quod habitat cum familia, & maſſaritiis in civitate Belluni, vel diſtrictu: & collectam ſolvat, & factiones faciat in civitate Belluni, vel diſtrictu ipſe, vel ejus pater, vel avus, vel mater, vel frater cum quo habitat. Et quod non eſt forbannitus communis Belluni pro debito Communis, vel condemnationum, vel pro debito ſingularis perſonæ: nec eſt de exceptuatis & repulſis per Statutum ſuperius proxime poſitum. Et Rector, qui nunc eſt, vel pro tempore fuerit in civitate Belluni, ſuo ſacramento teneatur diligenter inquirere de prædictis.

Quod nullus poſſit habere ultra unum officium cum ſalario.
Cap. XCII.

STatuimus, quod nullus cujuſcumque conditionis, & ſtatus ſit, poſſit, vel debeat exercere ultra unum officium, de quo debeat percipere ſalarium eodem tempore, pœna librarum vigintiquinque parvorum recipienti dictum officium, & viginti quinque librarum Rectori, vel Conſuli, qui conſenſerit in prædictis, quæ fieri non juraverit, & privetur ab ipſo officio, ne dum utrumque feſtinet, neutrum bene peragat.

Quod Officiales tempore ſui officii habitent in civitate, vel burgis.
Cap. XCIII.

ITem, quod quilibet, qui electus fuerit ad aliquod officium civitatis Belluni, & Communis, debeat continuo ſtare, vel habitare in civitate Belluni, vel burgis toto tempore ſui officii: ſalvo ſemper Statuto, quod loquitur de reſidentia unius menſis, ante officium inchoatum. Exceptis Conſulibus, & aliis officialibus de Agurdo, & Zaudo, qui exercere debeant officia ſua, quæ ſibi veniunt in Agurdo, & Zaudo, & non in civitate Belluni.

De

De pœna impoſita non facientibus officium demandatum ſibi. Cap. XCIV.

ITem, quod quicumque fuerit electus per Conſules, vel majorem partem ipſorum, aut per Rectorem de voluntate Conſulum ad aliquod officium, vel ſervitium, vel negotium faciendum pro commune Belluni, illud recipere, & facere cogatur per Rectorem, vel alium, qui fuerit pro Commune Belluni, & juſtum videbitur Rectori. Et qui contrafecerit, in ſoldis ſexaginta denar. condemnetur Communi: & uſque ad unum annum ad nullum officium Communis Belluni admittatur.

Quid nullus familiaris Rectoris, & Vicarii poſſit habere officium in civitate Belluni. Cap. XCV.

ITem Statuimus, quod aliquis ſocius, vel familiaris Rectoris, ſeu Vicarii, qui pro tempore fuerit in civitate Belluni, non poſſit aliquod ſalarium habere a Communi pro officio aliquo. quod faciant in commune Belluni in civitate, & burgis: & quod qualibet Statuta loquentia in contrarium ſint irrita ipſo jure.

Quod nullus incipiat officium, niſi data fidejuſſione, ſi danda venit. Cap. XCVI.

STatuimus, & ordinamus, quod quicumque electus fuerit ad aliquod officium exercendum, pro quo facere debeat ſecuritatem aliquam ſecundum formam Statutorum Communis Belluni; & ſecuritatem prædictam ad cancellariam Communis Belluni non fecerit antequam immiſcuerit ſe, ſeu dictum officium incœperit, condemnetur in libris tribus parvorum: ſalvo quod per hoc non derogetur alicui Statuto, quod imponit majorem pœnam.

Quod Rector teneatur jurare facere Officiales principio eorum officii. Cap. XCVII.

ITem, quod quilibet Rector, qui pro tempore fuerit in civitate Belluni ſub vinculo Sacramenti, & pœna centum librarum parvorum, quando intrat ad officium aliquod aliquis officialis, teneatur, & debeat facere ipſum officialem jurare, quod ipſum officium bene, & diligenter exercebit ſecundum formam Statutorum ſupradictorum.

HÆC

Digitized by Google

HÆC SUNT STATUTA DE PRÆCONIBUS.

De juramento Præconum. Cap. XCVIII.

EGo Præco juro ad Sancta Dei Evangelia, quod omnia præcepta, quæ Rector, vel Vicarius, vel eorum Nuntius, aut Conſules civitatis Belluni, mihi fecerit per ſuum regimen Rectoriæ, vel per totum conſulatum Conſulum attendam, & obſervabo, & omni mane, & poſt nonam ſine fraude in horis, in quibus cauſſæ fuerint, ſi in hac civitate ero, ante Rectorem, & Conſules me præſentabo, & ſine ſua, & eorum licentia, vel ab eo, vel ab eis me non ſeparabo. Et ambaſſiatas mihi factas, & injunctas a Rectore, vel Vicario, & Conſulibus, vel eorum Notariis fideliter dicam, & veraciter faciam. Varentationes, & reſponſa mihi facta, & injuncta ab eis, vel eorum altero; & ſecreta a Rectore, vel Vicario, vel Conſulibus mihi injuncta tenebo, & ſervabo, ſecundum quod mihi præceptum fuerit. Et ſi quid ad me pervenerit de bonis Communis occaſione mei officii præconatus de mandato Rectoris, ſeu Conſulum, Maſſario, ſeu Campſario Communis dabo, & aſſignabo infra unum diem poſtquam fuero in civitate Belluni. Et quod nihil exigam ab aliquo cive civitatis Belluni, nec accipiam, nec ab habitantibus in burgis. Et nihil exigam ab aliquo de diſtrictu Belluni pro pignorando aliquem ejuſdem diſtrictus, niſi id quod mihi conceſſum eſt in Statutis Communis Belluni. Et quacumque hora Rector, vel Conſules, aut Officiales officii majoris mihi præceperint ut pignorare debeam, pignora reddere debeam, reddam, & nihil in me tenebo, niſi illud quod mihi ordinatum eſt, & ſtabilitum in libro Statutorum Communis Belluni. Salvo, quod ſi quid additum fuerit a Rectore, vel Conſulibus, vel eorum miſſis, ſeu nuntiis, id obſervare teneatur: & etiam id, quod continetur in Sacramento, ſequendi Rectorem bona fide attendam, & obſervabo. Et nihil expendam de ipſis rebus ſine verbo Rectoris Communis Belluni: & omnia alia officia a Rectore, vel Conſulibus mihi injuncta, bona fide faciam, & obſervabo.

De ſecuritate præſtanda per præcones. Cap. XCIX.

SI aliquis aſſumptus fuerit ad officium præconatus pro communi Belluni facere debeat incontinenti bonam, & idoneam ſecuritatem vigintiquinque librarum de operando, & exercendo ſuum officium fideliter, uſque ad decem annos continuos. Et habeat, & habere debeat a commune Belluni in introitu libras ſexdecim parvorum

unam

Digitized by Google

unam tunicam, & unam biretam rubeam. Et ſcribatur ejus ſecuritas in Cancellaria Communis. Et ſi infra dictum tempus decem annorum deſeruerit, vel refutaverit dicta ſecuritas librarum vigintiquinque parvorum in integrum ſolvere teneatur.

De numero Præconum. Cap. C.

STatuimus, quod præcones communis Belluni ſint numero ſexdecim, vel duodecim ad minus, ſi haberi poterunt.

Quod habere debeant Præcones tunicas, inſulas, & regaliam. Cap. CI.

ITem, quod quilibet præco habeat, & habere debeat quolibet anno a communi Belluni unam tunicam, & unam inſulam rubeam, & ſoldos viginti parvorum in feſto nativitatis, & carniſprivii, totidem in feſto Reſurrectionis Domini, ſupradictos denarios in dictis feſtivitatibus.

Quod inſignia portent palam Præcones. Cap. CII.

TEneatur quilibet præco portare inſulam ſuam publice, & palam, ſeu aperte in capite, vel ad collum, & in domo Communis, & in curia teneatur eam portare in capite tantum. Et qui contrafecerit, condemnetur in ſoldis duodecim parvorum pro qualibet vice, quos incontinenti ſolvere compellatur. Et Rector teneatur eos cogere ad prædicta.

Quod diebus, & horis debitis ſint Præcones in Curia. Cap. CIII.

ITem diebus, & horis debitis debeat eſſe quilibet præco coram D. Rectore, ſeu Vicario in curia, vel in Palatio communis, & perſeverare ad ipſum Rectorem, vel ejus Vicarium, ſi fuerit requiſitus venire: & ſi defecerit puniatur arbitrio Rectoris.

De obligatione Præconum ad ſcortam. Cap. CIV.

ITem Statuimus, quod quatuor de prædictis præconibus in qualibet ſeptima die ſtare in Palatio communis Belluni debeant, & inde non recedere ſine licentia Rectoris: quod ſi non ſteterint, vel receſſerint ſine licentia, Rectoris arbitrio puniantur.

Quod

Quod Præcones gratis faciant citationes pro civibus in civitate, & burgis. Cap. CV.

ITem quandocumque aliquis præco fuerit ab aliquo cive, vel habitatore requiſitus, quod citare debeat, ſeu præcipere quemlibet ad comparendum coram D. Rectore, vel ejus Vicario in civitate Belluni vel burgis, gratis, & ſine aliquo pretio id facere debeat in banno ſol. x. parvorum pro quolibet, & qualibet vice: reliqui vero ſolvant ſol. unum pro citatione.

Qualiter credi debeat Præconibus. Cap. CVI.

DE qualibet varentatione credatur præconi: ſalvo, quod quando præco varentaverit, & dixerit ſe pignus depoſuiſſe penes aliquem, vel in ſalvamento dediſſe, & ille negaverit apud quem dixerit depoſuiſſe; non credatur præconi, niſi illud probaverit ſaltem per unnm teſtem. Et ſalvo, quod quando præco dixerit aliquem feciſſe revellum, vel pignus non reſtituiſſe. Et in delictis in quibus ex forma juris, vel ex forma Statutorum communis Belluni alicui injungeretur pœna ſanguinis, non credatur præconi, ſi adverſarius negaverit, niſi ſaltem illud probaverit per unum bonum teſtem. Et hoc non habeat locum in citatione teſtium in prædictis delictis.

Quod Præcones non debeant ire ad pignorandum ſine commiſſionibus. Cap. CVII.

NUllus præco debeat ire ad aliquem pignorandum extra civitatem Belluni & burgos, niſi de præcepto, & commiſſione pignorandi ſibi facta, niſi inſtrumentum habuerit, ſeu cedulam ab aliquo ex Notariis officii majoris ſcriptam, & ſubnotatam, vel ſaltem habuerit commiſſionem a Judice, vel Rectore, qui pro tempore fuerit; ſeu ab uno officiali communis Belluni majoris officii, quæ reperiantur in actis, vel in publicam formam; aliter pignus factum ipſo jure non valeat.

De termino varentationis, & relationis pignorum, & commiſſionum factarum per Præcones. Cap. CVIII.

POſtquam præceptum fuerit alicui præconi de pignorando aliquem in civitate Belluni vel diſtrictu, excepto Agurdo, & Zaudo, vel aliqua alia fuerit Ambaſſiata commiſſa infra quatuor dies, vel ad alium terminum ſibi per judicem commiſſum, idem præco varentare ſe fe-

Digitized by Google

ſe feciſſe certum pignus, ſpecificando pignus quod habuerit, & apud quem depoſuerit, & diem illam in qua fecit pignus. Et ſimiliter quamlibet aliam ambaſſiatam, vel revellum, & in Agurdo, & Zardo, & abinde ſuperius teneatur infra ſex dies, vel ad alium terminum ſibi per Judicem, vel Rectorem ſibi commiſſum quamlibet varentationem tam de pignore, vel revello, quam de alia ambaſſiata, ut ſupra dictum eſt, facere coram illo Notario, qui commiſſionem ſcripſerit, vel alio Notario ejuſdem officii. Et Notarius teneatur in continenti ſcribere relationem, quum ſibi facta fuerit modo prædicto, in præſentia duorum teſtium: aliter autem ſine præſentia dictorum duorum teſtium eam ſcribere non debeat. Et eidem Notario creditor, ſeu ad cujus poſtulationem facta fuerit, ſolvere compellatur. Et ſi præco, vel Notarius prædicta non ſervaverit, arbitrio Rectoris puniatur: & nihilominus præco dictam varentationem facere poſſit, & teneatur de prædictis: & nihilominus valeat varentatio.

Quod varentatio pignoris facta per Præconem ſit in præjudicium præconis, & non creditoris. Cap. CIX.

SIquis præco de mandato Rectoris, ſeu officialis iverit ad pignorandum aliquem, & rectam, & veram varentationem faciat de pignore facto, vel de revello. Et ſi varentaverit ſe pignus feciſſe, & in ſe pignus ſufficiens recepiſſe, credatur præconi ipſi in præjudicium ſuum, & non in præjudicium creditorum, quouſque ex dicto pignore ſibi non fuerit ſatisfactum. Et ſi a principio, ſive poſtquam varentaverit ſe pignus feciſſe, dicat præco in ſe pignus non perveniſſe, poſſit, & debeat adhuc debitor pignorati. Et cogatur debitor eidem omnino dare, & conſignare ſufficiens pignus, ſeu deponere apud perſonam idoneam ad petitionem creditoris: & ſalvo etiam omni jure creditori contra ipſum præconem, occaſione pignoris, quod ipſe dixerit ſe feciſſe, ſi creditor voluerit omittere debitorem, & ipſum præconem eligere. Et prædicta omnia, & quodlibet prædictorum attendat, & adimpleat, & adimpleri faciat Rector ſummarie, ſine ſtrepitu & figura Judicii in unoquoque capitulo ſupradicto. Et creditor ſi primo elegerit procedere contra præconem occaſione pignoris, nihilominus poſſit omittere ipſum, & nullum ex hoc præjudicium ſibi fiat contra debitorem: ſed in integrum ſibi jus adhuc competat contra debitorem eumdem. Et quod præco cum vadit ad pignorandum aliquam perſonam, vel univerſitatem ad petitionem alicujus ſingularis perſonæ, vel per commune Belluni ipſum pignus mobile deſignatum per debitorem dicto præconi ponere in ſalvamento penes juratum, vel unum ex ſuis vicinis de melioribus debeat & teneatur, ſub pœna ſol. centum dicto præconi contrafacienti.

H De ſo-

Digitized by Google

De ſolutionibus Præconum. *Cap. CX.*

SIquis præco iverit in ſervitium pro pignore faciendo, ſive ob aliam cauſsam præterquam ad citandum, vel comparendum, habere, & recipere debeat ab eodem denarios ſex. pro ſuo labore in civitate Belluni & burgis, & ſub burgis, & continentibus ædificiis ſol. duos parvorum. Pro plebibus domi, & Caſteoni; item in plebibus ſancti Felicis, & Sedeci ſol. tres parvorum. Item in plebibus Limanæ, & Fruſſedæ citra Rajum ſol. duos parvorum. In plebe Fruſſedæ ultra Rajum ſol. tres parvorum. Item in plebibus Lavacii, & Alpagi ſol. quatuor parvorum. Et unam tantum ſolutionem habere debeat pro unoquoque pignore facto a creditore, quam ſolutionem recipere poſſit ante varentationem per ipſum præconem factam. Et ſi recepiſſet ulterius, creditorem moleſtare non poſſit, & nibilominus executionem pignoris facere compellatur, pœna cuilibet præconi contrafacienti in quolibet capitulo, in hoc Statuto contento ſol. xx. parvorum pro qualibet vice. Et nullam aliam ſolutionem accipere poſſit, vel debeat a debitoribus modo aliquo, ſub pœna ſuperius nominata, quam ſtatim ſolvere compellatur; cujus medietas ſit debitoris, a quo receperit: ſalvo eo, quod ſiquis præco iverit ad pignorandum aliquem pro commune Belluni cauſſa communis, habita commiſſione ſupraſcripta per notarium maleficiorum, vel Notarium collectæ, ſi pro collecta debuerit pignorare, eidem fiat ſolutio, prout iret in ſervitio ſingularis perſonæ. Si autem in ſervitium Communis iverit per diſtrictum Belluni ob aliam cauſsam, quam pro pignorando, habere debeat a Communi duplum ejus, quod ſibi conceſſum eſt, quando vadit ad pignorandum ad petitionem alicujus ſingularis perſonæ: ſalvo eo quod quando iret cum aliquo officiali communis Belluni occaſione alicujus maleficii; tunc habere debeat ſol. decem parvorum in die, & fiat ei ſolutio de bonis illius, qui inculpatus fuerit, & infamatus maleficium commiſiſſe: & poſſit in hoc caſu pignus accipere pro ſuo labore. Et ſi non repereiretur de bonis ipſius, tunc per regulam, in qua fuerit maleficium commiſſum, fiat ſatisfactio. Et ſi prædicta regula, ſeu homines dictæ regulæ caperent malefactorem, ſeu conducerent in fortiam communis Belluni, tunc ſatisfiat præconi per commune Belluni & non regulam. Si autem iverit extra diſtrictum Belluni habeat ſol. decem in die. Et quilibet præco, qui iverit in ſervitium Communis, ſcribi faciat per notarium Maſſarii vias ſuas, & diem, quo ibit, & quo redibit, uſque ad tertium diem poſtquam iverit, ſeu redierit. Et ſi hoc non fecerit, non fiat ei ſolutio.

A quo

A quo facienda ſit ſolutio Præconi in caſu accuſæ. Cap. CXI.

STatuimus, quod quando proceditur per accuſam contra aliquam perſonam, occaſione alicujus delicti, tunc accuſator teneatur ſolvere præconi in prima citatione facienda de dicto accuſato, & teſtibus nominatis per eum in accuſa. Si autem procederetur per denuntiationem, vel inquiſitionem, tunc denuntiatus, vel inquiſitus ſolvere teneatur ipſi præconi, & fiat ei ſolutio hoc modo, videlicet: pro citatione cujuslibet accuſati, denuntiati, & inquiſiti tantum, quantum habere debent pro uno pignore facto ad petitionem ſingularis perſonæ: & ſimilem ſolutionem pro citatione duorum teſtium, producendo pro rata, ſi plures erunt teſtes ſcil. de duobus in duobus.

Quod Præco non habeant præmium itineris, nec accipere poſſit denar. creditorum. Cap. CXII.

ITem non debeat aliquis præco accipere ab aliquo debitore pro eo pignorando, vel tenutam de ejus bonis, accipiendo aliquid ratione ſuæ viæ, nec debitum, ſeu denarios quos tenetur ſolvere creditori, in pœna, & banno ſol. centum parvorum pro quolibet, & qualibet vice. Salvo, quod quando vadit ad pignorandum pro Communi, quod tunc poſſit accipere ſolutionem, vel pignus ab eo quem pignoraverit pro ſua via, juxta commiſſionem ſibi factam, & conceſſionem per D. Rectorem, ſecundum formam Statutorum.

Quod Præcones non habitent extra civitatem, vel burgos. Cap. CXIII.

ITem Statuimus, quod quilibet præco communis Belluni, teneatur, & debeat ſtare, & babitare in civitate Belluni, & burgis: & ſi contrafecerit, privetur officio præconatus, & ſecuritatem vigintiquinque librarum, per eos factam, ſolvere compellatur. Excepto uno præcone de Agurdo, & uno de Zaudo. Et Rector Belluni ſub pœna ſacramenti teneatur eos cogere ad prædicta.

Quod Præcones non teneantur facere executionem corporalem contra condemnatos. Cap. CXIV.

STatuimus, & ordinamus propter penuriam præconum, quæ eſt ad præſeus in civitate Belluni, ad hoc ut præcones melius inveniantur, & ut commune Belluni non careat præconibus prædictis

 ad of-

ad officium præconatus exercendum, quod ſi contingerit fieri debere aliquam executionem corporalem contra aliquem condemnatum, præcones communis Belluni, qui nunc ſunt, & qui pro tempore erunt, non teneantur, neque debeant facere dictam executionem, neque aliquam executionem corporalem, nec circa ipſam executionem aliquid facere, vel expedire, ſed ab ipſa executione, ac a dependentibus ab ea penitus ſint exempti. Et quod dicti præcones non poſſint, neque debeant compelli per Rectorem civitatis Belluni ad aliquid faciendum de prædictis.

HÆC SUNT STATUTA DE BAROVERIIS.

De officio Baroveriorum, & eorum ſalario. Cap. CXV.

STatuimus, & ordinamus, quod Baroverii D. Rectoris, & Communis Belluni ſint ſecundum quod proviſum eſt, & ordinatum fuit per Conſilium Communis Belluni, & bene armati, videlicet, quod habeat quilibet cervelariam, ſpontonum, ſeu ſpadam, lanceam, & rodellam. Et D. Rector habeat pro eis ſalarium in Statutis contentum. Et quod dicti Baroverii, & quilibet eorum teneantur, & ſint, & eſſe debeant continue ad ſervitium Communis, & ſingularium perſonarum. Et quod dicti Baroverii, & quilibet eorum teneantur, & debeant tempore juramenti Rectoris jurare de bene faciendo, & legaliter ſecundum formam Statutorum Communis Belluni, ſuum officium, & de non accipiendo aliquid a Communi, nec ab aliqua ſingulari perſona, ultra id, quod eis conceſſum eſt per Statuta Communis Belluni. Et quod dicti Baroverii quando vadunt in ſervitium Communis, vel ſingularium perſonarum, poſſint, & debeant recipere ſolutionem modo infraſcripto, videlicet. Quando vadunt in ſervitium Communis de præcepto D. Rectoris, & vadunt in tali ſervitio, & tali de cauſſa propter quam non debent aliquid recipere ab aliqua ſingulari perſona, vel univerſitate; tunc habeant, & habere debeant a Communi pro quolibet die ſol. quinque parvorum pro quolibet Baroverio, qui iret in dictum ſervitium. Et quando vadunt in ſervitium Communis, & tale ſervitium propter quod recipere poſſint, & debeant ſolutionem ab aliqua ſingulari perſona, vel univerſitate, utputa ad exigendum condemnationem, vel pignorandum de condemnationibus, vel Collecta, vel alia ſimili cauſſa; tunc habeant & habere debeant ſolutionem hoc modo, videlicet. In plebibus Domi, & Caſteoni ſol. duos parvorum. In plebibus Sedeci, & ſancti Felicis ſol. quatuor parvorum. In plebibus Limanæ, & Fruſſedæ citra Rajum ſol. quatuor parvorum. Et in plebibus Lavacii, & Alpagi ſol. quatuor parvo-

Digitized by Google

parvorum. In Agurdo a Cluſa inferius ſol. quinque parvorum. A Cluſa vero ſuperius ſol. octo parvorum. In Zaudo ſol. quinque parvorum uſque ad furnum Donti, & in dicto furno. Ab inde ſuperius ſol. octo. Idem obſervetur quando vadunt ad petitionem alicujus ſingularis perſonæ. Et ſi contingat dictos Baroverios ire in Agurdum a muda agri ſuperius, vel in Zaudum, ab hoſpitali Zaudi ſuperius pro aſſecurando, capiendo, & detinendo; & aſſecuraverint, & eum effectualiter ceperint ad petitionem alicujus ſingularis perſonæ; tunc poſſint percipere ſolutionem a creditore, ad cujus petitionem dicta fecerint, modo infraſcripto, videlicet. Si debitum fuerit de libris vigintiquinque parvorum vel ab inde infra, ſol. xx. parvorum. A vigintiquinque libris ſupra, uſque ad quinquaginta, ſol. triginta parvorum. A quinquaginta vero ſupra ſol. unum pro libra, dummodo ſumma non excedat ſol. centum parvorum, quantacumque ſit quantitas. Si vero iverit in villis de plano, videlicet, In plebibus Domi, & Caſteoni poſſint percipere tertiam partem ejus, quod dictum eſt ſuperius. In aliis vero plebibus de plano, percipere poſſint medietatem ejus, quod dictum eſt ſupra in montibus: & pro qualibet detentione perſonali, & non ultra, ſive unus, ſive plures fuerint Baroverii. Si vero aliquis Baroverius aliquid perciperet ab aliquo debitore, vel ab aliquo alio nomine ipſius debitoris ſolvente, cauſſa non exequendi prædicta, tunc in carceribus detrudatur: & inde non relaxetur, niſi creditori, ad cujus petitionem pro prædictis exequendis iverit, reſtituerit id quod acceperit a debitore cum duplo. Salvo quod ſi iverit ad prædicta exequendum, & nihil fecerit, ſed per prædictum non ſteterit; tunc habere debeat ſive in montibus, ſive in plano id quod taxatum eſt ſupra in præſenti Statuto a creditore. In præconibus vero ſervetur forma de præconibus, & eorum officio, & ſalario diſponendi. Qui ſi in aliquo contrafecerint, puniantur eo modo, & forma, ut ſupra dictum eſt de Baroveriis. Et quod dicti Baroverii, & præcones non poſſint, neque debeant habere, ſeu percipere ſolutionem niſi a Camerario ſuper pignore conſignato. Et quod dicti Baroverii quando vadunt per civitatem Belluni, & burgos debeant portare arma ſua penes ſe, & ſaltem ſpatam. Et quod dicti Baroverii in civitate Belluni, nec ſub burgis non poſſint, nec debeant bibere, nec comedere in domo alicujus ſingularis perſonæ, pœna cuilibet Baroverio contrafacienti in omnibus & ſingulis ſupradictis caſibus, ſol. xx. parvorum. Excepto quam in caſu portandi arma, in quo ſit pena cuilibet contrafacienti ſoldorum quinque pro qualibet vice. Et Syndici Communis, vel major pars ipſorum quolibet menſe teneantur facere diligentem inquiſitionem publice, & ſecrete ſi dicti Baroverii obſervant omnia & ſingula ſupradicta. Et ſi invenerint

eos,

eos, vel eorum aliquem contrafacientes contra prædicta, teneantur referre D. Rectori: qui D. Rector teneatur, & debeat eos condemnare infra octo dies poſt dictam relationem ſub vinculo Sacramenti. Et ſi aliquis ex prædictis Baroveriis poneretur in carceribus non ſolvat aliquid pro introitu, vel exitu. Et hoc habeat locum ſimiliter in præconibus, ſi in carceribus ponerentur: & etiam in cuſtodibus ſi contingerit carcerari.

Quod Rector ſub vinculo Sacramenti cogat Baroverios facere ſuum officium. Cap. CXVI.

ITem Statuimus, quod D. Rector civitatis Belluni ſub pœna Sacramenti, teneatur, & debeat realiter, & perſonaliter cogere dictos Baroverios ire in civitate Belluni, vel diſtrictu, ad pignorandum, vel capiendum debitores ad petitionem ſingularium perſonarum pro ſalario eis deputato, & conceſſo per Statuta. Et ſi plus receperint, illud in duplum ſolvere compellantur: de quibus dicti Rectores poſſint, & debeant ſyndicari. Et idem teneantur obſervare circa Præcones Communis, &c.

Explicit Liber Primus.

STA-

Digitized by Google

STATUTORUM
MAGNIFICÆ COMMUNITATIS CIVITATIS
BELLUNI.

LIBER SECUNDUS.

Ad Honorem Omnipotentis Dei, & Beatæ Mariæ Virginis, & Beati Martini Confeſſoris, Sancti Antonii, & Beati Michaelis arcangeli, & omnium Sanctorum Dei, atque bonum Statum civitatis Belluni, & Diſtrictus, & robur Juriſdictionis ejuſdem. Amen.

HÆC SUNT STATUTA DE MODO, ET QUALITATE ADMINISTRANDI JUS.

De Juriſdictione, & ratione reddenda. Cap. I.

STatuimus, quod Rector, qui ad præſens eſt, & qui pro tempore fuerit electus per Illuſtriſſimam Dominationem noſtram Venetiarum ad regimen civitatis Belluni, ſit, & eſſe intelligatur Judex ordinarius, & habeat juriſdictionem ordinariam, & merum, & miſtum imperium, & gladii poteſtatem. Nec poſſit modo aliquo recuſari, vel ejus juriſdictio declinari, vel allegari ſuſpectus, niſi quando tractaretur de matrimonio, vel uſuris, vel de aliqua cauſſa ſpirituali, quæ coram Eccleſiaſtico Judice tractari deberet; quibus caſibus recuſari poſſit. Et poſſit, & valeat prædictus emancipationibus, manumiſſionibus, tutelis, curis, & inventariis, aditionibus hæreditatum, inſinuationibus quibuſcumque, publicationibus ultimarum voluntatum; & Notariis volentibus inſtrumenta cujuſcumque naturæ ex abreviaturis alterius Notarii relevare, & relevanda, ſibi concedi facere; & quibuſcumque aliis actibus contentioſę, & voluntarię juriſdictionis auctoritatem ſuam interponere, & judiciale Decretum tamquam judex ordinarius: & merum & miſtum imperium, & juriſdictionem plenariam, & gladii poteſtatem habens: ſalvo etiam, quod ipſius poſſit declinari juriſdictio per eum, qui de jure communi non foret ſubjectus juriſditioni ipſius, niſi aliud ex forma Statutorum communis Belluni ſit proviſum.

Quod

Quod omnes compellantur rationem recipere coram D. Rectore, vel Vicario. Cap. II.

STatuimus, & ordinamus, quod Rector civitatis Belluni, & diſtrictus, teneatur, & debeat omnes de civitate Belluni, & diſtrictu, & quoſcumque ſubjectos civitatis Belluni cogere realiter, & perſonaliter, prout judici videbitur expedire, venire ad rationem faciendam, vel requirendam, vel recipiendam coram D. Rectore ſeu Vicario, in omnibus quæſtionibus, & cauſſis tam civilibus, quam criminalibus, & anomalis, & miſtis: ſalvo eo, quod infra dicetur de arbitris, arbitratoribus, & amicabilibus compoſitoribus.

Quod omnes Bellunenſes coram Judicibus civitatis Belluni compareant. Cap. III.

STatuimus, quod quilibet homo, ſeu perſona civitatis Belluni, & diſtrictus, ac omnes ſubjecti juriſdictioni civitatis Belluni teneantur, & debeant venire ad civitatem Belluni coram D. Rectore, vel ſuo Vicario, ad rationem faciendam, requirendam a quolibet, ſeu etiam contra quemlibet ſubjectum juriſdictioni civitatis Belluni, pœna cuilibet, qui citaret, vel citari faceret aliquem ſubjectum civitati Belluni coram alio judice, quam coram Rectore civitatis Belluni, ſeu Vicario librarum xxv. parvorum: ſalvo eo, quod dicetur de arbitris, & de Capitaneis Agurdi, & Zaudi.

Quod inhibitio facta Judici Sæculari expediatur termino xx. dierum. Cap. IV.

STatuimus, quod ſi ad petitionem alicujus inhibitio facta fuerit in aliqua cauſſa per Curiam Epiſcopalem Judici Sæculari, aut etiam ſi per officium Judicis Eccleſiaſtici facta fuerit ipſa inhibitio, ſive etiam ſi per aliquem oppoſita fuerit coram Judice laico exceptio uſuraria, quæ coram Eccleſiaſtico Judice tentari debeat ille, qui ipſam inhibitionem impetraverit, vel in cujus favorem etiam ex officio facta fuerit, ſive qui prædictam propoſuerit exceptionem, teneatur toto ſuo poſſe curare facere expediri cauſſam inhibitionis, ſive exceptionem propoſitam infra viginti dies juridicos, niſi dictus judex fuerit abſens de civitate Belluni, & ejus diſtrictu, vel alio juſto impedimento impeditus. Et nihilominus ille ad cujus favorem facta fuerit inhibitio, ſive per quem propoſita fuerit exceptio, ſi fuerit laicus, puniatur in libris x. parvorum, ſi ſuccubuerit in cauſſa inhibitionis, vel exceptionis, & infra dictum tempus non fecerit

Digitized by Google

rit expedire, dum tamen pœna non poſſit excedere dimidium ſortis, de qua fuerit quæſtio principalis, medietas cujus ſit Communis, & alia partis adverſæ.

Quod Exceptio declinatoria probetur termino decem dierum, & quod Rector fiat Judex conventi contumacis, & externi.
Cap. V.

QUoniam in dubio cenſetur Judex, qui alias non exiſtit, pro tanto decernimus Statuendo, quilibet laicus conventus, ſeu citatus, teneatur, & debeat comparere ſub prædicto D. Rectore, etiamſi appareat ex poſt facto non eſſe de juriſdictione Rectoris, ſaltem allegaturus privilegium ſuum, & probaturus exceptionem declinatoriam judicii uſque ad decem dies, niſi caſus neceſſitatis immineat convento. Quod ſi facere recuſaverit, & reſpondere conventus, etiam alienæ juriſdictionis, efficiatur Rector judex conventi, propter conventi contumaciam evidentem. Et omnia acta, geſta, facta, contra eum, vel per eum coram Rectore, perinde valeant ac ſi per ipſum judicem, & in ſuum ſubditum geſta ſint.

Pœna interdicentis, & minantis alicui Bellunenſi, ut non veniat coram judice Belluni. Cap. VI.

STatuimus, quod nullus cujuſcumque auctoritatis, poteſtatis, aut dignitatis ſit, interdicat, ſeu minas faciat alicui de civitate Belluni vel diſtrictu, ut non veniat coram Rectore, ſeu Vicario, & officialibus dicti Communis, ad rationem faciendam, requirendam, ſeu recipiendam. Et quicumque contrafecerit cujuſcumque nobilitatis, ſeu dignitatis ſit, libras quinquaginta parvorum pro banno Communi componat, & qualibet vice.

De pœna inducentis aliquo modo aliquem, ut non veniat ad judicium Bellunenſe ad accuſandum. Cap. VII.

ITem, quod nullus homo, vel perſona ex aliquibus dictis, vel factis inducat aliquem metu, vel blanditiis, ſeu aliis verbis, vel aliquo alio modo, quin veniat coram Rectore Belluni, ſeu Vicario, ad accuſandum, vel denuntiandum maleficia cujuſcumque conditionis exiſtant. Et ſiquis contra prædicta facere præſumeret, condemnetur in tantam quantitatem, in quantam condemnari deberet ille, qui tale maleficium commiſiſſet. Et nihilominus condemnari debeat talis malefactor ſecundum formam Statutorum: hoc ſalvo, quod ſi ex prædicto commiſſo maleficio, pœna ſanguinis, aut mem-

 bri ab-

bri abſciſſio malefactori , aut criminoſo , eſſet juridice imponenda ; tunc talis ſubductor , blanditor , vel ſuaſor , & occultator tantum in libris centum parvorum, & non pœna ſimili puniatur.

Quod Jus non reddatur niſi per Rectorem civitatis Belluni & ejus Vicarium. Cap. VIII.

STatuimus , & ordinamus , quod Rector civitatis , qui pro tempore fuerit in regimine civitatis Belluni teneatur, & debeat per Sacramentum toto ejus poſſe ſollicitare, ac ſtudioſus eſſe , ac etiam prohibere quod juriſdictio non exerceatur , & jus , vel ratio non fiat in civitate Belluni, villa, vel caſtris, ſeu aliquo alio loco civitatis , & diſtrictus Belluni in civilibus , nec criminalibus , niſi per Rectorem civitatis Belluni , & ſuum judicem, & officiales Communis : & diligenter inquirere debeat ſi aliquis uteretur juriſdictione , ſeu jus, & rationem faceret. Et ſi invenerit aliquem uti, ſeu uſum fuiſſe juriſdictione aliqua, ſeu jus, vel rationem facere, vel feciſſe, ipſum puniat, & condemnet in libris centum denariorum parvorum pro qualibet vice , niſi per dictum Rectorem , per viam , & formam delegationis , aut conceſſionis , cognitio cauſſæ uni , vel pluribus fuerit demandata , aut per Statuta conceſſa alicui perſonæ , vel pluribus perſonis . Et tabellionem , qui ſcripſerit , vel ſcripturas aliquas fecerit , in libris decem parvorum condemnet . Præconem, vel Nuntium , qui præceptum aliquod fecerit , vel aliquid , quod modo aliquo pertineret ad prædicta, in ſol. centum parvorum pro qualibet vice ; & quemlibet præbentem auxilium talibus ; & talia geſta, & facta nullius ſint valoris. Et ſi quis ex prædictis condemnationem contra ſe factam , uſque ad xx. dies , a die condemnationis factæ contra eum , non ſolverit , forbanniatur a commune Belluni, & ſint extracti ab omni honore , officio , & beneficio, & omni protectione communis Belluni quouſque ſolverit dictam condemnationem. Pro quibus omnibus manutenendis omnes de Conſilio civitatis Belluni, & omnes aliæ perſonæ per Sacramentum debeant, & teneantur prædicta omnia facere perpetuo firmiter obſervari . Et Rector per Sacramentum teneatur facere jurare prædicta Rectorem ſequentem . Et ſit præciſum . Et ſupradicta omnia locum habeant in perſonis caſtaldionum, villicorum, & capitaneorum cujuſcumque conditionis exiſtant ; & quarumcumque aliarum perſonarum.

Digitized by Google

Quod nulla ſit Poteſtas in aliqua villa, niſi Maricus, aut Saltarius, cum juriſdictione a Statuto conceſſa. Cap. IX.

ITem Statuimus, quod homines alicujus villæ, ſeu univerſitatis, non poſſint, nec debeant concedere alicui magno, vel potenti cujuſcumque conditionis exiſtat, nec alii perſonæ licentiam ponendi in ipſa villa, ſeu loco, ſeu univerſitate Poteſtatem, Caſtaldionem, Maricum, vel alium Rectorem, tam ad poſtulationem alicujus, quam ex ſuo proprio motu; & ſi contrafactum fuerit, condemnetur univerſitas, ſeu villa illa in libris quinquaginta parvorum. Et ille, qui receperit in ſe poteſtatem, ſeu auctoritatem aliquam ex prædictis, in libris vigintiquinque parvorum pro banno condemnetur. Et conceſſio facta per univerſitatem, ſeu villam modo aliquo nullius ſit valoris. Et nulla ratio alicui volenti oſtendere aliquam rationem ſuper conceſſione hujuſmodi in ſe facta, audiatur aliquo modo, vel cauſſa: & ſit præciſum: hoc ſalvo quod quælibet univerſitas, ſeu villa poſſit inter ſe, ſeu regula, & univerſitate congregata facere Maricum, ſeu Saltarium, qui habeat juriſdictionem tantum a Statuto conceſſam.

De prohibentibus ne Jus reddatur. Cap. X.

STatuimus, & ordinamus, quod ſi quis tractaverit publice, vel occulte prohibere, vel impedire D. Rectorem, ſeu Vicarium civitatis Belluni qui pro tempore fuerit, vel nunc eſt in civitate Belluni, vel verbo, vel facto impedire fuerit conatus, ſeu prohibere voluerit, quin D. Rector juſtitiam faciat, & exequatur, & exequi faciat ſecundum formam ſui Sacramenti, ſi fuerit de nobilibus, condemnetur in libris ducentis parvorum, ſi fuerit de populo, condemnetur in libris centum parvorum pro quolibet, & qualibet vice. Et ſi Rector, ſive Vicarius perpenderet per claras præſumptiones, quod aliquis prædicta tractaret, vel facere vellet, poſſit illum, vel illos, qui prædicta facere vellent, mittere extra diſtrictum Belluni ad confinia, & ipſos confinare quocumque, & ubicumque voluerit, ut ſibi utile viſum fuerit pro bono ſtatu, & pacifico civitatis, & diſtrictus Belluni. Et ſi ille cui præceptum fuerit exire extra diſtrictum Belluni ad confinia non iverit, vel receſſerit de confinibus abſque licentia Rectoris, puniatur arbitrio Rectoris, & Conſulum ſecundum conditionem perſonarum, & facti qualitatem. Et intelligatur impedire, ſeu prohibere, qui publice, vel occulte conventiculam fecerit, vel homines provocaverit, publice proclamaverit, vel arma ſuſceperit ad dictam juſtitiam faciendam.

dam impediendam, vel ſi quid aliud fecerit, quod Rectori videretur, quod impediret juſtitiam per Rectorem fieri.

De auferentibus captos de manu familiæ Rectoris, & facientibus ne capti conducantur in fortiam regiminis. Cap. XI.

STatuimus, quod ſi aliquis faceret, vel fieri faceret modo aliquo, vel ingenio quod aliquis captus, ſeu detentus occaſione alicujus delicti, ſeu debiti de fortia D. Rectoris, vel ejus familiæ, ſeu præconum, vel officialium Communis recederet, ſeu fugeret, vel ipſum captum de fortia alicujus prædictorum acciperet, vel prohiberet, ut aliquis non caperetur; ita quod Rector de ipſo malefactore juſtitiam facere non poſſet, ſeu exequi, ſeu creditori non ſatisfaceret; vel ſi quis tractaret publice, vel occulte prædicta fieri: ſi dictus malefactor captus, vel capiendus, ſeu detentus vel detinendus fuerit in caſu perdendi perſonam, vel membrum, vel pœnam pecuniariam ſolvendi, condemnetur ſimili pœna. Si vero talis captus eſſet pro debito ſingularium perſonarum, condemnetur quilibet, qui contra prædicta commiſerit in lib. quinquaginta parvorum: & nihilominus condemnetur ad ſolvendum debitum creditoribus, ad quorum poſtulationem eſſet captus, ſeu detentus, capiendus, vel detinendus. Et ſit præciſum.

De electione Capitaneorum Agurdi, & Zaudi, & eorum Juriſdictione. Cap. XII.

STatuimus, quod Capitanei, qui ſolent eligi in Agurdo, & Zaudo, eligantur, & eligi debeant de civibus civitatis Belluni, & habitatoribus ipſius civitatis Belluni, qui faciant factiones cum ipſa civitate, & ſint ſcripti in libro æſtimi, & collectarum terræ Belluni, & ſint majores annis vigintiquinque. Et quod ipſi Capitanei valeant, & poſſint in illis partibus, in quibus eſſent electi Capitanei juriſdictionem exercere in cogendo homines ad faciendum cuſtodias, & alia onera, quæ ipſis Capitaneis fuerint mandata fieri facere per Rectorem, & commune Belluni, & inobedientes mulctare, & condemnare uſque ad ſummam ſol. xx. parvorum pro ſuo motu & auctoritate: & jus reddere petentibus, & litigantibus in illis partibus uſque ad ſummam librarum decem parvorum: & ultra dictam ſummam jus non poſſint reddere, nec juriſdictionem exercere. Et ſi fecerint acta coram ipſis facta, ſententiæ, & præcepta per ipſos lata nullius ſint momenti, præſcriptione aliqua nullitatis interponendæ non obſtante. Et poſſint cognoſcere de trainis quæ fiunt in illis partibus contra ordines, & Statuta locorum ubi ſunt Capi-

Digitized by Google

Capitanei. Et delinquentes in trainis mulctare, & condemnare ſecundum morem, & conſuetudinem locorum, dummodo condemnatio alicujus trainæ non traſcendat ſummam ſoldorum viginti parvorum: & ultra ſupraſcriptam ſummam in aliquo caſu non poſſint aliquem condemnare, vel mulctare. Et quod condemnationes, & mulctæ per ipſos factæ juridice, & juſte, perveniant in ipſum Capitaneum, & ſuæ ſint pro ejus labore. Et ſi plus aliquem condemnarent, vel mulctarent, vel ab aliquo aliquid acciperent, quam ſupraſcriptum eſt, vel aliter, incidant in pœnam decem librarum parvorum, & pro ſingula vice: & nihilominus quadruplum ejus quod indebite aliquem condemnaverint, vel ab ipſo extorſerint eidem condemnato, vel a quo pecuniam extorſerint, reſtituere, & ſolvere compellantur. Et quod prædicti Capitanei de rixis, & maleficiis, quæ ibi fierent, non poſſint cognoſcere, nec ſe impedire debeant in condemnando, ſub pœna librarum vigintiquinque parvorum, pro qualibet rixa, vel rumore, ſeu delicto, cujuſcumque maneriei ſit rixa, rumor, vel maleficium. Nec etiam de quomodolibet turbata poſſeſſione ſe valeant impedire, ſub dicta pœna: ſed de omnibus prædictis cognoſcatur per Rectorem Belluni. Et quod ſemper dicti Capitanei quando vadunt ad eorum officium, ſive Capitaneatum debeant jurare coram Rectore civitatis Belluni, de bene, & legaliter operando officium ſuum, & non ſe impedire in aliquo, nec juriſdictionem exercere, nec aliquid accipere ultra id, quod ſibi conceſſum eſt ex forma ſupraſcripti Statuti. Et teneatur præſtare Maſſario communis Belluni bonam, & idoneam ſecuritatem de centum ducatis auri ratione ſupraſcripta. Et eorum officium durare debeat per unum annum, & non ultra. In quo anno pro eorum ſalario habere debeant a commune Belluni ſingulo menſe libras decem & octo parvorum, & non plus. Et in fine ſui regiminis, ſeu officii debeant ſtare ad ſyndicatum coram Rectore, & Conſulibus civitatis Belluni, & reddere rationem ſuæ villicationis, & cuicumque de jure, & juſtitia reſpondere ratione, & cauſſa ſuæ villicationis, uſque ad dies quindecim, poſt depoſitum ſuum officium. Et quicumque fuerit Capitaneus in Agurdo, vel Zaudo per unum annum, non poſſit eſſe ultra illum annum Capitaneus in dictis partibus uſque ad tres annos futuros poſt dictum annum per ſe, nec per alium, nec pro alio directe, vel per obliquum, ſub pœna librarum centum parvorum, & reſtitutionis totius ſalarii, quod habuiſſet ratione dicti Capitaneatus, vel officii in triplum communi civitatis Belluni. Et de prædicto cognoſci poſſit uſque ad annos decem, poſtquam contra prædicta venerit. Et ſit præciſum.

De

De pœna offendentium Capitaneos Agurdi, & Zaudi. Cap. XIII.

STatuimus, & ordinamus, quod quilibet homo, & perſona cujuſcumque conditionis, & ſtatus exiſtat, ſive forenſis, ſive terrigena, & diſtrictualis Belluni offenderit, ſeu offendi fecerit in plebatu Agurdi, Zaudi, vel eorum villis, ab agro ſuperius, & hoſpitali Zaudi ſuperius; aut injuriaverit, vel injuriam fecerit dicto, vel facto Capitaneo Agurdi, vel Zaudi, vel alteri ipſorum, condemnetur in quadruplum ejus, quod condemnandus eſſet ex forma aliorum Statutorum, ſi ſimilem injuriam alteri perſonæ intuliſſet, poſitorum in tertio libro de Maleficiis. Quæ pœna augeri, vel minui non poſſit nllo modo per D. Rectorem, Vicarium, vel Conſules prætextu confeſſionis, vel pacis, vel arbitrii eis, vel alteri ipſorum conceſſi ex forma aliquorum Statutorum communis Belluni, Statuto, Lege, Decreto, aut Reformatione in contrarium loquentibus protinus non obſtantibus.

De Modo, & Qualitate reddendi Juſtitiam. Cap. XIV.

STatuimns, & ordinamus, quod ſingulis diebus, niſi fuerit impedimentum Rectori, jus, ſeu ratio omnibus petere volentibus, publice reddi debeat per Rectorem in loco ſolito, niſi dies fuerit feriata, & excepta per Statutum infra ſub titulo de feriis, *cap.* CXIX. *hujus lib.* Et quod Rector die juridica ſedere, vel ſtare debeat pro ratione reddenda publice poſt nonam uſque ad veſperas hora competenti, niſi fuerit impedimentum, vel perſonæ in judicium vocatæ, ante forent expeditæ, dictus Rector, ſeu Vicarius ſedere, ſtare in loco conſueto omni die juridica publice pro ratione reddenda; & ſedere pro tribunali in loco conſueto; & cuilibet petenti jus, & juſtitiam exhibere uſque ad horam prædictam. Ita tamen quod antequam Rector, vel Judex veniat ad bancum rationis, & teneatur, & debeat pulſari facere campanam Communis, more ſolito, ad hoc ut audiant litigatores, officiales, & alii volentes ſibi juſtitiam exhiberi, vel rationi intereſſe. Et quod in prædicto tempore, ſive die, vel hora Tabelliones, qui fuerint deputati ad officium maius, & maleficiorum teneantur eſſe, & ſtare coram prædicto Rectore, ad officium eis commiſſum pro inde exercendum. Hoc addito quod ſi Rector aliqua hora ſedere voluerit, & audire ob aliquam cauſſam pro ratioue reddenda, poſſit, & valeat, & quod geſtum erit proinde valeat, ac ſi foret geſtum hora ſuperius nominata, & etiam ubicumque in Palatio Communis Belluni.

De le-

Digitized by Google

De legitimatione Perſonarum. Cap. XV.

STatuimus, & ordinamus, quod vocato aliquo, vel non vocato ad judicium ſi venerit Judex, ſi putaverit expedire, interroget partes, ſi voluerint aliquid opponere contra perſonas litigare volentes. Et ſi dixerint *quod non*, tunc judex pronunciet perſonas legitimas, & procedat in cauſſa. Si vero partes, vel aliqua earum dixerit *adverſarium, vel perſonam pro eo intervenientem non eſſe legitimam, vel non poſſe eſſe in judicio*, tunc judex ſtatuat terminum trium dierum, vel minus, ſi ei videbitur partibus ad habendum copiam inſtrumentorum facientium ad legitimationem perſonarum, & opponendum quicquid voluerit contra perſonam adverſarii ſui, vel perſonam pro eo intervenientem, ſcilicet procuratoris, ſyndici, actoris, curatoris, tutoris, vel ſimilium perſonarum. Et ſi aliquid fuerit oppoſitum, tunc judex examinet id, quod oppoſitum eſt. Et ſi appareat ei de jure fruſtratorie opponi, rejiciat quod oppoſitum eſt, & pronuntiet perſonas legitimas, & ejus pronuntiationi ſtetur, a qua pronuntiatione appellari non poſſit. Et intelligatur procurator, ſyndicus, curator ad lites legitime conſtitutus, ſolemniter relevatus ab omni ſatisdatione quantum ad actus judiciarios, ut poſſit eſſe iu judicio, eo ipſo quod conſtitutus eſt ad agendum, & defendendum, ſi conſtituentes, & conſtituti habuerint perſonas legitimas, vel procurator legitimus non poſſit renuntiare, nec revocari, niſi ex cauſſis, quibus poſſet poſt litem conteſtatam. Si vero appareret eidem non fruſtratorie opponi, tunc judex jubeat perſonam, vel perſonas, contra quam, vel quas oppoſitum fuerit legitimari infra tempus, quod crediderit commode fieri poſſe, exprimendo in quo debet legitimare perſonam ſuam, & in quo eſt defectus, & jubendo ipſum defectum ſuppleri, & legitimari debere. Quod ſi factum fuerit, poſſit, & debeat judex, ſive Vicarius ſimiliter pronuntiare perſonas legitimas. Si vero non fuerit factum, tunc judex, ſeu Vicarius mittat adverſarium in poſſeſſionem bonorum ejus, qui non legitimaverit perſonam ſuam, ſi fuerit reus, vel ex parte rei, qui eam non legitimaverit uſque ad quantitatem, quam petit, vel quam putaverit convenire. Si vero fuerit actor, vel ex parte actoris, numquam audiatur donec fecerit legitimationem ſuæ perſonæ ſecundum præceptum judicis. Et ſemper ille, ſive actor, ſive reus, qui non legitimaverit perſonam ſuam ſecundum judicis præceptum infra terminum eidem aſſignatum, condemnetur eidem adverſario in expenſis legitimis, quas ſuſtinuerit, ex eo quod ei adverſarius non legitimaverit perſonam ſuam, & non fuerit legitime in judicio, & nihil

Digitized by Google

nihilominus teneatur dare parti adverſæ ſuis expenſis copiam inſtrumentorum productorum facientium ad legitimationem perſonarum. Exceptis tutoribus, & curatoribus, qui non tenentur dare copiam ſuis expenſis.

Quod filiusfamilias nomine alieno poſſit comparere in judicio. Cap. XVI.

STatuimus, quod filiusfamilias nomine alieno, ſi alias ſit idoneus, & habeat mandatum legitimum poſſit eſſe in judicio, nec exigatur conſenſus Patris. Idem ſit, ſi criminaliter accuſat ſuo nomine proſequendo propriam injuriam, vel ſe defenderet a crimine objecto, nec per hoc obligetur Pater, vel ejus bona.

Quod libelli producantur duplicati. Cap. XVII.

STatuimus, & ordinamus, quod pars cum porrigit libellum, vel exceptionem, vel replicationem, vel aliam ſcripturam non authenticam, quam producere voluerit in judicio, de qua facienda ſit copia parti, debeat ipſam habere duplicatam, & unam dare Judici, quæ in actis ſcribi debeat, aliam dare parti præſenti, & petenti ſibi editionem fieri, & auſcultari etiam debeat ſcriptura partis cum illa, quæ datur Judici, ſi pars cui datur voluerit.

De terminis dandis reo porrecto libello ad reſpondendum, & opponendum: & de litis conteſtatione. Cap. XVIII.

STatuimus, & ordinamus, quod porrecto libello reo in cauſſis, in quibus jure ordinario proceditur, Judex ſtatim ſtatuat eidem terminum trium dierum ad deliberandum, & opponendum omnes exceptiones, quæ impediunt litis conteſtationem in forma impediendi proceſſum. Et ſi infra dictum terminum nullas oppoſuerit, tunc lis ipſo jure habeatur pro legitime conteſtata. Si vero aliquas oppoſuerit, tunc ſi utraque pars, vel actor tantum voluerit litem conteſtari, ſalvis exceptionibus tempore ſententiæ ferendæ, tunc lis habeatur pro conteſtata, ut dictum eſt. Et tempore ſententiæ omnes exceptiones per eum propoſitæ eidem, ſalvæ ſint; & audiatur ſuper omnibus exceptionibus per eum propoſitis: & in omnibus ſupradictis caſibus, in quibus dictum eſt fieri litis-conteſtationem, ſalvis exceptionibus tempore ſententiæ, tam actor, quam reus in dictis exceptionibus, & ſuper ipſis audiatur tempore ſententiæ, ac ſi non eſſet facta litis conteſtatio. Si vero utraque pars voluerit prius quam lis conteſtetur examinari exceptionees oppoſitas, vel actor tantum, tunc

Judex,

Judex, ſive Rector eas decidat, declarando utrum exceptiones obſtent, vel non; & quæ earum obſtent, pœna librarum trium parti inſtanti applicanda infra tertiam diem, vel quintam abſque conſilio Sapientis. Et ſi deciſæ non fuerint, tunc habeatur ipſo jure lis legitime conteſtata. Et intelligantur reſervatæ tempore diffinitivæ ſententiæ, ut ſupra dictum eſt. Et a pronuntiatione facta ſuper dictis exceptionibus appellari non poſſit.

De juramento calumniæ, & de terminis dilationum.
Cap. XIX.

Lite autem conteſtata, vel habita pro conteſtata juretur de calumnia, ſi per partes, vel aliquam earum petitum fuerit in quacumque parte judicii: & Judex præcipiat, & terminum ſtatuat ſpecialiter, quod juretur de calumnia quando jurari petitur de calumnia, aliter non intelligatur pars contumax in non jurando. Lite conteſtata, vel habita pro conteſtata, partes eo ipſo terminum habeant quindecim dierum pro prima dilatione ad probandum quicquid probare volverint. Quo termino elapſo, ſi aliqua pars volverit ulterius probare, & hoc Judici petierit parte præſente, vel citata ad hoc ante exitum dilationis, & juraverit ſe non petere animo calumniandi, vel dilatandi, tunc eo ipſo terminum habeat decem dierum pro ſecunda dilatione, prima elapſa. Idem fiat ſi partes, vel aliqua earum tertiam dilationem volverit, ut & tunc ſi ante lapſum ſecundæ petita fuerit, & juratum, ut ſupra dictum eſt, eo ipſo terminum habeat quinque dierum, dicta ſecunda elapſa. Quibus elapſis partes infra octo dies, & non plures deponere faciant teſtes ſuos: quo termino tranſacto, proceſſus ipſo jure ſit publicatus, & pro publicato habeatur; & ulterius non poſſit fieri probatio per teſtes, nec etiam teſtium depoſitio in principali quæſtione. Nec ad reprobationem per indirectum teſtium, vel inſtrumentorum, niſi negotium de quo eſt quæſtio, tale foret quod reciperet retractationem: quo caſu, etiam publicato proceſſu, poſſit interrogari teſtis, utrum ſemel, an pluries factum fuerit. Et partes dictis octo diebus elapſis, eo ipſo terminum habeant quinque dierum ad habendam copiam proceſſus, & opponendum. Quo elapſo, ſi partes, vel aliqua earum oppoſuerit in termino prædicto aliquid in facto contra proceſſus, vel perſonas teſtium, aut dicta ipſorum, & dicat opponens ſe velle de prædictis aliquid probare contra proceſſus, vel dicta, vel perſonas teſtium, ac producta per partes; Tunc Judex ad id probandum, & probatum habendum ſtatim ſtatuat terminum partibus, vel alteri earum arbitrio ſuo: ita tamen quod, ut dictum eſt, ad reprobationem dictorum, ſeu depoſitorum per teſtes, & inſtrumentorum non admittantur pro-

bationes teſtium, niſi per indirectum, & ipſa dilatio danda non excedat decem dies.

De productione inſtrumentorum. Cap. XX.

STatuimus inſuper, & ordinamus, quod actor in prima dilatione data ad probandum, ut dictum eſt, producere debeat omnia inſtrumenta facientia ad probandum intentionem ſuam; & reus poſt dictam dilationem habeat terminum quindecim dierum ad producendum omnia inſtrumenta facientia ad ſui reparationem, & defenſionem. Et ſi actor contra inſtrumenta producta per reum voluerit aliqua inſtrumenta producere ad eorum defenſionem, ea producat infra quinque dies poſt dictam productionem. Et eodem modo reus poſt dictos quinque dies producat, ſi producere voluerit omnia inſtrumenta ad ultima producturum per actoris eliſionem, & ſui defenſionem contra ultimo producta per actorem infra alios quinque dies. Et ſi in prædictis dilationibus tam actori, quam reo datis, ut dictum eſt, per actorem, vel per reum, inſtrumenta producta non fuerint, ulterius per non producentem produci non valeant. Et ſi poſt dilationes inſtrumenta producta fuerint, ipſa productio non valeat, nec teneat ipſo jure.

De concluſione in cauſſa. Cap. XXI.

INſuper Statuimus, quod omnibus prædictis dilationibus elapſis ipſo jure intelligatur concluſum in cauſſa, ita quod ulterius non audiantur partes, niſi ad allegationem juris, & aſſumptionem Sapientis, & ad articulandum.

De diffinitione cauſſarum, & de commiſſionibus earum. Cap. XXII.

STatuimus, & ordinamus quod ſi ambæ partes volverint cauſſam per Rectorem ſeu Vicarium debere diffiniri, tunc ipſe Judex, ſeu Vicarius ipſam cauſſam diffiniat per ſe ſine conſilio Sapientis. Si vero partes, vel altera earum volverit cauſſam committi; tunc Judex committat cauſſam juriperito partibus non ſuſpecto, & de confidentibus partium, vel alterius partis, in caſu in quo ambæ partes ad hunc actum fuerint perſonaliter citatæ, vel bis ad domum, vel per judicem admonitæ, vel ipſarum partium procuratores. Et quod Judex, ſeu Vicarius, & Rector teneatur ſub vinculo ſacramenti, confidentes per partes datos in actis notarii de medio quæſtionis, coram eo vertentis, ſtatim quum dantur per partes in ipſorum præſentia ſeriatim ſcribi

ſcribi facere. Et commiſſio quæſtionis per ipſum aliter facta, quam ſupradictum eſt; & omne ſecutum ex ea, vel ob id, ſit ipſo jure nulla, & nullum: Statuto aliquo in contrarium loquente protinus non obſtante.

Quod Judex teneatur diffinire cauſſas infra ſex menſes. Cap. XXIII.

STatuimus etiam quod teneatur Rector, ſeu Vicarius vinculo ſacramenti per eum præſtiti in principio ſui officii, & Succeſſoris ejus, continuato tempore prioris judicii infra ſex menſes computandos a conteſtatione litis quæſtionem omnino diffinire, & terminare per ſe, ut dictum eſt, ſi partes conſenſerint, vel de conſilio Sapientum non ſuſpectorum, ſi partes, vel aliqua earum voluerit Sapientes aſſumi.

De modo committendi, & diffiniendi cauſſas a ſumma librarum quinquaginta citra. Cap. XXIV.

STatuimus, & ordinamus, ut litigantium expenſis parcatur, quod omnes quæſtiones civiles tam ordinariæ, quam extraordinariæ, quæ de cætero agitabuntur coram D. Rectore, vel Vicario aſcendentes ſummam librarum quinquaginta parvorum, vel ab inde infra, diffiniri, & terminari debeant per dictum D. Rectorem, ſive Vicarium, qui pro tempore fuerit, niſi partes litigantes, vel ipſarum altera vellet, ſeu peteret dictas quæſtiones conſilio Sapientum committi, quo caſu committi debeat per dictum D. Rectorem, ſeu Vicarium alicui ex civibus civitatis Belluni juriſperito, partibus non ſuſpecto; ita quod nullo modo poſſint alicui alteri perſonæ, neque aliter, quæſtiones prædictæ committi, ſub pœna dicto D. Rectori, ſeu Vicario ſacramenti, & parti quæ petierit alteri committi, quam ſupradictum eſt, lib. decem parvorum: & nihilominus quicquid pronuntiatum fuerit per dictum D. Rectorem, ſeu Vicarium de conſilio Sapientis aliter aſſumpti, quam ſupra dictum eſt, ipſo jure ſit nullum, & nullius efficaciæ, vel momenti. Et quod dictum eſt de civibus civitatis Belluni, intelligatur de facientibus reſidentiam in civitate Belluni, aut præſentibus tunc tempore commiſſionis fiendæ; ita quod extra diſtrictum civitatis Belluni non poſſint quæſtiones prædictæ committi: hoc ſalvo, quod ſi omnes juriſperiti civitatis Belluni darentur pro ſuſpectis; tunc per ipſum D. Rectorem, ſeu Vicarium, ſine alterius conſilio dicta quæſtio terminetur.

K 2 *Qua-*

Qualiter debeat eligi Conſultor. *Cap. XXV.*

ITem Statuimus, quod ſi partes concordarent in aliquo Sapiente, ille aſſumatur ad conſulendum in dicta quæſtione; & D. Rector, ſeu Vicarius non poſſit dare aliquem Judicem ad conſulendum ſuper aliqua diffinitiva de ſuſpectis per ambas partes datis: intelligendo ſuſpectos omnes, qui dati non fuerint confidentes per partes.

De peremptione inſtantiæ. *Cap. XXVI.*

INſuper etiam Statuimus, quod tranſactis dictis ſex menſibus, ſupra in Statuto incipiemtem, *Statuimus etiam quod teneatur Rector &c. cap.* XXIII. *hujus libri;* abſque aliqua declaratione, ſeu ſententia ipſo jure ſit, & eſſe intelligatur perempta inſtantia cauſſæ, nec vitium litigioſi duret dictis ſex menſibus elapſis. Acta tamen ad deciſionem cauſſæ facta in alia inſtantia, vel judicio inter eaſdem perſonas, vel ab eis cauſſam habentes fidem faciant. Et nihilominus ſi Vicarius negligens fuerit partibus inſtantibus, vel aliqua earum inſtante, teneatur eiſdem ad intereſſe, & condemnetur in libris vigintiquinque parvorum, niſi negligentia Præceſſoris, vel Conſultoris Succeſſorem excuſaret; quo caſu non Succeſſor, ſed Præceſſor ad prædicta teneatur. Et non pereat inſtantia cauſſæ, ſi de medio tempore fuerit initum compromiſſum, vel ſi inhibitio facta fuerit per Judicem Eccleſiaſticum: quod & tunc ultra tempus quo dictum eſt perire inſtantiam, Rector, ſeu Vicarius habeat tantum tempus ad deciſionem quæſtionis, quantum fuit tempus compromiſſi, vel inhibitionis; ita tamen quod tempus inhibitionis durare non debeat ultra xx. dies juridicos: tempus vero compromiſſi uſque ad duos menſes.

Quod opponens exceptionem falſitatis habeat terminum decem dierum ad probandum. *Cap. XXVII.*

ITem Statuimus, quod ſi proponens exceptionem falſitatis, vel accuſationem de falſo, lite civili durante, propter quod contingat cauſſam civilem differri, non probaverit falſitatem legitime, vel ſaltem per evidentes præſumptiones, & violentas, vel indicia, per quæ veriſimiliter ſit juſte motus ad excipiendum, vel ad accuſandum de falſo, in determinatione Rectoris, condemnetur excipiens in libris viginti quinque parvorum; & accuſans in libris quinquaginta parvorum: quarum medietas ſit communis Belluni, & alia partis.

partis. Et teneatur opponens exceptionem falſitatis probare, & probatum habere, ut dictum eſt, infra decem dies a tempore productæ exceptionis. Et Rector ſeu Vicarius dictam quæſtionem exceptionis oppoſitæ diffinire, & terminare infra unum menſem a die exceptionis oppoſitæ computandum teneatur; accuſans vero infra unum menſem a die productæ accuſæ, ſub pœnis prædictis, probarè teneatur. Et Rector, ſeu Vicarius accuſationem falſitatis infra duos menſes a die porrectæ accuſæ finire teneatur, in pœna librarum vigintiquinque parvorum. Et quod durantibus dictis dilationibus unius menſis in exceptione, & duorum menſium in accuſatione, non currat tempus inſtantiæ, ſive procedatur ſummarie, ſive jure ordinario: ſed elapſis ipſis currat tempus prædictum, & procedatur in cauſſa, non obſtante exceptione, vel accuſatione prædicta.

Quod terminus in die feriata differatur ad diem ſequentem non feriatam. Cap. XXVIII.

STatuimus, quod ſi dies alicujus termini, vel præcepti circa prædictum ordinem judiciarium incideret in diem feriatam, ſequens non feriata habeatur pro termino. Et ſi ultima dies ſex menſium fuerit ferieta; intelligendo diem feriatam etiam ſi de mandato Rectoris, ſeu Vicarii, vel ejus viceſgerentis termini fuerint proclamati; ſequenti die non feriata poſſit cauſſa decidi, lapſu ſex menſium non obſtante. Non computatis feriis in dictis dilationibus, ſi totum tempus, vel major pars fuerit feriata: exceptis dilationibus ſex menſium inſtantiæ cauſſæ.

Quod perempta inſtantia, qualiter duret officium Judicis. Cap. XXIX.

ET inſuper Statuimus, quod perempta inſtantia prædicta, duret officium Judicis ipſius cauſſæ quo ad condemnationem, vel abſolutionem expenſarum factarum in cauſſa; quam condennationem vel abſolutionem prout Judici videbitur, & taxationem, facere poſſit, & debeat uſque ad unum menſem poſt dictam inſtantiam peremptam, & non ultra. Et ſi cauſſam de novo aliquo tempore dictus actor inchoare voluerit, non audiatur dictus actor, niſi primo reſarcitis expenſis factis dicto reo, lapſu dicti menſis non obſtante.

De

De pœna proponentium fruſtratoriam exceptionem. Cap. XXX.

STatuentes inſuper. Decernimus, quod ſiquis in civili, vel criminali cauſſa propoſuerit evidenter aliquam fruſtratoriam exceptionem, vel defenſionem, quæ patenter apparuerit fruſtratoria; præſumendo eſſe etiam fruſtratoriam, quam opponens infra terminum a Judice ſtatuendum non probaverit, ſi ei onus probandi incumbit, vel ſi aliter appareat eſſe malitioſe oppoſitum in arbitrio Vicarii; Vicarius condemnet opponentem ſine alio proceſſu in ſol. xx. parvorum, vel plus uſque ad ſol. quadraginta parvorum, vel ſexaginta ſecundum qualitatem perſonarum vel negotii. Et compellat omninò condemnatum ſolvere. Et habeat hoc locum maxime in exceptionibus quæ opponuntur alicui, qui non ſit civis, qui non ſuſtineat onera, & factiones, vel non ſolvat collectas, & munera; vel qui eſt filiusfamilias, vel qui eſt minor, vel qui non eſt habitator, vel qui eſt forbannitus, vel excommunicatus, vel qui non eſt tabellio, & ſimilibus; & in omnibus aliis malitioſe, vel fruſtratorie, vel per calumniam oppoſitis. Et ſi pars, quæ oppoſuerit exceptionem fruſtratoriam condemnata foret, vel erit pro prædictis exceptionibus fruſtratoriis, & omnino non ſolverit infra tertiam diem a die condemnationis id in quo fuerit condemnata, non audiatur in jure. Et quicquid factum fuerit poſt dictam condemnationem non valeat, nec teneat in ejus favorem uſque ad ſolutionem quam fecerit: & nihilominus compellatur remediis Prætoris ad ſolvendam dictam condemnationem. Et in tantumdem condemnetur Procurator, qui prædicta oppoſuerit: & Vicarius, qui requiſitus non condemnaverit, condemnetur in libris tribus parvorum; medietas cujus applicetur parti, & alia medietas communi Belluni. Et teneatur Vicarius infra tertiam diem poſt condemnationem factam conſignari facere prædictas condemnationes Maſſario in pœna librarum trium pro qualibet vice.

Quod cauſſæ ſummariæ, & cauſſæ quibus alia forma ad procedendum data eſt, non ſubjaceant ordini judiciario. Cap. XXXI.

STatuimus quoque quod omnia, & ſingula contenta ſupra in Statuto, quod incipit *Statuimus, & ordinamus, quod porrecto libello &c. cap.* XVIII. *bujus libri*: & ab inde infra, locum non habeant in caſu, quo proceditur vigore inſtrumenti, vel præſæ, quo caſu procedatur ſecundum formam Statutorum loquentium de hoc; nec habeant etiam locum in caſibus, ubi ſummarie proceditur: quibus

Digitized by Google

ibus caſibus Vicarius procedat ejus arbitrio, minuendo terminos ejus arbitrio. Nec etiam in cauſſis, in quibus ſummarie procedendo, vel aliter data foret aliqua forma ad procedendum per formam alicujus Statuti communis Belluni, in quibus cauſſis procedatur ſecundum formam eis datam per dicta Statuta: ſalvo eo, quid dicitur ſupra in Statuto, quid incipit, *Item Statuimus, quod ſi proponens &c.* c. XXVII. *hujus libri*: dummodo in caſibus, & cauſſis prædictis non duret inſtantia ultra quatuor menſes. Quibus quatuor menſibus elapſis, ipſo jure intelligatur, & ſit perempta inſtantia abſque aliqua pronuntiatione, vel declaratione per Judicem ſuper hoc facienda: duret tamen officium judicis quo ad condemnationem, vel abſolutionem expenſarum uſque ad unum menſem poſt peremptam inſtantiam, & non ultra. Verumtamen ſi actor cauſſam de novo aliquo tempore inchoare voluerit non audiatur dictus actor, niſi prius reſarcitis expenſis reo per ipſum reum factis, lapſu dicti menſis non obſtante. Acta tamen ad deciſionem cauſſæ facta in alia inſtantia, vel judicio inter eaſdem perſonas, vel ab eis cauſſam habente fidem faciant: non obſtantibus ſimiliter feriis, ut ſupra dictum eſt. Et eodem etiam modo procedatur quo dictum eſt, ſi dies termini alicujus fuerit feriatus. Et eo etiam ſalvo, quod ſi in dictis cauſſis medio tempore fieret compromiſſum, aut etiam inhibitio, aut Judex allegaretur incompetens, vel ſuſpectus; aut exceptio, vel accuſatio falſi foret oppoſita; vel propoſitum, ut dictum eſt; tempus durante compromiſſo inhibitionis, ſuſpitionis, & incompetentiæ, & falſitatis de medio tempore inſtantiæ litis ſit ſublatum, & tanto tempore plus duret inſtantia prædicta.

Qualiter procedatur in cauſſis appellationum, nullitatum, & reſtitutionum in integrum. Cap. XXXII.

STatuimus inſuper, quod in cauſſis appellationum, nullitatum, & reſtitutionum in integrum procedatur ſecundum formam Statuti poſiti ſub rubrica *de cauſſis appellationum infra h. lib. ad titulum de Appellationibus*. Ita tamen quod ſolæ cauſſæ ſupraſcriptæ, videlicet, inhibitionis, compromiſſi, ſuſpicionis, incompetentiæ, exceptionis, & accuſationis de falſo impediant curſum temporis inſtantiæ cauſſæ appellationis per tantum tempus, quantum durabunt, ut dictum eſt.

Quod Procuratores, & Advocati jurent juſtam cauſſam fovere. Cap. XXXIII.

STatuimus, quod facta litis conteſtatione, vel alio actu, qui de jure, vel ex forma Statutorum Communis Belluni vim litis conteſtatæ obtineat, ſi per Vicarium, vel per aliquam partium requiſitum fuerit ab Advocato, vel Advocatis partium, vel alicujus partis, vel a comparente, vel alio quolibet alieno nomine interveniente, Sacramentum ipſius Advocati, & Procuratoris, & alieno nomine intervenientis, a quibus requiſitum fuerit Sacramentum prædictum præſtare teneantur, & debeant hac forma, videlicet: *quod putant, & credunt revera partem ſuam juſtam fovere cauſſam; nec cauſſam clientuli ſui fore mendacibus allegationibus compoſitam; & quod nulla mala conſcientia liti patrocinatur; & quod ſi in proceſſu cauſſæ ſibi apparuerit aliquid propter quod cognoſcat partem ſuam iniquam, ſive injuſtam fovere cauſſam, a dicta lite penitus recedent, & eam dimittent, nec ulterius in ea palam, vel occulte præſtabunt conſilium, vel auxilium.* Et ille qui jurare recuſaverit, ſicut Advocatus, & Procurator, vel alio nomine interveniens, ulterius non audiatur, pœna Judici, qui eum admiſerit lib. decem parvorum pro qualibet vice; & ipſi recuſanti jurare lib. x. pro qualibet vice, qua palam, vel occulte patrocinatus fuerit; & lib. x. parti palam, vel occulte patrocinium ſuum requirenti, vel eo utenti pro qualibet vice. Et quilibet poſſit accuſare, vel denuntiare qui ſit bonæ famæ, & opinionis, & habeat medietatem banni. Et intelligatur ſecundum modum prædictum, præſtitum prædictum juramentum, ſi in actis Notarii contineatur juramentum eſſe ſecundum formam Statuti.

De mercede Advocatorum & Procuratorum. Cap. XXXIV.

STatuimus, quod quilibet Advocatus juriſperitus pro qualibet cauſſa qua fuerit Advocatus habere non poſſit pro ſuo ſalario, ſi cauſſa fuerit librarum quinquaginta, vel ab inde ſupra uſque ad ducentas libras, vel rei, ſeu juris valoris prædicti, niſi denarios ſexdecim pro libra, & non ultra: ab inde vero ſupra, denarios octo pro libra, & non ultra, quantæcumque ſummæ, vel valoris rei fuerit cauſſa. Intelligendo ſemper pro primis ducentis libris habere debeat denarios ſexdecim pro libra: ab inde vero ſupra, den. octo pro libra. Ita tamen quod quantæcumque ſummæ, vel rei ſit cauſſa ſalarium ipſius Advocati excedere non poſſit decem ducatos auri. Procurator vero habere non poſſit niſi medietatem ejus, quod habe-

habere debet Advocatus. A quinquaginta libris infra relinquatur ſalarium procuratoris, & advocati arbitrio D. Rectoris, vel Vicarii. Et eodem modo eorum arbitrio relinquatur ſalarium cauſſarum, quæ non recipiunt æſtimationem. Et quod in aliqua cauſſa non poſſit peti ſalarium, niſi pro uno advocato, & uno procuratore per partem vincentem a parte victa. Hoc ſalvo quod una, & eadem perſona tamquam advocatus, & procurator in una, & eadem cauſſa non poſſit recipere pro advocato, & procuratore. Salvo etiam quod in quæſtionibus, in quibus procedetur ſummarie, vel in cauſſis ordinariis, in quibus non fertur ſententia diffinitiva, advocatus, & procurator poſſint percipere ſalarium arbitrio Rectoris, ſeu Vicarii, dummodo non excedat ſummam prædictam.

De jure expedito Mercatoribus, & Forenſibus faciendo. Cap. XXXV.

CONſiderantes homines civitatis Belluni, & civitatem ipſam aptos, & intentos fore mercantiis, ipſoſque cum mercatoribus forenſibus vivere oportere pro evidenti utilitate civitatis ipſius, & hominum prædictorum: & ad hoc ut mercatores, & forenſes cum ſuis mercimoniis, & rebus ad civitatem prædictam commodius, & libentius venire valeant; & per ipſam civitatem, & ejus diſtrictum valeant pertranſire pro eorum expeditione.

De Eodem. Cap. XXXVI.

STatuimus, quod Mercatoribus, & Forenſibus ad ipſam civitatem venientibus, aut per civitatem ipſam, & diſtrictum tranſeuntibus, per D. Rectorem, & Vicarium jus, & ratio reddatur, & fiat ſummarie, breviter, & de plano ſine ſtrepitu, & figura judicii per tenutæ acceptionem, pignorum captionem, interdicti, ſequeſtrationis, & intromiſſionis commiſſionem, perſonæ detentionem, & per quæcumque alia Prætoris remedia, ſola, pura, & mera veritate attenta: & omni jure, & Statutorum communis Belluni ſolemnitate omiſſa, & prout, & ſicut D. Rectori, & Vicario melius viſum fuerit fieri debere. Et illud idem, quod ſupradictum eſt, in omnibus, & per omnia obſervetur, & fiat civi, & diſtrictuali Belluni contra Forenſes de mercantiis, ſive contractibus factis occaſione mercationum habitarum, & factarum in civitate, & diſtrictu Belluni.

Digitized by Google

HÆC SUNT STATUTA DE ORDINE JUDICIORUM.

De prærogatione inſtantiæ. Cap. XXXVII.

STatuimus, & ordinamus, quod inſtantia cujuslibet quæſtionis ordinarie, vel extraordinarie ventillatæ, vel quæ de cætero ventillabitur coram D. Poteſtate, & Capitaneo, aut Vicario civitatis Belluni, in principali, ſeu appellatione, vel nullitate, vel in integrum reſtitutionis, ſeu reductionis ad arbitrium boni viri, duret, & durare debeat ultra tempus inſtantiæ per aliquod Statutum communis Belluni limitatum per tantum tempus, per quantum termini, ſeu terminus quæſtionum, ſive ipſius quæſtionis fuerint prorogati per proclamationem factam de mandato ipſius Poteſtatis, & Capitanei, ſeu Vicarii, coram quo, vel quibus penderet judicium ipſum. De qua proclamatione ſic facta, & commiſſione facta de ipſa proclamatione per dictum D. Poteſtatem, & Capitaneum, aut Vicarium credatur relationi præconis ſcriptæ per Notarium publicum; ita quod ipſum tempus proclamationis, ſuſpenſionis terminorum, ſeu termini, tollatur de medio inſtantiæ ipſius quæſtionis; & tanto plus duret inſtantia ipſa. Non obſtantibus aliquibus Statuto, Lege, vel proviſione in contrarium loquentibus, ſeu diſponentibus. Et ſit præciſum.

De Citationibus fiendis. Cap. XXXVIII.

STatuimus, quod quilibet civis, vel forenſis, volens in Judicio aliquem vocari facere per præconem, ſeu nuntium communis Belluni, vel per litteras Rectoris, ſeu ſigillo ſigillatas, & ſcriptas per officiales officii majoris in cauſſis civilibus, vel per Notarium maleficiorum in cauſſis criminalibus, quem, vel quam voluerit citare, vel citari facere ad ſibi de jure reſpondendum petenti ad diem juridicam nominatam per vocantem in jus; ita tamen quod dies vocationis, & juris non excedat quintam diem; ita quod dies citationis in die quinta computetur; feriis tamen non computatis, & proclamationibus terminorum, & impedimentis Rectoris. Et ille, vel illa intelligatur citatus, vel citata, de cujus citatione per relationem præconum, vel relationem litterarum in actis, vel libris officialium ſupraſcriptorum conſtiterit per ſcripturam; & aliter facta citatio ſupraſcripta nullius ſit valoris. De qua relatione litteræ præſentatæ credatur præſentanti cum Sacramento, & valeant dictæ citationes factæ per præconem, etiam ſine Judicis, vel Rectoris commiſ-

Digitized by Google

miſſione. Valeant etiam citationes, vel relationes factæ per præcones Agurdi, & Zaudi ſcriptæ per Notarios Agurdi, & Zaudi.

Quod citatus abſolvatur per menſem, ſi citans non comparuerit. Cap. XXXIX.

ITem Statuimus ad omnem malitiam convincendam, quod ſi aliquis citatus fuerit per præconem, vel per litteras, ut ſupra, ad rationem faciendam, nec facta fuerit relatio de citatione, ita quod citatus compareat, nec compareat ille ad cujus poſtulationem citatus eſt, & de citatione per Sacramentum citati conſtet, ſive appareat de relatione citationis: tunc talis citatus, præſtito Sacramento, quod citatus fuerit, abſolvatur per triginta dies continuos ad obſervatione judicii. Et nihilominus ille ad cujus petitionem citatus fuerit condemnetur in ſol. decem parvorum dandis, & ſolvendis ei, qui citatus eſt illico ſine mora, ſive citatus fuerit de villis, ſive de civitate: & etiam in ſol. decem parvorum ponendis illico in zocheto.

Qualiter proceditur contra perſonam citatam. Cap. XL.

STatuimus, quod ſi quis, vel ſi qua citatus, vel citata fuerit perſonaliter ad rationem faciendam alicui perſonæ, vel communi, ſeu univerſitati per præconem, ſeu nuntium juratum Communis, vel per litteras coram Rectore communis Belluni, ſeu Vicario, certo die, & non venerit dicto die, hora rationis reddendæ, ſedente Judice pro ratione reddenda, tunc clamari debeat per præconem ſtantem penes Rectorem, ſeu Vicarium ſuper banchum rationis, ubi redditur jus alta voce præconia ter ad minus, ***quod talis citatus compareat de jure reſponſurus tali perſonæ, quæ aſſerit ſuum eſſe creditorem, vel quæ vult de ipſo facere querimoniam***: & ſi adhuc non comparuerit per ſe, nec per legitimum procuratorem, tunc per D. Rectorem, vel Judicem jura reddentem pronuntietur contra talem citatum non comparentem. Si actor ſe præſentaverit, quod talis actor, ſeu creditor ponatur in tenutam, & poſſeſſionem bonorum, & rerum talis citati non comparentis, primo de mobilibus, ſecundo de immobilibus, tertio de nominibus, & actionibus per menſuram debiti declarati per Sacramentum talis creditoris, vel actoris, agentis ſuo nomine, vel alterius nomine, legitime comparentis, jurantis in animam, cujus nomine petit, vel agit; ex vigore cujus pronuntiationis, vel interlocutoriæ poſſit pignorari, intromitti, & ſequeſtrari de bonis talis citati non comparentis ad petitionem dicti talis creditoris, ſeu actoris. Qui actor, ſeu creditor

Digitized by Google

debeat, & teneatur facta, & lata dicta pronuntiatione infra quindecim dies, a die latæ dictæ pronuntiationis mittere per præconem ad accipiendum tenutam, vel pignus, ſeu ad faciendum ſequeſtrationem de bonis talis contumacis, juxta menſuram debiti contenti in pronuntiatione, & pro expenſis legitimis; quod ſi non fecerit, tunc dicta pronuntiatio nullius ſit valoris. Si autem præco iverit infra ſpatium quindecim dierum, ut dictum eſt, ad faciendum prædicta, vel ſaltem unum ex prædictis, quod tunc dictus præco debeat, & teneatur denuntiare, & præcipere tali contumaci, ſi reperiri poteſt perſonaliter, vel ſaltem ad ejus domum relationi præconis ex parte Rectoris, ſeu Vicarii ad petitionem creditoris, ſeu actoris, quod ipſe contumax compareat infra quindecim dies, numerandos a die admonitionis ſibi factæ pro exigendo tenutam, vel intromiſſionem, vel ſequeſtrationem ad recuperandum talem tenutam, ſive pignus, ſive ſequeſtrationem, ſive intromiſſionem, ſi voluerit recuperare. Et ſi talis contumax poſt denuntiationem ſibi factam, vel ad domum ejuſdem factam, videlicet, ſuæ familiæ, comparuerit ad recuperandum, audiatur præſente ſuo adverſario, vel citato perſonaliter, vel ad domum, dummodo prius ſolvat expenſas creditori, ſeu actori factas per ipſum; quas per Sacramentum aſſeruerit feciſſe: dummodo non excedant ſol. xx. parvorum, tamen taxatione Judicis præcedente, ſi fecerit idoneam ſecuritatem, & ſatiſdationem de parendo juri, & judicato ſolvendo. Et ſolverit pro ſua contumacia communi Belluni ſol. viginti, ſi quæſtio fuerit a vigintiquinque libris ſupra; & ſi fuerit a vigintiquinque libris infra, ſol. decem parvorum communi Belluni ſolvendo. Et a decem libris infra ſolvat communi Belluni ſoldos quinque. Ita tamen quod ſi dicat reus *ſe nolle, vel non poſſe præſtare ſatiſdationem*, tunc remaneat tenuta, pignus, ſequeſtrum, vel intromiſſio in eodem ſtatu; & procedatur ad merita cauſſæ reo parato ſe defendere. Si autem infra ſpatium quindecim dierum non comparuerit ad recuperandum tenutam, vel pignus, vel intromiſſionem, vel ſequeſtrationem factam de ſuis bonis, vel comparuerit, & poſtea ſe non defendat, & non procedat ad merita cauſſæ ad ſui defenſionem arbitrio Judicis; tunc ab inde in antea fiat executio tenutæ, vel pignoris, vel ſequeſtrationis, ſeu intromiſſionis per ſubhaſtationem, & venditionem, quemadmodum fit de præſis, & ſententiis, liquidato debito per Sacramentum actoris deciſum, vel per teſtes, aut per inſtrumentum. Quam tenutam adhuc poſſit recuperare uſque ad venditionem pignoris, vel tenutæ, vel rei ſequeſtratæ, ſolutis primo expenſis, & ſatiſdatione præſtita, ut dictum eſt. Et in hoc caſu ultimæ recuperationis ſolvat Communi ſol. quadraginta parvorum ſi quæſtio fuerit a libris vigintiquinque ſupra; ſi vero fuerit a libris

xxv.

Digitized by Google

xxv. infra, ſolvat ſol. viginti parvorum: cujus medietas ſit creditoris, & alia Communis. Si autem venditio, & ſubhaſtatio fuerit ſecuta ſecundum formam Statutorum, tunc non audiatur modo aliquo; ſed res accepta pro pignore, vel ſequeſtrata, vel accepta pro tenuta tali modo, venditio poſſit exigi ab emptore, vel accipiente inſolutum uſque ad terminum ſtatutum, quemadmodum fit de pignoribus venditis pro præſis. Et prædictum Statutum vendicet ſibi locum inter præſentes, & in perſonalibus actionibus. Et *præſentes* intelligantur qui ſunt in civitate Belluni vel diſtrictu, ſive per ſe habitent, ſive cum aliis.

De illis de Agurdo, Zaudo, & de Plebe Javatii. Cap. XLI.

ITem Statuimus, quod omnes de Agurdo, & Zaudo, & de plebe Javatii poſſint venire coram Judice, vel Rectore cum citati fuerint ad reſpondendum de jure cuicumque ad cujus petitionem fuerint citati, ſupraſcripto Statuto non obſtante. Et audiantur per totam diem poſt redditum rationis, citato eo, ad cujus petitionem fuerint citati perſonaliter, vel ad domum, ſi fuerit de civitate, vel burgis: ſi vero fuerit de montibus, vel villis de plano, aut forenſis, citetur in foro civitatis Belluni per publicam proclamationem.

De Citatis ad domum. Cap. XLII.

STatuimus, quod ſi quis, vel ſi qua fuerit citatus non perſonaliter, ſed ad domum per ipſum, vel ipſam habitatam, modo & forma ſuperius annotatis, quod tunc ſi non venerit pro prima citatione, nulla detur tenuta actori, vel creditori; ſed iterum uno alio die juridico, ſeu utile citetur ad rationem faciendam, tali hora rationis pro ſecunda citatione; quod ſi non venerit, & contumax fuerit, & tunc nulla detur tenuta: & iterum pro tertia citatione citetur: quod ſi in hac tertia citatione non venerit de juſtitia reſponſurus, condemnetur in ſol. decem parvorum, ſi quæſtio fuerit minoris valoris librarum decem parvorum uſque ad quinque: & ſi fuerit minoris librarum quinque, condemnetur in ſol. quinque parvorum: & ſi fuerit majoris ſummæ librarum decem parvorum; quod tunc condemnetur in ſol. xx. parvorum, cujus banni medietas ſit Communis, & alia actoris, ſeu creditoris. Et in iſta tali citatione tertia contra talem contumacem ſervetur modus, & forma, quæ ſervatur contra perſonaliter citatum, non comparentem ſupra in præcedenti Statuto *cap.* IV. *hujus libri*; ita quod iſta tertia habeatur ac ſi præſens, & perſonaliter foret citatus. Et iſtis duobus Statutis *de citationibus fiendis perſonaliter, vel ad domum*, ipſa Statuta ven-

ta vendicent ſibi locum in perſonalibus actionibus : hoc ſalvo, quod ſi tales citati eſſent abſentes cauſſa Illuſtriſſimæ Dominationis, vel de præcepto D. Rectoris, vel Vicarii, vel ejus qui pro Dominatione noſtra eſt hic, vel cauſſa Communis; tunc contra tales Statuta prædicta acquieſcant, nec currat tempus donec fuerint abſentes: hoc ſalvo, quod ſi ſtarent ad confinia, quod tunc currat tempus, ſi non dimitterent procuratorem ſuum. Et ſi talis citatus in tertia citatione venerit, ſimili modo ſervetur forma & modus appoſiti, ut in primo Statuto *de perſonaliter citato ſupra cap.* IV. *hujus libri*, continetur dummodo ſolvat condemnationes, & banna ſuperius in præſenti Statuto declarata.

De tenuta data contra contumacem perſonaliter citatum. *Cap. XLIII.*

STatuimus, quod ſi contra contumacem perſonaliter citatum, fuerit pronuntiatum tenutam dari debere ſuper actione reali de re petita per actorem, tunc fiat executio miſſionis de illa re petita, quam actor per ſacramentum confirmaverit ad ſe pertinere aliquo jure tam ratione proprietatis, quam ratione poſſeſſionis, aut ratione hypothecæ, vel pignoris, vel aliquo alio titulo juſto, vel cauſſa juſta infra unum menſem a die pronuntiationis factæ. Et ſi executio infra prædictum terminum facta non fuerit, talis pronuntiatio evaneſcat, & nullius ſit efficaciæ, vel valoris. Et ſi contingerit miſſionem, vel executionem fieri pro modo commiſſionis, fiat de commiſſione D. Rectoris, vel Vicarii civitatis Belluni per præconem Communis, & ipſa miſſione facta, tunc idem præco, vel alius præco de commiſſione Rectoris, vel Vicarii ad petitionem talis actoris debeat iterum præcipere, & citare talem contumacem & reum; ut compareat coram Rectore, ſeu Vicario uſque ad quindecim dies ad recuperandam tenutam acceptam ſibi de tali re petita per talem actorem præſente dicto actore, vel ſaltem citato perſonaliter, vel ad domum. Et ſi comparuerit in ſpatio unius menſis audiatur præſente ſuo adverſario, vel eo citato perſonaliter, vel ad domum per ipſum habitatam, dummodo ſolvat omnes expenſas declaratas per ſacramentum actoris, judicis taxatione præcedente, vel ſequente etiam dicto actoris, dummodo in hoc caſu non tranſeat groſſos duodecim, & præſtet bonam cautionem de judicio Siſti, & judicatum ſolvendo: & de reſtituendo pacifice talem rem, vel poſſeſſionem, quam actor petit, vel petere intendit eidem, ſi contingerit eum in cauſſa ſuccumbere, & nihilominus ſolvat Communi ſol. viginti parvorum. Si autem talis citatus non comparuerit infra tale ſpatium unius menſis ad recuperandam talem tenutam, tunc talis.

talis citatus, & contumax efficiatur tranſacto ſpatio prædicto de poſſeſſore petitor, & poſſeſſio talis rei petitæ detur, & transferatur tali petitori, ſeu actori, ita quod fructus omnes pendentes, & naſcituri perveniant in ipſum petitorem, dummodo prius faciat, & præſtet ſecuritatem de reddendo talem rem, & poſſeſſionem cum fructibus proventis in ipſum, ſi in judicio ordinario petitorio talis rei ſuccubuerit poſtea talis petitor uſque ad tempus quo fuerit per ſententiam diffinitum in petitorio judicio. Salvo ſemper jure cujuslibet alterius perſonæ in talibus tenutis, & ſemper fiant proclamationes per præconem ſtantem ſuper banchum, alta voce dicendo, *ſunt tales citati hic reſponſuri de jure dicto tali*. Si autem talis reus, vel rea non fuerint citati perſonaliter, ſed ad domum ſuper actione reali, tunc nulla detur tenuta in prima citatione, ſed condemnetur in ſol. viginti parvorum communi Belluni: & iterum uno alio die citetur utili ſeu juridico. Et ſi non venerit, quod tunc condemnetur communis Belluni in ſol. quadraginta parvorum. Et in hoc caſu medietas banni ſit communis Belluni, & alia medietas petitoris, ſeu actoris. Et quod in ſecunda citatione nulla detur tenuta, ſed iterum pro tertia citatione, & dilatione citetur certo die utili, & juridico, modo prædicto. Quod ſi non venerit in iſta tertia citatione, quod tunc fiat miſſio, & executio miſſionis, ſervando modum, & formam contentam ſupra in Statuto facto contra præſentem contumacem, & perſonaliter citatum in actione reali. Salvo ſemper ſi tales perſonæ eſſent abſentes cauſſa Dominationis noſtræ prædictæ, vel ejus Rectoris, Vicarii, vel aliis de cauſſis ſupra poſitis in proximo Statuto *de tenutis*, & tunc dictum Statutum vendicet ſibi locum, ut ſupra in dicto Statuto continetur de abſentibus. Et ſemper in omnibus ſupradictis caſibus, & citationibus fiant clamationes per præconem ſtantem ad banchum, ut talis citatus compareat de juſtitia reſponſurus tali perſonæ ter: & ſi factum non fuerit pronuntiatio non valeat.

Si quis commode reperiri non poſſit, qualiter contra eum procedatur. Cap. XLIV.

STatuimus, quod ſi quis, vel ſi qua commode reperiri non poſſit, ut puta quia non habet habitationem in civitate, vel diſtrictu Belluni vel vagabundus eſt, vel forenſis eſt, tunc citetur in ſcalis Palatii, & in foro civitatis Belluni, & ultra pontem Portæ Dojoni: & figatur breve ejus citationis in Porta Palatii, ibi manſurum dicto tempore, & etiam in reali actione denuntietur detinenti rem, quæ peti intenditur, declarando in ipſa citatione, ſive reali, ſive perſonali, qua agi velit rem, ſeu debitum, quam vel quod petere

petere intendit, quod talis homo, vel perſona uſque ad quindecim dies incluſive compareat coram Rectore civitatis Belluni, vel ejus Vicario pro primo, ſecundo, & tertio termino peremptorio de juſtitia reſponſurus tali perſonæ. Et intelligatur non poſſe reperiri commode commune, & collegium quodlibet, & univerſitas quælibet; ita quod de his poſſit fieri citatio ſecundum formam præſentis Statuti, ſive nominatim, ſive tanquam ſucceſſores vel hæredes alicujus, cujus forent hæredes. Et videantur eſſe citati expreſſe, ſi citantur alicujus perſonæ, hæredes in genere, cujus ſe faciant hæredes, vel ſe gerant pro hæredibus, facta de hæredibus citatione ſic in genere ſecundum formam præſentis Statuti, nullius perſonæ communis, vel univerſitaris, facta mentione. Qui citatus comparere poſſit quandocumque infra ſpatium prædictum, citata tamen altera parte. Et ille ad cujus petitionem facta fuerit clamatio, non teneatur ſe præſentare, niſi in quintadecima die, niſi infra dictum terminum ad petitionem rei fuerit interpellatus. Et ſi quintadecima dies eſſet feriata, tunc ſequens non feriata ſuccedat loco illius feriatæ. Et ſi non venerit infra ſpatium prædictum, quod tunc fiat pronunciatio tenutæ de bonis ipſius citati, juxta menſuram debiti declarati, vel rei petitæ, quod, vel quam per ſacramentum creditor, vel petitor affirmaverit ſe velle ab eo citato, vel ad ſe pertinere aliquo modo juſto titulo, vel aliqua juſta cauſſa. Et quod executio pronuntiationis fiat, & fieri debeat infra ſpatium quindecim dierum a die latæ pronuntiationis tenutæ. Quo termino tranſacto, ſi facta non fuerit, poſtea fieri non poſſit, niſi de novo citetur: ſalvo ſi actor fecerit ſuum poſſe ſuper executione facienda, ſcilicet quod præco retulerit ambaſſiatam, quod non potuit reperire de bonis citati, ex quibus poſſit recipere tenutam, tunc dicta pronuntiatio duret donec poterit fieri executio in bonis citati, qua facta, tunc ſervetur ordo poſitus in dictis Statutis. Et ſi facta fuerit executio, quod tunc in dictis locis, & per breve, ut dictum eſt, iterum clametur, quod talis contumax veniat ad recuperandam talem tenutam ſibi acceptam de talibus bonis per talem petitorem, ſive creditorem, uſque ad unum menſem proxime venturum. Et ſi non venerit ad recuperandam infra ſpatium unius menſis, quod tunc ſi data eſt in actione perſonali, fiat, & fieri debeat executio, quemadmodum fit de præſis, & ſententiis ſuper pignoribus factis ratione expenſarum. Si autem data fuerit in actione reali, tunc efficiatur de poſſeſſore petitor: ita quod poſſeſſio, & fructus pendentes, & naſcituri perveniant in ipſum actorem, ſeu petitorem, uſque ad tempus, quo fuerit diffinitum in judicio petitorio ordinario. Et eadem forma, & idem modus ſervetur contra dictum talem contumacem, quæ ſervatur contra perſonaliter citatos, & contumaces, ſupra in Statu-

Statutis loquentibus *de contumacibus perſonaliter citatis*, quantum eſt circa venditionem pignoris, & circa alia, quæ non ſunt in præſenti Statuto ſpecificata.

Si citatus non venerit, qualiter procedatur. Cap. XLV.

ITem Statuimus, quod ſi citatus, ita quod ſit contumax modo & forma ſuperius nominatis, ſemel perſonaliter, vel tertio ad domum non venerit; & talis caſus ſit, quod actor in judicio comparens, non poſſit prætendere pecuniarium commodum, vel reale, utputa, habet aliquis inſtrumentum debiti, quod dicitur ſolutum per debitorem petentem dictum inſtrumentum ſibi reſtitui, nec comparet citatus, ita quod provocans ad judicium, tenutam petere non poteſt, cum non poſſit debitum declarare, cum nullum debitum ſibi ſubſit; & caſibus ſimilibus, & perſonalibus, in quibus propter defectum impotentiæ declarandi debitum, nec etiam per tenutam poſſit actori conſulere; tunc ſecundum intereſſe, quod prætendit talis actor per Rectorem detur tenuta, declarato tamen intereſſe per ſacramentum: quæ tenuta executioni mandetur, & purgetur, ſive recuperetur, ut ſuperius in præcedentibus Statutis dictum eſt.

De eodem ſupradicto. Cap. XLVI.

STatuimus, quod in omnibus ſupraſcriptis citationibus contentis in ſupradictis Statutis, de quibus facta fuerit relatio, ſi reus comparuerit, & actor non, quod tunc condemnetur actor in ſol. xx. parvorum; & nullo modo audiatur talis actor uſque ad xx. dies, agendo contra talem citatum reum ſuper qualibet actione, vel cauſſa, & reus abſolvatur uſque ad viginti dies ab obſervatione judicii ſuper prædictis. Et prædicta Statuta vendicent ſibi locum, etiam in terminis locatis ante litis conteſtationem; quid ſi reus non fuerit ſecutus terminum ſibi ſtatutum per Judicem, detur tenuta actori, modo & forma, quæ opponitur contra præſentem citatum: ſalvo quod communi Belluni nihil propter hoc ſolvere debeat. Et quod dictum eſt de reo, idem intelligatur de actore in hoc caſu. Quia ſi actor ante litem conteſtatam non fuerit ſecutus terminum, quod tunc reus comparens abſolvatur ab obſervatione judicii uſque ad decem dies, & nullam aliam pœnam patiatur, niſi expenſas, eo caſu, quo ſecundo actor, vel reus fuerit contumax in prædictis. Si autem actor vel reus poſt litem conteſtatam fuerit contumax, tunc poſſit procedi in cauſſa, non obſtante eorum contumacia, ad petitionem cujuslibet ipſorum.

Digitized by Google

HÆC SUNT STATUTA DE PERSONIS, QUÆ INTERESSE POSSUNT IN JUDICIO.

De Perſonis, quæ poſſunt legitime intereſſe Judicio. *Cap. XLVII.*

PRimo decernimus, quod quæcumque perſona tam in agendo, quam in defendendo, in civili tamen judicio, ſuo nomine poſſit adeſſe, dum tamen legitime ſit ætatis, nec patiatur exceptionem repellentem eam a judicio ratione patriæ poteſtatis, inhabilitatis perſonæ, dignitatis ratione, aut infamiæ nota, & aliis exceptionibus admiſſis contra talem perſonam per jus municipale hujus civitatis, ac etiam jus commune. Legitimæ ætatis eſſe perſonam intelligimus majorem vigintiquinque annorum; aut minorem, majorem tamen vinginti, cum delatione ſacramenti, ſi curatorem generalem, vel ſpecialem ad litem non habuerit talis minor, & eo caſu cenſetur ut major. Et omnia acta & geſta, & inita cum illo, perinde robur obtineant firmitatis, ac ſi eſſent geſta, & inita cum majore. Hoc addito, quod ſi apparuerit judicanti, ſeu Rectori, quod minor viginti annis, major tamen decem & octo, vel ejus ætatis, tam ex aſpectu corporis, quam ex fama bona inita de prædicto poſſit judicio intereſſe; tunc talis minor poſſit judicio intereſſe, cum ſacramento tamen, ut ſupra. Ita quod bonitas ætatem ſuppleat in prædicto. Et dicta de majori viginti annorum in hoc vendicent ſibi locum.

De filiosfamilias minore. *Cap. XLVIII.*

STatuimus, quod filiusfamilias quilibet major, vere vel ficte, ut ſupra in proximo Statuto dictum eſt, ita quod maſculinum genus comprehendat & fœmininum tam in agendo, quam in defendendo ſuo nomine tantum, non poſſit intereſſe judicio, & tanquam perſona inhabilis repellatur, niſi conſenſum expreſſum ſpecialiter, & generaliter habuerit circa lites, vel contractus, niſi contingat patrem abeſſe extra territorium civitatis Belluni. Aut eſſe perſonam inhabilem, utputa bannitum, excommunicatum, furioſum, vel paſſum exceptionem talem, quæ patrem repelleret ab agendo. Hoc addito, quod ſi filiusfamilias, aut filiafamilias ſic publice agat, vel gerat, ſic contrahat, ut quilibet ſui juris, ut tam ſuo nomine uterque, quam alieno, maſculus poſſit judicio intereſſe, exceptione tali dilatoria non obſtante. Hoc addito, quod talis filius eo caſu

quo

Digitized by Google

quo admittitur ut ſui juris, non poſſit attingere, & obligare bona patris, poſſeſſa per patrem: ſed ſic poſſeſſa per filium perinde ac ſi eſſent filii pleno jure.

De filiofamilias majore viginti annorum. Cap. XLIX.

STatuimus, quod filiusfamilias major viginti annis poſſit adeſſe judicio alieno nomine, utpute tutorio, curatorio, actorio, procuratorio, mandatorio, defenſorio, ſyndicario nomine, etiam & ſine conſenſu patris, eo caſu quo filius ſupraſcriptis caſibus obligaretur ex adminiſtratione facta per ipſum, nec ex tali geſtione, ſeu adminiſtratione bona patris poſſeſſa per patrem ſint modo aliquo obligata.

Quibus in caſibus Pater teneatur in judicio pro filio conſenſum præbere. Cap. L.

INſuper decernimus, quod ſi filiusfamilias vel filia fuerint convocati in judicio pater remediis juris captis pignoribus mulcta indicta talio filio convento, & agenti præbere conſenſum cogatur. Et ſi captis pignoribus, mulcta indicta, adhuc pater recuſaret conſentire; tunc detur petenti tenuta in bonis patris juxta menſuram debiti declarati, vel intereſſe creditoris ſacramento declarati, ac ſi pater foret perſonaliter obligatus. Et ſi filius citatus patris conſenſum non habuerit in prima citatione, filio per judicem ſtatuatur dilatio competens ad patris conſenſum in judicio producendum, quod ſi non fecerit in dilatione prædicta, & filius dixerit vitium eſſe patris, tunc judex, ut ſuperius dictum eſt, arceat, & compellat patrem. Sin autem fuerit defectus filii, quod præſumatur, tunc Rector exhibeat tenutam contra filium in bonis poſſeſſis per eum, conſenſu patris ullo modo obſtante, & non in bonis patris poſſeſſis per eum. Et ſi filio agenti pater admonitus per Rectorem conſentire nolverit, tunc filius ut ſui juris poſſit adeſſe legitime judicio: hoc addito, quod ſi conſenſus patris ſupervenerit, & rata habuerit geſta per filium in judicio ante publicationem proceſſus, perinde valeat ac ſi ab initio judicii conſenſus patris legitime interveniſſet, ut ſic ratihabitio retro trahatur, & mandato comparetur.

De Procuratore actoris. Cap. LI.

JUbemus, quod Procurator actoris, vel aſſerens ſe habere mandatum inſtructus debeat adeſſe judicio cum mandato legitimo, quod conſtet publico inſtrumento, aut in actis; quod ſi non fecerit,

ſed tamen allegaverit ſe habere mandatum, petens dilationem ad procuratorium inducendum, nullatenus audiatur, niſi de rato caveat, aut ibi præſens ſit tabellio, qui dicat ſe de hoc mandato, vel procuratorio facere debere publicum inſtrumentum. Quo caſu ſi prædictus tabellio ſe obligaverit ad dandum idoneum & ſufficiens inſtrumentum, tunc talis procurator admittatur ut legitimus. Et Rector ſtatuat terminum dicto procuratori actoris trium dierum ad producendum procuratorium in publicam formam, ſi reus petierit: quod ſi ipſe dictum inſtrumentum, vel principalem perſonam non produxerit indicto termino, ita quod reus poſſit habere copiam expenſis producentis, tunc quæ acta ſunt nullius ſint momenti. Alias autem per judicem repellatur, & condemnetur convento in expenſis legitimis taxandis ibidem, ac ſolvendis illico de præſenti dicto reo, ſeu convento.

De Procuratore defenſoris. Cap. LII.

STatuimus, quod quilibet aſſerens ſe procuratorem conventi, ſeu rei, & in judicio pro convento reſpondens teneatur ibidem de præſenti fidem facere idonee de mandato modo ſupra in proximo Statuto nominato. Aut fidejubere cum idonea fidejuſſione de judicio ſiſti, & judicato ſolvendo cum ſuis clauſulis, aut in ſe perſonaliter judicium ſuſcipere animo novandi expreſſe; ita tamen ut talis in ſe ſuſcipiens judicium ſit tam idoneæ facultatis ut principalis, vel allegaverit talis aſſerens ſe procuratorem, & habere mandatum; quo caſu per judicem tali procuratori ad producendum dictum inſtrumentum dilatio competens ſtatuatur. In qua dilatione ſi non docuerit de mandato, aut principalem perſonam in judicio non præſentaverit, tunc Rector tenutam exhibeat petenti, & poſſit etiam exhibere tenutam tempore primæ citationis, hoc modo, ſi non venerit inſtructus tali tempore, aut principalem non produxerit, vel per ſe venerit, legitime ex nunc prout ex tunc tenutam exhibeat. Quæ tenutæ ſic data omnimode valeat ac ſi pura & legitima celebrata eſſet, non obſtante quod actus legitimi conditionem non recipiant neque diem. Et quicumque tam ex parte actoris, quam rei produxerit procuratorium, teneatur facere copiam adverſæ parti expenſis producentis.

Quæ, & quando Mulier poſſit intereſſe judicio. Cap. LIII.

STatuimus, quod mulier legitimæ tamen ætatis, utputa uxor in cauſſa viri, & mater in cauſſa filii poſſit pro primo termino adeſſe in judicio allegaturam cauſſam impedimenti viri, vel filii. Et

iſto

iſto caſu judex non det tenutam, & ulterius non audiatur. Et idem intelligatur in quolibet agnato, vel cognato in ſecundo gradu, vel tertio.

De Procuratoribus, Syndicis, Actoribus, & Curatoribus. Cap. LIV.

STatuimus, quod quotienſcumque principalis perſona, vel univerſitas, vel tutor, vel curator, quæ conſtituerit aliquem procuratorem, vel ſyndicum, vel actorem, ſi quo caſu venerit ad judicium cum procuratore, ſyndico, vel actore, aut ſine eis, vel aliquo ipſorum, non intelligatur propter talem actum revocaſſe ſuum procuratorem, ſyndicum, vel actorem, niſi expreſſe principalis perſona revocaret eum. De qua revocatione ſit manifeſtum D. Rectori, & parti adverſæ. Et valeat, & teneat quod cum dicto procuratore, ſeu cum dicta principali perſona, vel utroque eorum factum fuerit ante litem conteſtatam: dum tamen ptocurator fuerit præſens. Si autem procurator, actor, vel ſyndicus fuerit litem conteſtatus; tunc procurator poſſit, & debeat procedere in cauſſa, ſeu cauſſis: & ad finem producere tamquam factus Dominus litis. Et nihilominus ſi principalis perſona pro aliqua cauſſa aſſeruerit in judicio in cauſſa incœpta, non propter hoc intelligatur revocaſſe ſuum procuratorem, ſed potius confirmaſſe: & geſta cum prædictis, ſive cum principali perſona valeant, & teneant cum effectu.

Quod ſententia lata contra Procuratorem, vel Dominum, vel contra ambos non vitietur. Cap. LV.

INſuper Statuimus, quod quotienſcumque contigerit Dominus litis, & procuratorem, & curatorem, & alios alieno nomine agentes, vel defendentes aſſuiſſe in judicio, quod ſit in poteſtate judicis, vel conſultoris ferre ſententiam diffinitivam, vel interlocutoriam contra procuratorem, vel curatorem, vel alieno nomine intervenientem, vel Dominus, vel contra ambos, nec propter hoc ſententia vitietur. Hoc tamen ſalvo, quod eo caſu quo lata fuerit ſententia contra procuratorem de poteſtate judicis, vel Rectoris, vel de neceſſitate, Ideo quia procurator ſemper fuit in judicio, ſemper fiat executio in bonis Domini, vel perſonæ cujus cauſſa agitur, niſi talis procurator fuerit in rem ſuam propriam procurator.

Quod

Digitized by Google

Quod Procurator principalis cauſſæ poſſit perſequi appellationem. Cap. LVI.

DEcernimus inſuper, quod procurator in cauſſa principali conſtitutus in cauſſa appellationis poſſit & appellare, & appellationem interponere, & apoſtolos petere. Si autem eam perſequi noluerit procurator principalis cauſſæ non conſtitutus in cauſſa appellationis, non teneatur appellationem proſequi uſque ad finem: poſſit tamen ſi voluerit. Eo tamen caſu quo appellationem interponit procurator de voluntate teneatur denuntiare domino litis. Quod ſi non fecerit, damnum quod incurret Dom. litis defectu procuratoris reſarcire teneatur procurator. Procurator autem conſtitutus in cauſſa appellationis teneatur cauſſam appellationis proſequi in ea civitate in qua cauſſa principaliter fuerit actitata, niſi juſtum impedimentum acceſſerit.

Quod confeſſio Procuratoris præjudicet Domino. Cap. LVII.

COnfeſſio procuratoris ad indicia conſtituti præjudicet, & teneat contra Dominum ſive habuerit procurator ſpeciale mandatum de confitendo, ſive fuerit generalis procurator habens liberam adminiſtrationem, ſive ipſam confeſſionem procuratoris Dom. poſtea ratam habuerit. Et quod dictum eſt de generali procuratore habente liberam poteſtatem locum habeat, niſi adverſarius deceperit doloſe ipſum procuratorem, ſeu colluſerit cum eo procuratore ut confiteretur, & quando colluſio intervenerit, tunc contra ipſum procuratorem ſit Dom. omnis ratio & jus reſervatum: ſalvo ſemper Statuto, quod loquitur *de modo, & forma rendendi poſitionibus per principales perſonas, vel procuratores.*

Quod Univerſitas poſſit conſtituere Procuratorem. Cap. LVIII.

STatuimus, quod qualibet univerſitas, & etiam homines cujuslibet villæ poſſint procuratorem, ſyndicum, & actorem conſtituere tam eum qui ſit de eadem villa, & univerſitate, quam eum qui eſt extraneus, dummodo ſit de civitate Belluni, & diſtrictu. Et quod procurator, actor, ſeu ſyndicus univerſitatis, ſeu Communis alicujus villæ, ſeu regulæ poſſit accuſationem, & denuntiationem, & querimoniam quamlibet ex quacumque cauſſa, nomine ſui officii proponere, & inſtituere, & defenſionem facere: & ſuper ea jurare de calumnia. Poſſit idem procurator, actor, & ſyndicus, & ſuper omni accuſatione, & denuntiatione ſyndicario, ſeu actorio, & procuratorio nomine uni-

Digitized by Google

univerſitatis & Communis cujuslibet facta procedatur & acta geſta cum talibus perinde valeant, ac ſi geſta forent cum Domino ipſius litis. Et valeat lata ſententia contra tales, & pro talibus.

Quod in ſyndicatu nominentur conſtituentes. *Cap. LIX.*

INſuper in qualibet conſtitutione ſyndici, actoris, & procuratoris univerſitatis, excepto quam univerſitatis communis Belluni, & civitatis ejuſdem debeant inſeri nomina maſculorum omnium, ſcilicet capitum familiæ de ipſa univerſitate majorum annis quatuordecim, vel duarum partium. Et poſſit fieri conſtitutio procuratoris, actoris, & ſyndici regulæ cujuſcumque, ſeu villæ de diſtrictu Belluni in communi, & conſueto loco, ſeu platea ipſius villæ: & civitate Belluni in domo communis, ſive Palatio, aut platea, vel foro civitatis Belluni, vel in aliqua Eccleſia civitatis Belluni, vel ſuburbiis jacente, & in quocumque alio loco ubi eis melius placuerit.

Quod Curator datus ad lites non teneatur facere inventarium, & juret utilia facere. *Cap. LX.*

STatuimus, quod curator datus ad lites non teneatur facere inventarium, ſed ſolummodo permittere, & ſua bona obligare debeat de lite fideliter exercenda cum ſacramento. Et quod ſi quid ad manus ejus pervenerit occaſione dictæ litis, reſtituet ſuo pupillo, vel adulto. Et poſſit curator dari ad lites pupillo, & adulto, & valeat, & teneat ac ſi eſſet factum per legitimum tutorem, vel curatorem.

De mercede Curatoris. *Cap. LXI.*

DAto, quod officium curatoris ſit gratuitum, & eſſe debeat; tamen quia optat præmium labor quiſque ne detur materia negligendi, & deferendi cauſſas, Statuimus, quod curator poſſit judicis officio cum cognitione ſummarie petere ſalarium ſibi dari ſecundum qualitatem facti, conditionis, & cauſſæ, & ſacundiam curatorum, niſi ſalarium ſit præmiſſum per partes, vel partem.

De eodem. *Cap. LXII.*

ITem Statuimus, quod non alia cauſſa ſit, & eſſe intelligatur cauſſa appellationis, vel nullitatis, quam cauſſa principalis, ne cogatur advocatus patrocinari in cauſſa appellationis, vel nullitatis pro eodem/ſalario, quod habet, vel habuerit in principali cauſſa. Et idem intelligatur de procuratore; & de his qui nomine alieno ſunt in judicio.

Quod

Digitized by Google

Quid Procurator conſtitutus per actorem ſit legitimus.
Cap. LXIII.

ITem Statuimus, quod actor conſtitutus a tutore, vel curatore, ſeu a tutrice, vel curatrice, & ipſe tutor, vel curator poſſit conſtituere procuratorem ad judicia, & valeat quod cum dicto procuratore factum erit, quemadmodum eſſet factum cum ipſo actore.

HÆC SUNT STATUTA PRAXIM JUDICIORUM BELLUNI CONTINENTIA.

De Quæſtionibus ſummarie expediendis. *Cap. LXIV.*

STatuimus, quod in quæſtionibus mercationum, ſeu occaſione mercantiæ inter mercatores, vel inter mercatorem, & alium non mercatorem, vel etiam non mercatores; & in quæſtionibus regularum, dannorum datorum in villis repræſalearum, de datiis & factionibus villarum, de ſaltariis, de livellariis, & agricolis, de colonis & inquilinis, de villanis licentiandis, de terris & poſſeſſionibus male laboratis, vel cultis, de affictibus & redditibus, & vindemia, & uva, de operibus, & mercede: de qua mercede ſtetur Sacramento petentis uſque ad ſummam ſol. xx. ſi Judici viſum fuerit, & ſaltariis quantæcumque ſummæ, vel valoris fuerint quæſtiones ſupradictæ: & etiam in quibuſcumque cauſſis vertentibus inter conjunctos, vel affines aliquo gradu, parentelæ, vel affinitatis; intelligendo parentelam, vel affinitatem inter omnes, inter quos prohibitum eſt matrimonium de jure canonico; procedatur ſummarie, breviter, & de plano, ſine libelli oblatione, & ſine ſtrepitu & figura judicii: & etiam diebus feriatis, non tamen introductis in honorem Dei. Et idem fiat ubicumque aliquo Statuto Communis Belluni dicitur, *quod procedatur ſummarie, vel breviter, & de plano*, vel aliquod ſimile verbum. Et idem obſervetur in quibuſcumque cauſſis aſcendentibus ad ſummam librarum quinquaginta parvorum, & ab inde infra.

In quibus cauſſis ſolemnis libellus non offertur. *Cap. LXV.*

STatuimus, quod in quacumque quæſtione, ſive lite pecuniaria, vel reali, ſive perſonali, vel cujusvis conditionis aſcendente ad ſummam, ſive valorem librarum quinquaginta parvorum, vel ab inde infra, non teneatur actor offerre libellum, ſed ſufficiat quod ante litem conteſtatam, vel quaſi conteſtatam, in actis ſcribi faciat id,

id, quod petit, & cauſſam legitimam quare petit. Et ſi rem mobilem, aut immobilem petat, eam declaret: & nomen Judicis coram quo petit; & nomen actoris, & rei. Et talis petitio pro rite, recte, & legitime formata habeat, & videatur. Nec poſſit infringi, vel vitiari, licet in ea proponenda non ſint alias ſervatæ ſolemnitates juris, & in petitione etiam poſſit deduci jus directi, & utilis dominii, vel quaſi, nec per hoc vitietur, nec eligere cogatur actor: ſed ſuper quo jure melius poterit, probet. Et intelligatur lis conteſtata locato termino partibus ad probandum ſuper principali cauſſa. Et idem ſervetur in quibuſcumque cauſſis, in quibus ex forma Statuti procedi debet ſummarie.

In quibus cauſſis non fiant interrogationes. Cap. LXVI.

ITem Statuimus, quod in quæſtionibus pecuniariis librarum quinquaginta, & ab inde infra, non fiant per partes interrogationes pro teſtibus examinandis, ſed relinquatur arbitrio Judicis cum Notario de medio: ſed fieri poſſint capitula & poſitiones. In quæſtionibus vero majoris ſummæ, poſſint fieri poſitiones, & capitula. Et pars contra quam producuntur, poſſit facere ſua interrogatoria: dummodo non aſcendant ultra numerum quinque ſuper uno quoque capitulo, quæ tamen debeant legitimari per D. Rectorem, ſeu Vicarium.

De Libello legitime facto. Cap. LXVII.

ITem in qualibet actione ſive quæſtione reali, ſive perſonali, civili, ſive criminali, ſive agatur ex variis figuris cauſſarum, omnis libellus videatur, & ſit legitime conceptus: dummodo in eo contineatur nomen Judicis, ſeu Vicarii, & nomen actoris, & rei, & res petita, quæ clarificata ſit per confinia ſi ſit immobilis: ſi vero ſit mobilis, per aliam declarationem legitimam. Et quod talis libellus, ſive petitio habeatur pro rite, recte, & juſte formatus, ſive formata: dato quod in eo, ſive in ea non fuerint ſervatæ ſolemnitates juris: ita quod nullo modo poſſit infringi; neque vitiari prætextu ſolemnitatum ibi deficientium.

Quod una pars alteri deferre poſſit Sacramentum. Cap. LXXIII.

STatuimus, quod in quacumque cauſſa, & lite, & in quacumque parte litis, etiam ante litem conteſtatam, vel quaſi, cujuſcumque ſummæ, quantitatis, aut rei, una pars alteri poſſit deferre Sacramentum. Et teneatur ille, cui datum fuerit jurare, vel

deferre. Quod ſi facere recuſaverit, ſi fuerit actor, cadat ab actione, ſi fuerit reus condemnetur. Et fiat condemnatio, vel abſolutio ſecundum præſumptiones prædictas. Et ſit præciſum. Et ſi ille cui delatum fuerit Sacramentum juraverit ſe ſolviſſe, vel aliquam conditionem, vel pactum, vel modificationem aliquam fuiſſe ſuper quo defertur juramentum, quod ejus Sacramento ſtetur pro ſe, & contra ſe.

De termino dando confitenti debitum. Cap. LXIX.

ITem Statuimus, quod ſi quis coram Judice confeſſus fuerit debitum de centum ſol. & ab inde infra, fiat ſibi præceptum per Judicem, ut ſolvat ſuo creditori ad terminum Judicis arbitrio ſtatuendum. A centum ſol. ſupra uſque ad xx. libras, detur ei terminus decem dierum. A viginti libris ſupra uſque ad quinquaginta libras, detur ei terminus viginti dierum. A quinquaginta libris ſupra quantacumque fuerit ſumma, detur ei terminus unius menſis. Quibus terminis elapſis in ſingulis caſibus prædictis, prædicta præcepta executioni mandentur, quemadmodum præſæ mandantur.

Qualiter Judex procedere, & cognoſcere debeat ſuper ſequeſtro, vel tenuta rei, de poſſeſſione, proprietate, & potioritate juris. Cap. LXX.

STatuimus, quod ſi ſub prætextu bonorum alicujus de bonis alterius, ſeu per alium poſſeſſis, vel ſibi obligatis, dicatur accepta tenuta, vel ſequeſtrum, interdictum, pignoratio, aut intromiſſio, vel etiam miſſio in poſſeſſionem, ex quacumque cauſſa facta, & ille qui dicet bona in tenuta accepta, vel ſequeſtrata, vel pignorata, intromiſſa, interdicta, vel etiam in quibus facta fuerit miſſio ſua eſſe, vel ſibi obligata, vel ſe habere meliora, & potiora jura, ſeu per eum poſſeſſa Judicem audiverit; Judex, ſive Vicarius cognoſcat de poſſeſſione, & etiam de proprietate, & de potioritate juris, ſeu etiam obligationis, ſi tertius comparens voluerit, utrum apud illum tertium, an apud debitorem ſuum, ſive apud illum in cujus bonis facta eſt tenuta, miſſio in poſſeſſione., aut etiam intromiſſio, interdictum, ſequeſtrum, aut etiam pignoratio, res fuerit tempore tenutæ, ſequeſtri, interdicti, intromiſſionis, pignorationis, aut etiam factæ miſſionis in poſſeſſionem, cum de poſſeſſorio ſolo tractatur, vel quis eorum, videlicet tertii comparentis, & illius ad cujus petitionem, & favorem facta ſunt prædicta, habuerit meliora, & potiora jura in proprietate, ſeu hypotheca rei, & terminum ſtatuat ſecundum quod ſibi viſum fuerit utrique parti:
intra

Digitized by Google

intra quem utraque pars probet. Quo termino tranſacto ſi reperierit poſſeſſionem illius rei fuiſſe apud illum tertium, vel ipſum habere meliora, & potiora jura in proprietate, ſeu hypotheca, & obligatione, ipſam poſſeſſionem reſtitui faciat cum damno & expenſis. Et ſi apparuerit poſſeſſionem illius rei fuiſſe apud debitorem, ſeu illum in cujus bonis facta eſt miſſio, vel ipſum creditorem habere meliora & potiora jura in proprietate, ſeu obligatione quantum in præjudicium ipſius tertii pronuntiet pro eo, qui tenutam acceperit, vel prædicta committi fecerit: & condemnet illum ad reſtitutionem expenſarum, & hoc tempore juridico, & non juridico. Et prædicta omnia locum habeant in tenutis jam acceptis, & accipiendis, & ſequeſtris, interdictis, pignorationibus, & intromiſſionibus, & etiam miſſionibus in poſſeſſionem, & ſuper prædictis ſummarie procedatur ſine libelli oblatione, litis conteſtatione, & ſtrepitu & figura judicii, & breviter, & de plano. Et prædicta locum habeant etiam facta confirmatione ex ſecundo decreto, vel venditione ad incantum ſi venerit tertius infra unum annum poſt ipſam confirmationem, vel venditionem rei in tenutam acceptæ, ſequeſtratæ, interdictæ, pignoratæ, vel intromiſſæ, vel poſt factam miſſionem in poſſeſſionem ex quacumque cauſſa, dum tamen prædicta locum non habeant in his qui fuerunt miſſi in poſſeſſionem bonorum, quæ poſſidebantur per defunctum tempore mortis ſuæ ſecundum formam Statuti, ſi ad aliquem devoluta fuerit hæreditas, Eo tamen ſalvo, quod ſi hoc caſu tertius comparens negaret defunctum poſſediſſe tempore mortis; tunc in contradictorio judicio hoc examinetur, & terminetur modo, & forma prædictis. Elapſo autem anno tertius comparens uti valeat jure communi: ita tamen quod inchoata lite, elapſo poſtea anno, non præjudicet, niſi perierit inſtantia. Et quod poſſeſſio probari poſſit per colonos, & partiarios, & inquilinos in quolibet caſu. Et quo ad hoc intelligantur coloni & inquilini, filii, uxores, & familiares colonorum, & inquilinorum.

De forma juramenti calumniæ. Cap. LXXI.

IN omni quæſtione poſt litem conteſtatam ſi fuerit requiſitum ab aliqua partium deferatur ſacramentum calumniæ principalibus partibus, & utraque pars teneatur illud ſubire, & præſtare coram judice de cauſſa cognoſcente: excepto quam ſi ſit habenda ratio, vel conſideratio dignitatis, vel ſexus, vel valitudinis, ſeu impedimenti juſti; ut tunc in quocumque capitulo prædicto in domo litigantis, vel alibi, prout judici videbitur, præſtari poſſit calumniæ ſacramentum: altera tamen parte, vel ejus procuratore præſente, vel contumaciter abſen-

Digitized by Google

re, ſeu præſente eſſe nolente. Cujus ſacramenti forma hæc eſt, videlicet, quod juret utraque pars ſe credere ſovere juſtam cauſam, & litem, ſeu rationem actor in agendo, & reus in defendendo, & utraque pars ponet, & confitebitur veritatem, & quod nihil dedit, ſive promiſſit, nec dabit, ſive promittet alicui aliquid ad hoc ut ſententia pro eo feratur. Et nullam dilationem petet calumnioſe, ut litis, ſeu quæſtionis terminatio differatur, & quod negotium tardetur. Item quod in qualibet parte quæſtionis, ſive proceſſus uſus eſt, & utitur tam actor, quam reus in omnibus bona fide. Et tutor, & curator, & alia perſona habens legitimam adminiſtrationem de calumnia jurare poſſint, & debeant: ſalvo quod procurator cujuſmodicumque mandatum habuerit, non intelligatur habere legitimam adminiſtrationem, quantum ad præſtandum, vel defendendum calumniæ ſacramentum, ſi principalis perſona fuerit in civitate Belluni, vel diſtrictu. Alioquin ſi principalis perſona non fuerit in locis prædictis, procurator habens ad hoc ſpeciale mandatum, de calumnia jurare poſſit: dummodo procurator juret ſe eſſe inſtructum a principali perſona de cauſſa, & juribus omnibus ſui Domini, ſive principalis perſonæ. Idem ſervetur in actore conſtituto a tutore, ſi tutor, vel curator abſens etenim a locis prædictis. Et prædicta locum habeant in quolibet defenſore. Et ſi actor, vel reus fuerit contumax in præſtando hujuſmodi ſacramentum in primo termino, condemnetur in ſol. xx. parvorum medietas, cujus condemnationis ſit partis obedientis: ſi autem fuerit contumax in ſecundo termino, arbitrio judicis ſtatuendo, ſiquidem fuerit reus, habeatur pro confeſſo, ſi autem ſuerit actor, tunc reus a tota cauſſam abſolvatur.

FIRENZE

De expenſis cauſſarum. Cap. LXXII.

Statuimus, & ordinamus, quod in quacumque cauſſa tam civili, quam criminali, interlocutoria, vel diffinitiva, victus victori debeat in expenſis condemnari legitimis. Et quod quilibet victus, qui non ſit per Vicarium, qui ſententiare debeat ſummarie in cauſſa, vel per conſultorem, qui debuerit in cauſſa conſulere abſolutus ab expenſis, ipſo jure intelligatur in expenſis legitimis condemnatus eſſe: ſalvo quod quilibet, qui quocumque modo ſucceſſit in jus alterius, niſi lis fuerit conteſtata cum auctore ſuo, productis, & viſis juribus adverſæ partis, vel etiam non productis renuntiando liti, poſſit evitare condemnationem expenſarum. Et ſi petierit cauſſam committi, non poſſit renuntiare liti abſque conſenſu partis adverſæ. Quarum expenſarum taxationem Vicarius infra decem dies poſtquam fuerit requiſitus, de qua requiſitione conſtet in actis; Et poſtquam ſibi traditæ fuerint expenſæ in ſcriptis, in pœna centum ſol. taxare facere.

debeat,

Digitized by Google

debeat, & teneatur per ſe, vel per taxatorem aſſumendum per ipſum judicem. Et infra decem dies taxentur ſecundum quod eis melius videbitur convenire: habita ratione omnium expenſarum factarum occaſione dictæ litis. Et dictæ taxationi ſtetur: & ab ea non poſſit appellari, niſi in principali fuerit appellatum. Et appellatione interpoſita a ſententia, intelligatur eſſe appellatum a taxatione expenſarum, etiam ſi poſt appellationem fuerint taxatæ.

Quod mulier poſſit aſſecurari de dote, marito vergente ad inopiam. Cap. LXXIII.

SI qua mulier vult accipere tenutam de poſſeſſionibus ſui mariti, vel de bonis ſuis, conſtante matrimonio, pro ſua dote, ſeu ſolutionem habere; non poſſit eam accipere, vel habere, niſi jure ordinario quando habuerit contradictorem. Quando vero nullus comparuerit contradictor extraordinario jure, habere, & accipere poſſit eamdem, ſi probaverit maritum ipſius in eo caſu eſſe, quo dos ſolvi, & exigi poſſit videlicet, quod vergat ad inopiam, vel male utatur ſubſtantia ſua, vel quod habeat plus in debitis, quam in bonis, vel quod non audeat ſtare in civitate Belluni, & diſtrictu, & in ea habitare; & etiam in omnibus caſibus a jure conceſſis. Super quibus omnibus Rector, ſive Vicarius teneatur, & debeat procedere ſummarie, breviter, & de plano, abſque libelli oblatione, ſine ſtrepitu, & figura judicii, omni jure, & Statutorum ſolemnitate omiſſa, & tunc judex ſuper eo pronuntiet: & poſtea ponat eam in poſſeſſione tantorum bonorum mariti, quanta eſt dos. Et pro expenſis hoc modo taxandis, videlicet in ſol. centum parvorum, ſi dos fuerit centum lib. vel ejus valoris, vel exiſtimationis; & ab inde infra. Ab inde vero ſuperius denarios XII. pro libra. Quæ bona debeant æſtimari per duos bonos viros, arbitrio judicis eligendos, & in aliis bonis ſe intromittere non valeat. Et ſemper in principio litis fiant publicæ proclamationes per præconem in foro, & ſuper ſcalis Palatii communis Belluni. Et quilibet volens contradicere compareat coram Rectore ad quintam diem ad contradicendum, alioquin non valeat proceſſus. Et hoc locum habeat in futuris tantum.

De illis qui citari debent in ſcalis Palatii. Cap. LXXIV.

STatuimus, quod ſi quis voluerit requirere aliquam perſonam, vel collegium, ſive univerſitatem habitantem extra diſtrictum Belluni, vel quia commode reperiri non poteſt ut forenſis, vel vagabundus, quod competat coram D. Vicario ad videndum jurare teſtes; vel

Digitized by Google

vel ad videndum, producere inſtrumenta, vel exceptiones, vel poſitiones vel capitula, vel alia jura quæ producuntur, vel producere intenduntur contra ipſam talem perſonam, vel univerſitatem, ſive ad ſententiam audiendam, ſive ad aliqua acta civilia videndum, ſive contradicendum, & jure ſuo utendum ſuper aliquo negotio, ſuper quo fuerit requiſitus; tunc poſſit, & debeat citari de mandato Rectoris communis Belluni ſeu Vicarii in ſcalis Palatii, & in foro civitatis Belluni quod compareat ad prædicta, vel aliquod prædictorum, ad certum terminum ſtatuendum per ipſum Rectorem, ſeu Vicarium. Quæ clamatio, & citatio valeat, & teneat ac ſi perſonaliter eſſet citata, vel citatæ ad prædicta acta ſuper quibus fuerit requiſitus, vel requiſita.

De terminis dandis ad opponendum contra inſtrumentum productum. Cap. LXXV.

ITem Statuimus quod ſi quis D. Rectori, ſeu judici produxerit publicum inſtrumentum de eo quod dicit ſibi deberi: in quo apparuerit illum contra quem produxerit eſſe obligatum per ſe, vel per aliam ipſi producenti, vel alteri a quo cauſſam habuerit, & ille quem dixerit ſuum eſſe debitorem, dixerit ſe velle defendere, lecto prius inſtrumento per judicem, vel officialem, & facta ſibi interrogatione ſi voluerit contradicere; tunc judex terminum quindecim dierum continuorum aſſignet ipſi debitori ad accipiendum copiam dicti inſtrumenti, & ad producendum, oſtendendum, opponendum, & probandum omnes ſuas exceptiones dilatorias, & peremptorias: & quicquod opponere, vel probare voluerit contra dictum inſtrumentum, & in ſui defenſionem. Et in hoc caſu deponi facere teneatur teſtes infra octo dies poſt dilationem ſacramenti, pœna producenti pro quolibet teſte ſol. decem parvorum. Et tabellioni ſimiliter ſi fuerit negligens, quæ probatio fieri poſſit quolibet tempore, aliquibus feriis non obſtantibus. Exceptis feriis in honorem Dei introductis. Et tranſacto dicto termino judex quod citius poteſt infra ſpatium aliorum xv. dierum continuorum quæſtionem diffiniat, condemnando, vel abſolvendo: ſi non remanſerit per Rectorem, vel per aliud juſtum impedimentum. Quo ceſſante judex nihilominus quod citius poterit quæſtionem diffiniat. Et valeat proceſſus prædictus, & ſententia abſolutionis, vel condemnationis per inde ac ſi eſſet libelli oblatio facta, & litis conteſtatio: & alia juris ſolemnitas obſervata. Et prædicta vendicent ſibi locum circa ſortem appoſitam in inſtrumento. Si autem petatur pœna, vel intereſſe, vel damna, vel expenſæ occaſione dicti inſtrumenti, tunc offeratur libellus, & procedatur jure ordinario.

De ſli-

Digitized by Google

De ſtipulationibus, & acquiſitionibus factis alieno nomine. Cap. LXXVI.

STatuimus, & ordinamus, quod quicumque fuerit ſtipulatus aliquod debitum, vel aliquam aliam permiſſionem, vel obligationem, vel contractum aliquod fecerit, vel poſſeſſionem, vel rem acquiſiverit, ſive apprehenderit nomine alieno, ut puta tutorio nomine, curatorio nomine, vel procuratorio, vel ſimplici nomine, quocumque, vel qualitercumque nomine alieno, quod omnis actio tam directa, quam utilis: & quicquod ejus nomine acquiſiverit ipſo jure, & facto intelligatur eſſe acquiſitum ei cujus nomine ſtipulatus fuerit, & ipſis actionibus. Et utraque ipſarum poſſit uti in judicio, & extra judicium, ac ſi ſuo nomine, & proprio nomine fuerit ſtipulatus, ſine aliqua ceſſione facienda ei cujus nomine fuerit ſtipulatus, vel ſine aliquo alio contractu faciendo per ſtipulationem in eum pro quo fuerit ſtipulatus, & ille qui ſtipulatus fuerit nullam actionem acquirat ſibi, nec uti poſſit aliqua actione utili, vel directa quoquo modo.

De ſatiſdationibus Forenſium. Cap. LXXVII.

ITem Statuimus, quod quælibet perſona forenſis, quæ moverit litem aliquam, vel cauſſam cum aliquo cive, vel diſtrictuali civitatis Belluni, teneatur ſatiſdare in principio litis idonee cum bono fidejuſſore de expenſis reficiendis, & ſolvendis reo, ſi contigerit dictum forenſem ſuccumbere in cauſſa parte inſtante, alias non audiatur. Et ſi ſatiſdare non poſſit, teneatur deponere pignus ſufficiens pro ſecuritate dictarum expenſarum. Et intelligatur forenſis quicumque non habitaverit in civitate Belluni, vel diſtrictu ſive habitaverit, & non fecerit factiones cum commune Belluni per ſe, vel patrem, vel matrem, vel fratres. Idem intelligatur in convento reo forenſe: ſalvo quod ſi non poſſet invenire fidejuſſorem idoneum vel ſatiſdare de expenſis, tunc permittatur juratoriæ cautioni ipſius conventi.

HÆC SUNT STATUTA UNIVERSALIA DE PRÆSIS, SENTENTIIS, ET PRÆCEPTIS.

Per quos fieri debent Præſæ. Cap. LXXVIII.

STatuimus, quod præſæ, ſive inſtrumenta præſarum ſcribi debeant, & poſſint ſolummodo per octo notarios de ſchola notario-

riorum, vel aliquem ex ipſis octo notariis, qui fuerint in officio civitatis Belluni, præcepto dictorum notariorum interveniente, & robur, & vigorem habente tanquam in ipſum præceptum per Rectorem, vel Vicarium foret factum. Aliæ vero præſæ factæ, ſeu ſcriptæ per alios, vel per alium notarium, quod de prædictis notariis majoris officii non valeant, nec teneant tanquam præſæ, & prærogativa præſarum careant.

De executione Præſarum. Cap. LXXIX.

STatuimus, quod ſententiæ, & præcepta Rectoris, ſeu Vicarii, & præſæ, & ſententiæ arbitrorum, ſeu arbitratorum, mandentur executioni ſine libelli oblatione, & ſummarie, ſine ſtrepitu & figura judicii.

Quod contra Præſas opponi non poſſit, niſi de falſo, & de ſolutione. Cap. LXXX.

STatuimus, quod ſi quis debitor voluerit ſe defendere ab aliquo debito præſæ, de quo fuerit requiſitus, ſeu apparuerit inſtrumentum præſæ, quod non audiatur ille, qui fuerit obligatus in præſa, nec hæres ejus, nec aliquam exceptionem, vel defenſionem poſſit opponere contra præſam, niſi ſolummodo falſi, vel ſolutionis particulariter, vel in totum, vel aliam exceptionem, quæ contigerit poſt præſam tantum factam ex novo facto, vel novo caſu contingente poſt obligationem factam ipſius præſæ: quam exceptionem, ſeu exceptiones teneatur reus declarare ſaltem verbo, & in actis ſcribi facere in contradictione ſua incontinenti coram judice, præſente ſuo adverſario, vel legitime citato; ad quam exceptionem falſi, vel ſolutionis, & exceptionis cujuſque contigerit, poſtquam præſa facta fuerit, ſtatuat judex terminum ſolummodo decem dierum continuorum ad probandum. Infra quos decem dies teneatur facere deponere teſtes, vel ſaltem infra alios decem dies ſequentes primos decem dies. Quod ſi non fecerit, tunc procedat judex ad deciſionem cauſſæ prædictæ: ſalvo quod ſi intervenerit juſtum impedimentum, hoc medio quod probare teneatur infra quartum diem, tunc ſi probaverit juſtum impedimentum, judex debeat prorogare terminum quinque dierum continuorum ad faciendum deponere ſuos teſtes. Quo termino tranſacto, tunc Rector procedat ad deciſionem litis prædictæ, quæ probatio fieri poſſit, feriis non obſtantibus; exceptis feriis introductis in honorem Dei: in quibus non poſſit cognoſci, excepto quod debitor poſſit contradicere in eiſdem. Et ille, qui dixerit ſe velle defendere de debito præſæ, & ſtatutus fue-

Digitized by Google

fuerit terminus x. dierum a D. Rectore, vel judice ad probandum de jure ſuo, & non probaverit, & ſuccubuerit in cauſſa; tunc ipſe debitor condemnetur communi Belluni in viginti parvorum. Et ſi ipſe debitor probaverit de jure ſuo, & obtinuerit in cauſſa, tunc creditor condemnetur communi Belluni in libris decem parvorum. Si autem talis creditor fuerit in ſimili facinore, ſcilicet alia vice comprehenſus, vel convictus, puniatur in libris vigintiquinque parvorum: ita quod aucta malitia, creſcat & pœna. Et prædicta de pœnis vendicent ſibi locum in perſonis principalium creditorum, vel debitorum. Secus autem ſi in jus ſucceſſit alterius cum tali perſona cenſeatur juſtam ignorantiæ cauſſam habere.

Quod Præſæ, ſententiæ, & mandata Judicis exequantur, niſi interpoſita fuerit appellatio. Cap. LXXXI.

STatuimus, quod in omnibus ſingulis ſupradictis capitulis, quæ dicta ſunt de præſis, ſeu inſtrumentis præſarum habeant locum etiam in ſententiis, & præceptis factis per judicem, ſeu per Rectorem, & arbitrum, & arbitratorem, niſi fuerit a ſententia appellatum, & juſta fuerit appellatio, vel dicta fuerit nulla, vel in integrum reſtitutio contra ſententiam fuerit poſtulata, vel petitum fuerit reduci ad arbitrium boni viri, ſi in quantum peti potuerit de jure.

Quod facta ſolutione reddatur debitori Præſa, vel inſtrumentum. Cap. LXXXII.

STatuimus, quod quilibet habens inſtrumentum, vel præſam contra alium, cum ſit eidem ſolutio integra, teneatur, & debeat immediate reddere inſtrumentum cancellatum debitori, vel non cancellatum: & ſibi inſtrumentum ſolutionis facere ad voluntatem debitoris, pœna ſol. centum parvorum pro condemnato: ſalvo quod ſi juraverit coram Vicario ſe non habere prædictum inſtrumentum ad manus, tunc teneatur ipſi debitori facere unum inſtrumentum, in quo vocet ſibi ſolutum fore de dicto debito ſuis propriis expenſis, pœna ſupradicta pro condemnato. Si vero fiat ſolutio pro parte, tunc teneatur facere inſtrumentum pro ea parte ſolutionis ea die qua fit ſolutio pœna ſupradicta, cujus pœnæ medietas ſit debitoris, alia Communis.

Digitized by Google

Quomodo præſumatur ſolutio facta de Præſis, & inſtrumentis. Cap. LXXXIII.

STatuimus, & ordinamus, quod ſi præſæ, vel inſtrumenta librarum centum, vel alterius rei valoris librarum centum, & ab inde infra, in quibus apparet aliquem vel aliquam, aliquos vel aliquas fore obligatos in pecunia, vel in aliqua alia re, quæ conſiſtat numero, pondere, vel menſura, fuerint cancellatæ, vel cancellata penes debitorem, vel ejus hæredem, ſive ſucceſſorem, ipſo jure intelligatur debitor liberatus, primo jurante debitore ſolviſſe, vel ſatisfeciſſe creditori: hoc ſalvo quod per creditorem, vel ſucceſſorem ejus poſſit probari contrarium, vel caſus, vel fraus, vel amiſſio talis inſtrumenti, ſive præſæ. Si vero appareret aliquem vel aliquam, aliquas vel aliquos obligatos in majori ſumma, tunc non intelligatur talis præſa, vel inſtrumentum reddita, ſeu redditum, niſi ipſe debitor, vel obligati in ipſis præſis, vel inſtrumentis probaverit per duos teſtes idoneos reddita fuiſſe a creditore, vel ab alia perſona de mandato creditoris, aut per inſtrumentum ſolutionis. Si vero aliquis, vel aliqua vellet refici aliquod dictorum inſtrumentorum, dicendo quod amiſerit, vel aliquo caſu perdiderit, tunc recurrendum ſit ad abreviaturam. Et ſi reperiretur abreviatura cancellata, non poſſit relevari ſi fuerit a centum libris infra. Et intelligatur eſſe reſtituta, vel reſtitutum debitori per ipſum creditorem, niſi probetur contrarium, ut ſupradictum eſt. Si vero fuerit major ſumma librarum centum, tunc ſervetur modus & forma ſuperius & inferius dicta: hoc ſalvo quod ſi aliquid actum eſſet inter partes ſuper probatione ſolutionis, vel alterius cujuſcumque rei, illud quod actum eſt obſervetur. Eo ſalvo quod ſi debitum fuerit librarum centum, vel ab inde infra, probari poſſit ſolutio, vel falſitas, vel alia exceptio, quæ contigerit poſt dictam obligationem per duos teſtes idoneos, & omni exceptione majores, non obſtantibus pactis aliquibus appoſitis in inſtrumentis. Et prædicta locum habeant in contractibus factis, & fiendis, & huic Statuto renuntiari non poſſit. Et hoc Statutum circa inſtrumenta dotalia non vendicet ſibi locum.

De inſtrumentis debitorum relevandis. Cap. LXXXIV.

ITem Statuimus, quod ſi quo caſu aliquis, vel aliqua petierit a D. Vicario facere relevari aliquod inſtrumentum debiti, vel depoſiti, vel alterius cujuſcumque rei, quæ conſiſtat numero, pondere, vel menſura, in quo aliquis fuerit obligatus; tunc citetur debitor

Digitized by Google

bitor de commiſſione D. Rectoris ad hunc actum, videlicet. Si voluerit contradicere, vel defendere, quod tale inſtrumentum non relevetur, compareat ad contradicendum ad tertium diem, citando creditorem. Et tunc ſi non comparuerit ad contradicendum, tunc iterum citetur uno alio die. Et ſi in ſecundo termino non venerit ad contradicendum, & inventus citatus fuerit perſonaliter, tunc fiat pronuntiatio per judicem, quod poſſit relevari, & relevetur. Si vero non fuerit inventus perſonaliter citatus, tunc perſonaliter una alia die pro tertia vice citetur ad contradicendum pro tertia vice. Et ſi non venerit in tertia citatione, tunc pronuntietur per D. Vicarium poſſe relevari, & relevetur, non obſtante contumacia talis abſentis. Et in omnibus prædictis caſibus cum relevatum eſt inſtrumentum liceat creditori ipſius vigore poſſe exigere, agere, & petere, non obſtante quod inſtrumentum fuerit repertum cancellatum in prothocollo; reſervato tamen jure dicto debitori poſſe probare ſolutionem, vel aliud quid, propter quod poſſit ſe defendere poſtquam inſtrumentum vel præſa fuerit relevata. Si autem appareret contradictor ſummarie & de plano, Rector cauſſam contradictionis cognoſcat. Et ſi fuerit legitima, admittatur, ſin autem non fuerit legitima, non obſtante tali contradictione valeat relevari.

Qui poſſunt detineri pro debito Præſarum, & inſtrumentorum.
Cap. LXXXV.

STatuimus, quod omnes habitantes ab agro ſuperius, & ab hoſpitali Zaudi ſuperius, vel extra diſtrictum obligati in Præſis, vel præceptis, & quibuſcumque inſtrumentis, vel condemnati per Judicem Communis Belluni in pecunia, vel rebus mobilibus alicui habitanti in civitate Belluni, vel ejus diſtrictu, & ſolventi collectam, & facienti factiones cum commune Belluni ſi non ſolverint ad terminum contentum in ſententiis, vel Præſis, ſeu præceptis, & quibuſcumque inſtrumentis, capiantur, & detineantur in carcere communis Belluni donec ſatisfecerint ſuis creditoribus habentibus præſas, vel ſententias, ſeu præcepta, aut quæcumque inſtrumenta per Judicem reddentem rationem in civitate Belluni; ſalvo quod ſi voluerit probare ſolutionem, vel pactum, vel conventionem, vel aliam legitimam defenſionem, ex quo non teneatur ad ſolutionem dicti debiti, audiatur, & admittatur ejus defenſio, ſemper manendo carceratus. Sed ſi præſentaverit bonam ſatiſdationem de debito ſolvendo, & expenſas ipſi ſuo creditori, tunc debeat de carceribus relaxari. Et quod dictum Statutum non ſolum ſe ad futura extendat, ſed etiam ad præterita. Hoc ſalvo quod antequam capiantur perſonæ, admoneantur per præconem Communis de mandato Recto-

ris , vel Vicarii communis Belluni , vel per ipſum Rectorem , vel Vicarium perſonaliter , ſi reperiri poteſt , vel ſi reperiri non poteſt ; credendo de hoc relationi præconis ad domum ſuæ habitationis . Et ſi habitationem non habet , tunc ad domum in qua habitare conſueverat ; & ſi habitare non conſuevit , tunc hoc ultimo caſu , ſi contractus factus fuerit in civitate Belluni , vel diſtrictu ſufficiat clamari in ſcalis Palatii , & in foro , & in ponte Doioni alta voce , quod talis debitor uſque ad quindecim dies veniat ſolvendum , vel ſe concordandum cum tali ſuo creditore nominando præſam , vel ſententiam , vel præceptum , ſeu inſtrumentum propter quod ſibi eſt obligatus . Et ſi non venerit infra dictum terminum quindecim dierum , tunc ab inde in antea poſſit detineri , & carcerari debeat , ut dictum eſt : ſalvis ſemper Statutis loquentibus de datiis , affictibus , livellis , & revellis , & mercedibus , quorum occaſione poſſint detineri , ut dictant dicta Statuta .

De Eodem. Cap. LXXXVI.

STatuimus , & ordinamus , quod ſi contigerit quod aliquis creditor , qui habuerit præſam , vel inſtrumentum , vel tenutam contra aliquem debitorem de affictu , advocatione , ſcripturis , mercede , vel ex alia cauſſa habili ad retinendum , vel carcerandum ; & voluerit talis creditor facere detineri , & capere , ſeu carcerare talem ſuum debitorem perſonaliter pro talibus inſtrumentis , præſa , vel tenuta , quod talis perſona , ſive debitor non poſſit capi , detineri , vel carcerari perſonaliter ex tali præſa , inſtrumento , vel tenuta ad petitionem talis creditoris , niſi in ipſis præſis , inſtrumento , vel tenutis contineatur cauſſa expreſſa , & legitima dictorum affictuum , advocationis , ſcripturarum mercedis , vel ſimilium cauſſarum ſpecificatarum in eis , videlicet de affictu , cujus poſſeſſionis , & quo tempore ; de advocatione , cujus quæſtionis , vel de quibus inſtrumentis , & qua mercede , & pro quo tempore ; & ſimiliter de aliis cauſſis , ex quibus aliquis homo detineri poſſet ex forma Statutorum Communis Belluni intelligatur ſi talis captus negaverit ipſam talem cauſſam expreſſam in dictis præſa , inſtrumento , vel tenuta , legitimam fore : tunc creditor teneatur probare per unum bonum teſtem , vel per aliam legitimam probationem prædictum debitorem tempore contento in dictis præſa , inſtrumento , vel tenuta : ſi fuerit de affictu , quod fuerit habitator ſuus ; ſi pro advocatione , quod fuerit advocatus , & de qua quæſtione ; & ſi pro ſcripturis , de quibus ſcripturis , vel de quibus chartis , vel inſtrumentis ; & ſi pro mercede , vel opere , de qua mercede , & de quo opere : & de prædictis probationibus fiendis ſufficiat , ſi probat per unum

teſtem

teſtem bonum, vel per ipſas ſcripturas interim in omnibus caſibus ſupradictis, ipſo debitore capto manente, donec fuerit talis probatio facta. Quæ ſi fieri non poſſet, ſtatim poſtea relaxetur, & aliter non poſſit dictus talis debitor, ſeu perſona capi, & carcerari ad poſtulationem ipſius talis creditoris: hoc ſalvo, quod licet in dictis præſa, inſtrumento, vel tenuta contineatur dicta talis cauſſa expreſſa, ut dictum eſt, & debitor voluerit in ſe ſuſcipere onus de probando, & carcerando, quod prædicta talis obligatio fuerit ex alia cauſſa non habili ad detinendum, & carcerandum; tunc audiatur per Rectorem, ſed interim maneat detentus ad inſtantiam creditoris, donec probaverit. Qua cauſſa non legitima per ipſum debitorem probata, ſtatim debeat relaxari. Et quod talis creditor, qui fecit fieri præſam, inſtrumentum, vel tenutam pro affictu, advocatione, ſcripturis, vel mercede, vel alia ſimili cauſſa, quæ probari poterit fore fictitiam in fraudem debitoris poſitam, non poſſit uti aliquo beneficio prioritatis vel hypothecæ, vigore talis præſæ, inſtrumenti, vel tenutæ in ſui dicti debitoris bonis ex jure, vel Statntorum communis Belluni forma, quibus juribus, & Statutis quantum ad ipſam non legitimam cauſſam præſens Statutum derogat in hac parte, & ſpecialiter Statuto communis Belluni poſito in volumine Statutorum, in ſecundo libro, ſub rubricam *de ruſticis, & villanis*. Non obſtantibus Statutis communis Belluni ſpecificatis ſuperius, & omnibus aliis Statutis & reformationibus communis Belluni loquentibus in contrarium. Salvo ſemper jure ipſi creditori in talibus præſis, inſtrumentis, vel tenutis contra talem ſuum debitorem, ad excuſſionem pignoratitiam faciendam contra ipſum debitorem, & ejus bona, & jura, juxta formam Statutorum communis Belluni loquentium *de pignoribus præſarum, præceptorum, inſtrumentorum, & tenutarum, & ſimilium* poſitorum in præſenti volumine Statutorum. Et creditor qui aliam cauſſam fecerit apponi in inſtrumentis ſupradictis, quam re vera erit, vel fuerit, condemnetur in ſol. x. parvorum pro ſingula libra denariorum.

De Scriptura privata. Cap. LXXXVII.

STatuimus, quod ſi qua perſona ſua propria manu ſcripſerit in charta membrana, ſive bombicina ſe teneri, aut teneri ſe facere, vel ſe ad aliquid faciendum, vel dandum ſe obligaverit aliquid alicui perſonæ, collegio, vel univerſitati, & dictus creditor querimoniam expoſuerit de illa perſona, quæ ſe obligaverit, & ſcripſerit ſua manu propria, quod non vult obtemperare, ſive obſervare ſuam ſcripturam ſua propria manu, ſive acquieſcere ipſi ſcripturæ, & illa talis perſona, quæ ſcripſerit ſe obligando, negaverit illam eſſe ſcriptu-

ram

ram ſua propria manu factam ; tunc locato termino per dictum Vicarium ipſi tali creditori, vel conquerenti, vel illi habenti jus in dicta ſcriptura ad probandum de jure ſuo , ſcilicet , utrum dicta ſcriptura producta in judicio coram eo , de qua conqueritur talis creditor ſcit ſcripturam manu ſua eſſe, vel non, & ille probaverit aut per teſtes duos , vel plures dictam ſcripturam talem eſſe ſua propria manu factam in eorum præſentia ; tunc dicta talis ſcriptura mandetur executioni , quemadmodum mandantur præſæ , & inſtrumenta præſarum. Et ille talis debitor , qui ſcripſerit talem ſcripturam , & negaverit eam , condemnetur in libris decem parvorum dandis , & ſolvendis communis Belluni Maſſario , ſi debitum fuerit a quinquaginta libris ſupra . Et ſi fuerit minoris numeri , condemnetur in ſol. centum parvorum.

De comparatione litterarum. Cap. LXXXVIII.

ITem Statuimus , quod ſi contigerit talem creditorem , vel ejus hæredes, vel habentes cauſſam a creditore , vel ejus hæredibus, vel alio modo habentes jus , & actionem in dicta tali ſcriptura , quod non potuerit probare per teſtes talem ſcripturam eſſe ſcriptam manu ipſius debitoris , qui ſe obligaverit , ut præmittitur ; tunc poſſit fieri probatio per comparationem litterarum , ſive per publicam ſcripturam, ſive per privatam ſcripturam, alias per dictum talem debitorem, qui ſcripſerit dictam talem ſcripturam , de qua eſt quæſtio ad præſens coram D. Vicario . Et ſi tunc fuerit probatum per teſtes , quod dicta talis ſcriptura aſſimilatur vere ſuæ ſcripturæ, & eſt, & eſſe videtur : & in hoc caſu fiat probatio per quatuor notarios bonæ famæ & opinionis , vel plures , qui alias viderint de ſcripturis , & de forma ſcripturarum dicti obligati in dicta ſcriptura . Et facta dicta probatione , mandetur executioni , ut dictum eſt . Et tunc in hoc caſu condemnetur in libris vigintiquinque parvorum , ſi debitum fuerit a centum libris ſupra . Si fuerit minoris numeri, condemnetur in libris decem parvorum . Et etiam ſi factum fuerit in obligatione, æſtimetur ipſum factum per tres bonos viros non ſuſpectos . Et ſi aſcendit ultra libras centum, tunc condemnetur, ut dictum eſt, in libris vigintiquinque parvorum. Si minus, in libris decem parvorum.

Quod obligatio etiam ſpecialis bonorum in ſcriptura privata non ſit præjudicialis prioribus creditoribus. Cap. LXXXIX.

ITem Statuimus , quod occaſione talium ſcripturarum factarum manu propria alicujus perſonæ , qui ſcripſerit ſe obligando in dan-

dando, vel faciendo, quod bona ipſius propter hanc ſcripturam, & obligationem talem non intelligantur obligata. Et quod ſemper alii creditores ipſius habentes tacitam hypothecam ex auxilio & forma Legis & Statuti communis Bellum præferantur illis talibus creditoribus ſcriptis in dicta cedula, vel ſcriptura, etiam ſi in dicta tali ſcriptura bona fuerint ſpecialiter, & generaliter obligata.

Quod confeſſio habeatur de ſcriptura privata, interrogato bis dubitante.
Cap. XC.

ITem Statuimus, quod ſi talis, qui ſcripſerit talem ſcripturam cum requiſitus fuerit per D. Vicarium ſi ſcripſerit illam ſcripturam, & ille dixerit, *dubito*, tunc ſtatuatur terminus trium dierum ad deliberandum. Et poſtea ſi adhuc dixerit, *dubito*, tunc habeatur, ac ſi ſponte confeſſus fuerit dictam ſcripturam ſua propria manu facta, & mandetur executioni, ut præmittitur, ſicuti eſſet præſa, vel præceptum in confitentem: hoc ſalvo quod ſi eſſent tranſacti decem anni, ex quibus dicta ſcriptura eſſet facta, tunc ille libere poſſit dicere, *dubito*, in omni caſu ſine aliqua pœna. Et in hoc caſu fiant probationes ſupradictæ, & nullam pœnam patiatur etiam condemnationis.

Quod ſcriptura privata mandetur executioni ut Præſæ.
Cap. XCI.

STatuimus, quod quandocumque fuerit producta talis ſcriptura, propria manu facta alicujus perſonæ, & illa talis perſona confeſſa fuerit præſente creditore, quod illam bene ſcripſerit ſua propria manu; tunc mandetur executioni ſicut præſæ mandantur, vel fiat præceptum per Vicarium de ſolvendo juxta formam Statuti ſexti, poſiti ſub rubrica *de Judiciis*, ad voluntatem creditoris.

De Exceptionibus faciendis contra ſcripturam privatam.
Cap. XCII.

STatuimus, quod in omnibus ſupradictis caſibus ille qui ſcripſerit, & confeſſus fuerit ſe ſcripſiſſe, nihilominus poſſit oſtendere ſolutionem, vel quietationem, vel pactum de non petendo, vel aliam defenſionem propter quam excluditur talis creditor ſcriptus in dicta charta, ſeu cedula, vel ſcriptura ſecundum formam Statuti, qui loquitur de præſis. Et ſuper his ſtatuat judex terminum ſui arbitrio ſecundum qualitatem facti, & conditionis perſonarum. Et ſi contigerit dictum talem creditorem ſuccumbere in cauſſa, condemnetur ſi de-

Digitized by Google

ſi debitum fuerit a centum libris ſupra in libris decem parvorum : ſi fuerit a libris centum infra , in ſoldis centum condemnetur communi Belluni . Et ſuper his cognoſcatur ſummarie de plano , ſine ſtrepitu & figura judicii , tamen cum moderatione terminorum ſecundum qualitatem , & quantitatem , & conditionem perſonarum , & facti. Si vero negaverit, & convictus fuerit per teſtes , vel per comparationem litterarum, vel alio modo; tunc ejus contradictione non obſtante mandetur executioni talis ſcriptura, ut ſupradictum eſt.

HÆC SUNT STATUTA DE PIGNORIBUS.

De Pignoribus, & *modo pignorandi*. *Cap. XCIII.*

STatuimus, quod ſi quis fuerit obligatus in aliquo inſtrumento , & de mandato D. Vicarii ſponte dare voluerit pignus præconi ad petitionem ſui creditoris valeat tale pignus , & procedi poſſit ad venditionem ipſius ac ſi de debito fuiſſet præſa , vel ſententia , & ſponte non intelligatur deſignare pignus , dicendo tamen *ſe velle contradicere* . Et ſi ſponte deſignaverit, & poſtea reſtituere noluerit ad terminum quindecim dierum, tunc poſſit fieri revellum.

De eodem fuſius. *Cap. XCIV.*

ITem Statuimus , quod præco communis Belluni ad petitionem creditoris præſam, vel ſententiam habentis, ſive præceptum, vel jus aliquod, ex quo fieri poſſit , vel debeat pignus de mandato judicis, vel officialis officii majoris, poſſit ire & debeat ad pignorandum debitorem creditoris prædicti ; & ab ipſo debitore pignus accipere mobile ſi invenerit ſufficiens ad debitum , ſi debitor habet . Et ſi non haberet ſufficiens ad totum debitum, tunc pro ea parte, quæ poteſt inveniri, quod tradere teneatur dicto præconi ipſe debitor incontinenti pœna librarum trium parvorum, cujus medietas ſit Communis, & alia creditoris. Quam pœnam ſolvere teneatur uſque ad quindecim dies, & in illam incidat ipſo facto abſque aliqua ſententia ferenda. Et præfatus præco teneatur ponere pignora in camera pignorum in termino trium dierum poſtquam factum fuerit pignus ſub prædicta pœna . Et ſi pignus aliquod non haberet mobile, quod jurare teneatur infra tertium diem, a die petiti pignoris, præſente ſuo adverſario, vel legitime citato, pœna ſupradicta, quod ſi non comparuerit ad jurandum modo & forma ſupradictis , Rector, ſive Vicarius teneatur ad inſtantiam creditoris , dictum talem debitorem, ſic jurare recuſantem pro dicto debito, perſonaliter detineri facere , elapſo termino prædicto trium dierum . Et ſimiliter de bo-

Digitized by Google

de bonis facere accipi dicti ſui debitoris. Et eo modo, & forma ut ſuperius de ea dictum eſt. Et nihilominus hoc facto teneatur facere Rector inquiri, & tentari de ipſo pignore mobili ad voluntatem creditoris, etiam ſi debitor dixerit ſe velle defendere. Et ſi dictum pignus mobile, ſive a principio, ſive poſt dictum juramentum dicti debitoris inventum fuerit, ſive habere poterit per præconem; Tunc idem præco prædictum pignus tradat, ſeu ponat in cuſtodia, & ſalvamento alicujus boni viri, ſive in camera pignorum. Et præcipiat debitori, ſeu ejus familiæ ad domum ſuæ habitationis, quod infra ſpatium quindecim dierum, appellando creditorem, ad cujus petitionem fuerit pignoratus quod compareat coram Judice ad contradicendum dictæ pignorationi. Et ſi comparuerit infra terminum prædictum, ſibi a præconem ſtatutum modo prædicto, ſcilicet appellando creditorem; Tunc inter ipſum creditorem & ipſum debitorem ſummaria per judicem fiat cognitio, & dictum pignus remaneat ſequeſtratum, donec de quæſtione fuerit cognitum, & pronunciatum per judicem, niſi ipſe debitor fecerit idoneam ſecuritatem de parendo juri, & de ſatisfaciendo eidem integre de omni eo, quod ſibi creditori debere conſtiterit, & de ſatisfactione expenſarum, ſi ipſe debitor convictus fuerit. Et ſi debitor non comparuerit in dicto termino ſibi ſtatuto per præconem dictæ præſæ, vel ſententiæ, ſive juris executio prorſus fiat per venditionem dicti pignoris publice factam cum ſubhaſtatione, ſeu cum licitatione, ut plus offerenti detur, de cujus venditionis prætio fiat ſatisfactio creditori. Si vero emptor juſtum prætium offerens inveniri non poſſit, tunc pignus inſolutum ſui debiti tradatur uſque ad ſummam ſui debiti, & expenſarum, per eum factarum. Reſiduum vero prætii, quod ſuperfuerit ex venditione prædicta, aut ex datione dicti pignoris inſolutum per camerarium debitori ſtatim detur. Si vero pignus prædictum minus valuerit, quam creditoris debitum: ita quod ex eo pignore non potuerit de debito & expenſis ſatisfieri plenarie creditori in omne reſiduum ſibi contra dictum debitorem, & cætera ejus bona, omnis actio integre reſervetur. Et ſi dixerit debitor ſe velle defendere, & præco varentaverit ipſum debitorem dixiſſe ſe velle defendere, quod de hoc fides adhibeatur præconi; elapſis quindecim diebus a die facti pignoris in antea Camerarius teneatur, & debeat vendere ipſum pignus, & ſatisfaciat creditori vendendo pignus publice proclamando, & ſubaſtando illud. Quod ſi dictus camerarius prædicta non attenderit, nec obſervaverit, & creditor de hoc quærimoniam fecerit coram Rectore Belluni, vel officiali; Tunc Camerarius puniatur in ſoldis decem parvorum, quos incontinenti, facta quærimonia, ſolvere teneatur, & compellatur, abſque aliqua ſententia pro aliquo pignore, & qualibet vice, & nihilo-

P

Digitized by Google

hilominus pignora vendere teneatur. Et in omni ſupraſcripto pignore mobili, ſine aliqua æſtimatione fienda vendi poſſit ad voluntatem creditoris, ipſum ponendo ad incantum. Si autem pignus mobile quoquo modo, ut dictum eſt, inveniri non poſſit, tunc prædictus præco, qui miſſus fuerit ad talia exequenda, poſſit intromittere, & pro pignore accipere de bonis immobilibus dicti debitoris, de quibus voluerit ipſe creditor. Quo facto fiat præceptum dicto debitori, ſive ejus familiæ ad domum habitationis ejuſdem, quod uſque ad dictum terminum quindecim dierum coram Rectore, vel Vicario debeat comparere, modo & forma, ut dictum eſt ſupra de pignore mobili. Et ſi infra dictum terminum eo modo comparuerit: tunc ſummarie fiat cognitio per judicem inter creditorem & debitorem, ut dictum eſt ſupra de pignore mobili. Si autem dictus debitor infra dictum terminum non comparuerit, ut dictum eſt, dictæ præſæ, ſive ſententiæ, aut juris executio prorſus fiat, exceptione aliqua non obſtante, niſi tantummodo ea, quæ ipſi debitori competeret, aut competere poſſet tantummodo poſt pignus factum. Et fiat dicta executio ſuper ipſo pignore immobili hoc modo, videlicet, quod dictum pignus ſive ipſa bona immobilia intromiſſa & accepta pro pignore de mandato D. Rectoris, ſeu Vicarii, primo æſtimentur per æſtimatores ad hoc per partes electos, & ſecundum eorum officium, ut infra in ſtatuto de æſtimatoribus in eorum officio continetur. Qua æſtimatione facta, & in ſcriptis, & in actis notarii de medio redacta, tunc idem præco, vel alter pro eo, ſi prædictus eſſet impeditus de mandato D. Rectoris, vel Vicarii procuret vendere publice dicta bona immobilia cum ſubaſtatione, ſeu licitatione, ut plus offerenti detur, ponendo ea, & clamando in tanto prætio, quanto fuerit æſtimata per æſtimatores antedictos publice proclamando & ſubaſtando per ſpatium trium dierum per plateam & forum civitatis Belluni, & extra portam dojoni, & quarto die diſtribuat, & vendat illa, ſi invenerit emptorem, & plus offerentem dicta æſtimatione. Et ſi non invenerit, det inſolutum dicto creditori pro tanto, quanta eſt dicta æſtimatio. Et ſi plus, vel minus quam fuerit creditum ſit vendita, vel inſolutum data pro dicta æſtimatione, & dicta æſtimatio ſit minus, aut plus quam creditum, tunc in illo pluri, & minori idem obſervetur, ut dictum eſt de pignore mobili. Item ſi pignus venditum fuerit, vel inſolutum datum, quod liceat debitori illud poſſe exigi tam ab emptore, ſi venditum fuerit, quam a creditore ſi datum fuerit inſolutum creditori infra quindecim dies, ſi debitum fuerit a viginti libris infra, a viginti libris ſupra uſque ad quinquaginta, infra unum menſem poſſit exigere. A quinquaginta libris ſupra, habeat ſpatium duorum menſium ad exigendum dictum pignus, a die venditionis

in an-

Digitized by Google

in antea, & denuntiationis ei ſactæ per præconem ad petitionem creditoris, vel emptoris, ſolvendo prætium emptori, vel creditori, cum ſex denariis pro libra tam debiti, quam expenſarum. Et hoc ſi pignus fuerit immobile. Si vero fuerit mobile, tunc habeat medietatem termini antedicti ad exigendum, dum tamen ſacta venditione, fiat denuntiatio per præconem creditoris, vel emptoris, quod debeat exegiſſe tale pignus venditum, vel inſolutum datum uſque ad dictum terminum ſupra nominatum. Et ſi debitor infra dictum terminum non exegerit, ſacta ſibi denuntiatione, quod ab inde in antea non audiatur: & pignus venditum, ſeu inſolutum datum, pertineat ad emptorem, ſeu creditorem, qui illud emerit, ſeu inſolutum acceperit: ſalvo quod debitor non poſſit moleſtari de dicta re vendita, ſive inſolutum data: nec expelli de poſſeſſione ipſius uſque ad tempus exactionis, ſi res eſt immobilis. De mobili autem, ſtatim ſacta venditione, poſſeſſio transferatur in emptorem, & ipſi emptori tradatur. Quod ſi debitor non exegerit infra tempus prædictum, tunc præſumatur poſſediſſe nomine emptoris, vel nomine illius, cui data fuerit in ſolutum. Et quod quodlibet pignus intelligatur venditum, vel datum inſolutum, ſalvo jure cujuslibet prioris creditoris, vel habentis meliora, & potiora jura. Et quod licitum ſit etiam poſteriori creditori poſſe offerre prætium emptori, vel creditori, cui datum fuerit inſolutum uſque ad duos menſes ſequentes, dicta venditione & denuntiatione ſacta debitori, ſi res, ſive pignus eſt immobile. Si vero fuerit mobile, tunc poſſit offerre prætium uſque ad unum menſem: & ab inde in antea non audiatur. Et teneatur Rector per ſacramentum inducere emptorem in quietam poſſeſſionem, & expeditam talis rei venditæ, & inſolutum datæ ſtatim tranſacto termino exactionis ad voluntatem creditoris. Cui ſtatuto præſenti ſupraſcripto renuntiari non poſſit, etiam cum ſacramento modo aliquo. Et ſi renuntiatio ſacta eſſet quocumque modo, & qualitercumque; non valeat, nec teneat. Nec admittatur talis renuntiatio, quoquo modo per Rectorem ſub vinculo ſacramenti. Et ſi quis creditor ſibi ſtipulatus fuerit renuntiationem aliquam contra iſtud præſens ſtatutum, condemnetur in ſol. quinque parvorum pro ſingula libra denariorum ejus, cujus fuerit creditum. Medietas cujus condemnationis ſit communis, & alia debitoris, qui talem fecerit renuntiationem. Et nihilominus dicta renuntiatio ſit nulla, & non valeat modo aliquo. Statuto, vel Lege aliqua in contrarium loquente non obſtante.

De Pignore rei immobilis. Cap. XCV.

STatuimus, & ordinamus, quod ſi præco non poterit habere pignus mobile, de quo credatur eidem ſi varentaverit ſe pignus mobile non invenire, nihilominus tamen ad requiſitionem creditoris poſſit tentari debitor in ejus habitatione, & alibi, ubi creditor voluerit, utrum inveniatur pignus mobile, vel non. Et ſi pignus mobile habuerit, & receperit pro pignore, tunc procedatur ad executionem dicti pignoris rei immobilis in hunc modum, videlicet: Per venditionem, & ſubaſtationem dicti pignoris per forum, plateam, & extra portam dojoni per dictum præconem, vel per alium præconem, qui habuerit mandatum a D. Vicario, clamando alta voce in dictis locis, dictum pignus eſſe venale ad incantum, & in tanta quantitate, æſtimatione prius præcedente, ut ſuperius dictum eſt. Et hoc faciat dictus præco ad minus per tres dies, & non pauciores, & quarta die diſtribuat, & det plus offerenti, aut inſolutum dicto creditori; Si dictus debitor plus obtulerit. Et in his caſibus ſervetur etiam forma ſupraſcripti ſtatuti, in quo loquitur de pignore mobili tam de ſuperfluo, quam de reſiduo dicti creditoris. Et quod quilibet præco teneatur varentare venditionem prædictam coram Rectore, vel officiali officii majoris. Dummodo prædictæ ſubaſtationes, & venditiones fiant poſt nonam, & ante veſperas, & a ſecunda hora diei uſque ad horam tertiam.

De ſecuritate danda per Forenſes, ementes pignora. Cap. XCVI.

ITem pignus aliquid non poſſit vendi, vel inſolutum dari alicui forenſi, niſi idoneam ſecuritatem fecerit de ſervando pignus in civitate Belluni uſque ad decem dies, ſive ad terminum poſitum in Statuto, ad hoc ut debitor ipſum exigere poſſit, pœna camerario contrafacienti librarum decem, & reſtituendi pignus.

Cui cedatur damnum, & utilitas pignorum venditorum. Cap. XCVII.

ITem Statuimus, quod quandocunque aliquod pignus venditum fuerit ad incantum alicui, aut inſolutum datum creditori, quod uſque ad tempus exactionis competens debitori ex forma ſupraſcripti Statuti, omne commodum acceſſionis, & meliorationis ipſius pignoris pertineat debitori, ſi ipſum exegerit, aliter non; & infra dictum terminum exactionis omne periculum interitus rei venditæ pertineat ad debitorem.

De mo-

De modo æſtimandi pignora , & de mercede æſtimatorum. Cap. CXVIII.

ITem Statuimus , quod quandocunque pignus debet æſtimari , ut ſupradictum eſt , quod forma infraſcripta ſervetur , videlicet , quod eligatur unus æſtimator ex parte creditoris , & alter ex parte debitoris , quibus deferatur Sacramentum per D. Rectorem , ſeu Vicarium , de juſte , & fideliter æſtimare pignus . Quod pignus poſtquam præceptum fuerit per D. Rectorem , ſeu Vicarium , debeant æſtimaſſe uſque ad quinque dies proxime futuros , ab agro & hoſpitali de Zaudo inferius . Additis vero locis ſuperius uſque ad decem dies . Quam æſtimationem infra dictum terminum in ſcriptis , aut oretenus debeant declarare D. Rectori , ſeu Vicario, vel Officiali , & ſcribi debeat dicta æſtimatio in actis officialis . Et hoc ſub pœna librarum decem pro quolibet condemnato , in quam pœnam incidat ipſo facto , niſi juſtum intervenerit impedimentum , arbitrio judicis. Et habeant dicti æſtimatores pro eorum labore denarios quatuor pro libra , communicandos inter ſe . Qui denarii ſolvantur expenſis pignoris . Et ſi dicti æſtimatores non poſſent eſſe concordes in dicta æſtimatione, quod tunc per D. Vicarium eligatur tertius . Et tunc quid per majorem partem ipſorum trium æſtimatum erit, ſit ratum, & inter ipſos tres communicentur dicti quatuor denarii pro libra. Et ſi debitor recuſaret æſtimatorem dare pro parte ſua juxta præceptum ſibi factum perſonaliter , vel ad domum per præconem de mandato Vicarii, aut contumax eſſet in dando, tunc per D. Vicarium detur æſtimator pro parte ipſius debitoris.

Quod Pignora moveantur de domo debitoris. Cap. XCIX.

STatuimus ad quorumdam malitiam convincendam , quod quotieſcunque , & quandocumque præco debeat aliquem pignorare ſecundum formam Statutorum , ad inſtantiam creditoris , quod dictus præco teneatur pignus mobile , vel ſe movens idoneum ad integram ſolutionem debiti , & expenſarum accipere , & illud pignus deponere , vel ponere in cuſtodia boni viri , expenſis pignoris . Ita quod pignus non remaneat penes pignoratum , ſeu debitorem , pœna ſol. viginti parvorum cuilibet præconi contrafacienti , & qualibet vice. Salvo Statuto, quod loquitur de debitore, qui venerit ad jurandum ſe non habere pignus mobile . Tunc idem præco, relatione facta judici, vel officiali, ſine pœna poſſit accipere de bonis immobilibus ipſius debitoris , de quibus voluerit creditor intromittere , & ſequeſtrare , & pro pignore accipere . Hoc addito , quod.

quod ſi pignus factum per præconem, quod prima facie videatur idoneum dicti debiti, ad ſolutionem & expenſarum, & tempore venditionis minus ſufficiens ſit repertum ad ſolutionem dicti debiti, & expenſarum; Tunc vendito primo pignore, ſtatim ſine pœna debeat idem præco ad voluntatem creditoris pro reſiduo & complemento ire ad accipiendum pignus mobile, & immobile, uſque ad complementum dicti debiti, & expenſarum, ſtatim exequi, & vendere ſine intervallo, non obſtante aliquo Statuto. Salvo eo quod poſſit exigi dictum pignus ſecundum formam Statuti prædicti.

De executione facienda in bonis rebellium. Cap. C.

ITem ſtatuimus & ordinamus, quod ſi aliquis fuerit rebellis, vel bannitus dominationis noſtræ, aut Communis Belluni, & fuerit in eo caſu, quod non audeat eſſe in civitate Belluni, & præco iverit ad habitationem ſuam, ubi ſolebat habitare, & non invenerit pignus mobile; quod tunc dicto creditori poſſit per Rectorem dari tenutam, & de bonis talis rebellis, vel banniti, ſcilicet, de immobilibus uſque ad ſatisdationem ſui debiti. Salvo jure cujuslibet prioris in talibus bonis in ordinario judicio hypothecariæ actionis. Et valeat dicta poſſeſſio in tenuta, & per ipſum Rectorem, vel præconem de mandato Rectoris inducatur creditor in quietam poſſeſſionem. Quod Statutum locum habeat, niſi bona fuerint publicata, quo caſu ſerventur jura creditoribus, ſecundum formam juris communis.

De termino vendendi pignora per Camerarium, facto ſibi præcepto. Cap. CI.

ITem Camerarii pignorum debeant vendere pignora infra octo dies poſtquam præceptum fuerit eis per D. Rectorem, vel Vicarium, quod vendere debeant pignus, quod ſi infra dictum terminum non vendiderint ipſa pignora, ſi pignus fuerit de quantitate ſol. ſexaginta parvorum, vel ab inde infra, condemnentur in ſol. quinque parvorum pro quolibet pignore. Et ſi pignus fuerit a ſexaginta ſol. uſque ad decem libras, condemnentur in ſol. decem parvorum pro quolibet pignore. Si vero pignus fuerit a decem libris ſupra, condemnentur in ſol. viginti parvorum pro quolibet pignore. Quas pœnas ſolvere compellantur dicti camerarii ſtatim, cum de eis querimonia fuerit facta per creditorem, niſi fuerit juſtum impedimentum, cujus pene medietas ſit communis, & alia creditoris. Et omnia pignora poſſint vendi, & ſubaſtari quolibet tempore, & die. Non obſtantibus aliquibus feriis, exceptis feriis ſolemnibus introductis ad honorem Dei, & Sanctorum ejus per Statuta Communis Belluni, ſub rubrica de Feriis.

De.

Digitized by Google

De illis, penes quos deponuntur pignora. Cap. CII.

ITem quod illi, quibus pignora facta occaſione præſarum, vel affictuum, vel alia de cauſa, qua potuerint pignorari debitores, data fuerint in ſalvamento, & ipſa pignora non reſtituerint, ſuper præceptum eis factum per judicem rationis civitatis Belluni vel per præconem ex parte ipſius judicis, condemnentur in ſol. ſexaginta pro quolibet, & qualibet vice. Et poſſint detineri donec ipſa pignora reſtituerint, & dederint præconi, vel creditori ſuper præceptum judicis rationis, niſi bonis ſuis ceſſerit, vel judicaverit creditori. Et de hoc fides adhibeatur præconi ſine alia probatione, dummodo illud probaverit per unum teſtem, adverſario negante. Cujus condennationis medietas ſit creditoris. Et Rector incontinenti ad voluntatem ſuam teneatur mittere ſuam familiam ad recuperandam ipſa pignora, vel alia ſufficientia ad ſolutionem creditoris, expenſis illius, qui voluerit reſtituere. Si vero pignus penes debitorem principalem fuerit relictum, & ad fidejuſſorem, qui fuerit pignoratus, reſtituere denegaverit, & exinde revellum factum fuerit, tunc talis perſona, quæ reſtituere noluerit, detineatur quamcunque ad petitionem ſui creditoris, nec inde relaxetur, niſi prius ſatisfecerit ſuo creditori de debito, & expenſis.

Quod emptores pignorum ſolvant ſtatim pretium pignoris empti. Cap. CIII.

ITem qui emerit pignus a camerario factum occaſione præſarum, vel affictuum vel alterius legitimæ cauſæ, teneatur ſolvere ſtatim idem emptor prætium pignoris venditi ipſi camerario, ut detur illi, ad cujus petitionem venditum fuerit uſque ad concurrentem quantitatem debiti, & expenſarum; reſiduum vero dari debeat debitori, ſi præſens eſt. Si vero fuerit abſens, facta citatione legitima, deponere penes quem judex mandaverit, debitori reverſo reſtituendum. Et ſi non ſolverit tale prætium camerario, tunc Rector ipſum emptore debeat detinere, & ipſum non relaxare, niſi prætium ſolverit. Et dictus judex, vel Rector antequam ipſum emptorem detineat, teneatur videre varentationem venditionis dicti pignoris. Et ſi quæſtio fuerit, vel orietur occaſione talis venditionis, vel pignoris; Tunc Rector per ſacrum ſummarie, & ſine ſtrepitu & figura judicii, procedat omni die, etiam feriato ſolemni.

Digitized by Google

De illis qui non ſunt habiles ad ſolvendum pignora empta.
Cap. CIV.

STatuimus quod ſi res aliqua mobilis, vel immobilis fuerit ſubaſtata ad incantum; & vendita alicui, & ille qui emerit, & cui data fuerit, non fuerit habilis ad ſolvendum prætium dicti pignoris venditi, tunc condemnetur in ſoldis centum parvorum. Et iterum dicta res vendita ſubaſtetur, & plus offerenti detur. Salvo ſemper, & reſervato jure ipſi creditori in dicto debito. Et intelligatur non eſſe habilis ad ſolvendum, ſi ſtatim non ſolverit. Et ad voluntatem creditoris determinetur; & declaretur ipſum eſſe habilem, vel fore detinendum, ſi ſtatim non ſolverit.

De deſignatione pignorum. Cap. CV.

ITem Statuimus, quod quilibet, qui de jure poteſt pignorari, teneatur pignus de ſuis propriis bonis deſignare, & non de alienis; quod ſi de alienis deſignaverit, condemnetur in ſol. decem parvorum. In quam pœnam incidat ipſo facto, & ſtatim ea ſolvere compellatur. Salvo quod ſi deſignaverit de bonis alterius habentis poſtea ratum, & conſentientis, valeat talis conſignatio pignoris in præjudicium utriuſque, tam debitoris, quam ejus, cujus res fuerit conſignata.

Quod equi, arma, lectiſternia, & veſtes quotidianæ non accipiantur pro pignore. Cap. CVI.

EQui, ſeu arma aliqua impoſita pro communi alicui militi, peditì, archatori, ſeu baliſterio de diſtrictu Belluni, non poſſint, nec debeant eis in pignore auferri, vel vendi pro aliquibus ſuis debitis. Item non poſſint pro pignore capi, invito debitore, lectus ſuper quo jacet debitor, cum lectiſterniis, & veſtes quotidianæ ipſius, & uxoris, & familiæ. Alias vero veſtes tam uxoris, quod ipſius debitoris poſſint accipi pro pignore, pro debito viri, reſervato jure hypothecæ ipſi mulieri.

Quod pignoratio duret per duos menſes. Cap. CVII.

SI aliquis fecerit debitorem ſuum pignorare, ipſe inſtare, & procurare debeat, ut jus ſuum conſequatur contra ſuum debitorem infra duos menſes continuos, poſtquam præco retulerit ſe pignus feciſſe. Alioquin pignoratio, & quæ facta fuerint circa pignus, nullius

lius ſint valoris. Et hoc niſi juſtum interveniat impedimentum in prædictis. Et intelligatur etiam juſtum impedimentum, cum debitor comparuerit ad contradicendum ſuper contradictione litigando.

Quando poſſunt vendi pignora. Cap. CVIII.

STatuimus, & ordinamus, quod facta denunciatione, ſeu praecepto per præconem ex commiſſione judicis, ille, qui pignoraverit rem, ut ipſam exigat uſque ad decem dies continuos, ſi ipſam non exigerit, vel contradicturus non comparuerit præſente creditore, vel legitime citato; Tunc vendi poſſit, & debeat dictum pignus cum æſtimatione, & ſubaſtatione, quemadmodum venduntur pignora facta pro præſis, & ſententiis. Salvo, quod ſi pignus fuerit valoris ſol. viginti parvorum vel infra tunc clamatione facta per præconem de mandato judicis, quod quilibet habens pignora talia penes talem perſonam uſque ad octo dies ipſa exigat, alioquin ab inde in antea licite poſſint vendi per præconem, alia ſolemnitate non obſtante.

HÆC SUNT STATUTA DE FIDEJUSSIONE, DE CESSIONE BONORUM, ET DE EXECUTIONE EORUMDEM.

De Fidejuſſoribus. Cap. CIX.

STatuimus, & ordinamus, quod ſi ille, vel illa perſona, quæ fuerit principalis in aliqua obligatione, vel promiſſione, vel ſatiſdatione apparuerit fuiſſe fidejuſſorem, vel interceſſorem, quod eadem principalis perſona obligata teneatur ſuum fidejuſſorem, vel fidejuſſores, ſeu interceſſores extrahere, & eximere de dicta obligatione, promiſſione, & ſatiſdatione ad terminum contentum in obligatione, ſive in inſtrumento obligationis. Et ſi in obligatione non eſſet appoſita dies, tunc ad terminum arbitrio judicis ei ſtatuendum, dum tamen terminus ipſe duos menſes non tranſeat a die obligationis; quod ſi non fecerit, poſſit pignorari, & agi contra ipſum debitorem principalem, ac ſi eſſet obligatus in præſa aliqua dicto fidejuſſori, vel poſſit detineri ad voluntatem fidejuſſoris: & in carceribus trudi, & inde non relaxari, niſi exemerit ipſum fidejuſſorem a dicta obligatione, cum damnis, & expenſis intereſſe. Et de his cognoſcatur ſine libelli oblatione, figura, & ſtrepitu judicii. Et hoc etiam locum habeat in pluribus reis debendi, vel in conſtitutionibus, vel ſociis, quando aliquis eorum ſolverit aliquod ultra partem ſibi contingentem a creditore fuerit moleſtatus.

De Ceſſione bonorum. Cap. CX.

STatuimus, quod aliquis debitor, vel fidejuſſor, vel alio modo obligatus alicui pro aliquo debito reali, aut perſonali, in carceribus non teneatur, ſi voluerit bonis cedere. Et fiat hoc modo ceſſio, videlicet, quod bonis cedens depoſitis omnibus veſtibus, & calceamentis, & nudus capite, excepta camiſia, & ſerabula, pulſato ad hoc conſilio majori, aſcendat ſuper ſtabulum plateæ curiæ majoris civitatis Belluni, & percutiat ter de naticis ſuper lapide prædicto, dicens ter alta voce: Cedo bonis. Et facta dicta ceſſione, de carcere relaxetur. Ita etiam quod dicta ceſſione facta, fruges feudorum intelligantur refutare. Et ſine alia dilatione dentur creditoribus inſolutum pro rata. Salvo jure dominis feudorum, & cohæredibus, ſive conſortibus. Et ſi aliqua renuntiatio, vel ceſſio, vel alienatio facta fuerit in fraudem a prædictis obligatis, ipſa renuntiatio, ceſſio, vel alienatio non valeat, nec teneat in præjudicium creditorum. Et ſi facta in fraudem oſtendi non poterit, ſit in arbitrio D. Rectoris. Et facta ceſſione prædicta, non veniat cedens bonis uſque ad quinque annos in civitate Belluni, vel burgis ipſius. Et ſi venerit, & captus fuerit, niſi ſe incontinenti cum ſuis creditoribus concordaverit, depoſitis veſtimentis prædictis, tres ſitulæ aquæ ad dictum locum ſuper caput ejus demergantur, & omnia veſtimenta ejus, prædictis exceptis, dentur creditoribus inſolutum pro rata, & tres libras eo ipſo communi exponat pro qualibet vice, qua captus fuerit. Et poſtquam aliquis bonis ceſſerit, portare non debeat arma. Nec portare etiam debeat aliquam veſtem valoris ultra quadraginta ſoldos parvorum pro qualibet veſte. Et quotieſcumque creditores ipſum invenerint ultra quam dictum eſt habere, poſſint & ea accipere ſua auctoritate, ſine nuntio Rectoris. Nec habere poſſit aliquod officium ordinarium, vel extraordinarium, vel aliquod civile munus: ſalvo quod ſi fuerit in concordia cum ſuis creditoribus, dicta ceſſio ſibi non præjudicet in dictis officiis, & honoribus communis Belluni habendis. Non poſſint etiam illi, qui bonis ceſſerint, vel de cætero cedent, ſtare in villis, ubi ipſi & uxores eorum, aut filii, aut nurus eorum habebunt poſſeſſiones, vel penes illam villam per quinque milliaria, ſtatuto aliquo non obſtante, in pœna ſol. centum pro qualibet vice. Et commune illius villæ, ubi ſic ſteterit, teneatur uſque per tres dies, poſtquam illi villæ per creditores, vel aliquem eorum fuerit denuntiatum ipſum expellere de villa in pœna prædicta qualibet vice, niſi cedens fuerit cum ſuis creditoribus in concordia. Et ceſſione prædicta facta, liceat creditoribus ejus bona ſua judicis auctoritate cape-

Digitized by Google

capere : ſalvo inter eos jure potioritatis . Et quod de cedentibus bonis fiat unus liber , qui ponatur in cancellaria , in quo nomina cedentium per cancellarios ſcribantur . Et huic ſtatuto tacite , vel expreſſe renuntiari non poſſit : ſalvo quod hoc ſtatutum non habeat locum in obligatis quoquo modo communi , ex contractu , vel quaſi debito , vel quaſi condemnatione , mulcta , datio , vel aliqua alia de cauſſa , quibus caſibus ceſſio bonorum fieri non poſſit , nec vendicet ſibi locum .

Qualiter debet fieri Excuſſio bonorum. CXI.

STatuimus , quod ſi quis contingeret aliquam perſonam velle agere actione hypothecaria contra extraneos poſſeſſores bonorum debitoris ſui , antequam ad agendum admittatur , ſervetur modus , & ordo infraſcriptus , videlicet , quod citato legitime debitore , ſive fuerit debitor ex perſona ſua , ſive alterius , a quo cauſſam habuerit ſecundum formam Statutorum , ſub rubrica qualiter proceditur contra perſonam citatam , ſupra in præſenti volumine poſitorum , quod coram judice compareat , ſi actor comparuerit reo non comparente , committatur tenuta per judicem contra reum . Et ſi qua bona ipſius reperta fuerint , procedatur ad eorum expeditionem , ut per alia ſtatuta , maxime per ſupradicta proviſum eſt , ſive bona ſufficientia ſint ad debitum , ſive non . Si vero reus comparuerit , & debitum confeſſus fuerit , vel contradicens perſeveraverit in contradictione : tunc facta condemnatione ſupra debitum contra eum , vel procuratorem , aut defenſorem , vel alium legitime pro eo intervenientem , ſine alia citatione de eo facta , procedatur ad tenutæ , ſive pignorum captionem , & excuſſionem bonorum ejus , ut per alia ſtatuta ad excuſſionem bonorum ejus faciendam ubicumque vigore alicujus præſæ , vel præcepti , alias ex forma Statutorum communis Belluni , poteſt per judicem committi pignoratio , intromiſſio , ſequeſtrum , vel aliquod ex prædictis contra bona , & in bonis debitoris non citati . Sed ſufficiant prædicta , aut unum ex prædictis fieri ſecundum formam Statutorum , ſuper his diſponentium . Et ſimiliter fiat executio prout diſponunt dicta Statuta . Et facta prædicta excuſſione , & expeditione , ſi bona non fuerint reperta , vel reperta non ſunt ſufficientia ad debitum , citetur legitime poſſeſſor bonorum , qui conveniendus eſt hypothecaria , quod ſit ad certum diem cum tali præcone ad domum habitationis rei , ſive debitoris , ſi habitat in civitate Belluni , vel diſtrictu , vel ſi non habitat ad domum , in qua habitare conſueverat , vel ſi non conſuevit habitare in contrata illa , iu qua , vel in cujus pertinentiis ſunt bona illa , quæ intendit jure hypothecario vendicare ad videndum fieri diligentem inquiſi-

quiſitionem, ſi quid de bonis expeditis dictæ rei, ſeu debitoris poteſt reperiri. Et ſi quid ſufficiens, vel non ſufficiens ad debitum fuerit repertum, procedatur ad expeditionem ut ſupra. Si vero nihil de bonis expeditis repertum fuerit, vel repertum, ſed minus ſufficiens, & facta fuerit expeditio, credendo de prædictis relationi præconis; tunc talis conveniendus hypothecaria admoneatur per judicem ad inſtantiam volentis contra ipſum agere hypothecaria, quod uſque ad quindecim dies pro primo, ſecundo, & tertio termino peremptorio, præſente creditore, vel legitime citato denuntiaſſe, & dediſſe debeat judici de bonis expeditis dicti debitoris, ipſa bona penes acta per coherentias, vel alia ſigna ſpecifice declarando, quod ſi fecerit, procedatur ad eorum expeditionem, ut dictum eſt. Et ſi non fecerit, tunc in foro civitatis Belluni, & in loco, ſeu contrata, ubi poſita eſt res illa, vel illius, quæ jure hypothecario vendicari intenditur, quæ per dictum talem poſſidetur, fiat proclamatio generalis, quod ſi aliqua perſona ſcit, ubi ſint aliqua bona expedita talis perſonæ, de quibus poſſit ſatisfieri tali ejus creditori particulariter, vel in totum de tali debito, debeat uſque ad quintam diem ipſa bona judici penes acta denuntiaſſe. Et ſi qua denuntiata fuerint, procedatur ad eorum expeditionem, ut dictum eſt. Quibus ſic pactis judex pronuntiet bona legitime excuſſa, & poſſe pervenire ad pignorum poſſeſſionem, & talis poſſeſſor volens poſtea de bonis expeditis dicti debitoris deſignare, non audiatur. Et hoc non obſtante poſſit creditor ipſum actione hypothecaria convenire. Et ſi talis poſſeſſor conveniendus hypothecaria bona dederit in expedita pro expeditis, incidat in pœnam librarum decem parvorum ipſo facto, abſque aliqua condemnatione, quarum medietas ſit communis, & alia agentis. Et nihilominus conveniri poſſit, hypothecaria non obſtante, eo quod illa bona expedita iterum velit dare. Nec poſſit aliquis dare aliqua bona expedita, niſi bona in diſtrictu Belluni exiſtentia. Et ſi alia dederit, vel denuntiaverit, perinde habeatur ac ſi aliqua bona expedita non dediſſet, vel denuntiaſſet. Et ſi contigat creditorem aliqua bona rei, vel etiam per eum advocata a poſſeſſore aliquo vendi facere, vel etiam inſolutum ſibi adjudicari facere, quæ non ſufficiant ad ſui debitum, tunc ei agenti contra aliarum rerum poſſeſſores non obſtet pro reſiduo ſui debiti exceptio cedendarum actionum, vel quod ipſa bona vendita, vel inſolutum ſibi adjudicata reſtituat, ſed ſolum ſibi ſufficiat cedere jura in reſiduo dicti debiti, & in aliis bonis contra poſſeſſores aliorum bonorum. Et fiat excuſſio ſummarie, breviter, & de plano, & ſine ſtrepitu, & figura judicii. Et poſſit fieri pronuntiatio excuſſionis bonorum etiam ſine ſcriptis. Et a pronuntiatione excuſſionis appellari non poſſit. Et quod dicta pronuntiatio

non

non obſit poſſeſſori bonorum, qui non fuerit requiſitus, & admonitus per judicem, ut ſupra dictum eſt, quominus poſſit dare, & deſignare de bonis expeditis debitoris antequam agatur hypothecaria contra ipſum, qui & citari debeat, & admoneri per judicem, ut ſupra dictum eſt. Et ſi deſignaverit, & dederit, ſervetur modus, & forma, ut ſupra dictum eſt. Quantum autem ad alia ſibi præjudicet dicta pronuntiatio, & teneatur creditor bona per ipſum advocata vendi facere, & ſubhaſtari more pignorum ſecundum formam ſtatutorum communis Belluni, ſub rubrica de Pignoribus, & modo pignorandi, poſitorum, & ordinem, & formam a dictis ſtatutis traditam obſervare.

De Interrogationibus, & poſitionibus. Cap. CXII.

STatuimus, quod etiam ante factam petitionem poſſint fieri poſitiones, & interrogationes. Et ſcribantur in actis, ita quod pars poſſit habere copiam, & ad terminum ſibi per Judicem datum cogatur adverſarius reſpondere, & ejus reſponſioni ſtetur. Quod locum non habeat in poſitionibus, & interrogationibus, quæ fiunt in proprio facto illi perſonæ, contra quam ponuntur. Sed ipſis poſitionibus & interrogationibus, prius tamen per Judicem juſtificatis, ſtatim reſpondeatur coram dicto Judice in ſecreto per perſonam, contra quam ponuntur per verbum credere, vel non credere. Nec de ipſis aliqua copia detur, niſi demum reſponſione eiſdem facta. Et ille, cui facta fuerit poſitio, vel interrogatio, teneatur reſpondere ad præceptum Judicis, non obſtante eo quod poſitio ſit duplex, multiplex, vel implicita, aut quod ſit impertinens; ſed explicare ſuam reſponſionem prout ſibi videbitur. Explicet etiam Judex, ſi ſibi videbitur. Reſpondeat etiam, ſalvo jure impertinentiæ. Et ſi quis juſſus a Judice, vel perſonaliter citatus de præcepto judicis, quod poſitioni, vel interrogationi reſpondeat in contumacia non reſpondendi perſtiterit, habeatur pro confeſſo. Et intelligatur principalis juſſus, & perſonaliter citatus, ſi procurator ejus juſſus fuerit, vel perſonaliter citatus, quod faciat comparere ipſum principalem reſponſurum poſitioni, vel interrogationi in caſibus, in quibus poſitioni vel interrogationi reſpondere debuerit principalis. Eo ſalvo, quod poſſit purgare moram, etiam uſque ad tertiam diem, poſtquam aliquis ex teſtibus cœptus fuerit examinari ſuper prædictis, vel aliquo prædictorum. Et ſi quis negetur mortuus, vel pater, vel filius, vel civis, aut ſuſtinere onera & factiones, vel uxor, aut vir, de quibus poſtea per famam publicam probatum fuerit contrarium, condemnari poſſit per Judicem, ſive Vicarium ejus arbitrio in libris tribus parvorum pro quolibet prædictorum, & mi-

& minus, prout ei videbitur ſine alio proceſſu, & cauſſa filiationis, & matrimonii, incidens, vel emergens coram Judice ſæculari, poſſit coram eo cognoſci, & terminari quoad favorem, vel præjudicium cauſſæ, cui emerſerit, vel inciderit. Et quid dictum eſt de reſponſione fienda per principalem, locum habeat, exceptis infirmis perſonis, & a jure excuſatis, & ratione ſenectutis, vel infirmitatis, aut honeſtatis, poſſit ad eorum domum mitti pro talium reſponſione habenda. Salvo etiam quod ſi principalis perſona foret abſens a civitate Belluni, & diſtrictu uſque ad ſexaginta milliaria, credendo de hoc ſacramento pro eo intervenientis, ſufficiat reſponſio intervenientis pro eo, dum tamen juret ſe fore inſtructum de meritis cauſſæ. Hoc tamen addito, quod ſi tunc adverſarius vellet ſuis expenſis mittere ad principalem pro ejus reſponſione habenda, hoc facere poſſit. Hoc etiam ſalvo; quod ſi procurator illius, contra quem ponuntur, peteret mitti ad principalem perſonam, quod reſpondeat poſitionibus productis per partem adverſam, quod tunc mitti debeat expenſis ejus, contra quem ponuntur. Et Rector eidem terminum ſtatuat ejus arbitrio, ad reſpondendum ubicumque ſit, ſeu habitaverit ille, contra quem producuntur extra civitatem, vel diſtrictum Belluni. Et prædicta etiam locum habeant in eo, ex cujus parte producuntur, ſeu fiunt poſitiones. Eo etiam ſalvo, quod in cauſſis pupilli furioſi, mente capti, ventris ſufficiat reſponſio intervenientis pro talibus. Et quod pars, contra quam poſitiones producuntur, in alieno facto conſiſtentes, teneatur reſpondere ipſius poſitionibus clandeſtine, & oretenus coram Judice, ad terminum ſibi per Judicem ſtatuendum; Quæ reſponſio ſcribatur per D. Vicarium, vel Notarium de medio. Et reſponſio aliter facta, vel in ſcriptis producta, non valeat.

De reſponſione facienda ad ſcripturas productas. Cap. CXIII.

STatuimus inſuper, quod ſi quis interrogatus fuerit a parte, an inſtrumento, teſte, vel atteſtatione, vel alia ſcriptura per eum producta in aliqua civili, vel criminali quæſtione uti velit, reſpondeat præciſe, pure, & ſine aliqua perplexitate, vel modificatione, dicendo, volo uti, & utor, vel nolo, non autem ſub conditione, vel modificatione ſi bona ſunt, vel in quantum ſunt bona, vel ſimilia. Salvo quod ſi fuerit principalis perſona, deliberare poſſit uſque ad tertiam diem, an eis uti velit, vel non, & ſequenti die reſpondere teneatur præciſe ut ſupra. Si vero fuerit procurator, vel alius, nomine alieno interveniens, & principalis perſona habitet in civitate Belluni, vel diſtrictu, deliberare debeat uſque ad quindecim dies, & ſequenti die reſpondeat ut ſupra. Et ſi non habitaret in civitate Belluni,

Digitized by Google

luni, vel diſtrictu, tunc uſque ad octo dies deliberare debeat, & ſequenti die reſpondeat ut ſupra. Vel faciat comparere in dictis terminis principalem perſonam ad reſpondendum, ſi fuerit idonea. Et intelligatur idonea, niſi fuerit pupillus, furioſus, mentecaptus, vel venter. Quare tunc talis pro eis interveniens in hac reſponſione, habeatur pro principali, & ſi non fuerit reſponſum, non adhibeatur fides inſtrumento, teſti, atteſtationi, vel ſcripturæ productæ.

Quod non fiant ultra quinque interrogationes ſuper capitulo.
Cap. CXIV.

STatuimus etiam, quod ſuper aliqua poſitione, vel capitulo non poſſint fieri ultra quinque interrogationes, vel interrogatoria teſtibus, & ipſa ad partis inſtantiam, etiam ſi fuerint pauciora per Vicarium legitimentur, prout ei videbitur.

De teſtibus citatis. Cap. CXV.

STatuimus, quod ſi quis citatus fuerit pro teſtimonio ferendo in quacunque cauſſa civili, ſive criminali, & non venerit ad teſtificandum infra terminum eidem aſſignatum per præconem, condemnetur in ſol. ſexaginta parvorum & plus, & minus ad voluntatem Judicis, ſecundum qualitatem facti, & conditionem perſonarum. Et nihilominus compellatur teſtificari remediis prætoris. Et ſi præceptum fuerit dicto teſti, ut deponat dictum ſuum ad terminum aſſignatum, & non depoſuerit; condemnetur eo modo, & forma ſupradictis. Et nihilominus teneatur in dictis caſibus reſtituere damnum paſſo.

Cap. CXVI.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quod ſi teſtes producti fuerint per aliquem partium, ſive citati ad petitionem alicujus partium ad certam diem pro teſtimonio ferendo, qui teſtes non habitent in civitate Belluni, vel burgis, quod tunc tales teſtes poſſint jurare coram D. Vicario ſuper capitulis productis, ſeu producendis. Non obſtante proclamatione terminorum facta in dicta die. Et hoc ſi placuerit producenti.

De

Digitized by Google

De mercede teſtium. Cap. CXVII.

ITem inſuper ne teſtes a ſuis commodis pro alienis negotiis evocentur, ſtatuimus, & ordinamus, quod ſi aliquis produxerit, vel citari fecerit aliquem teſtem forenſem, qui eſſet alias receſſurus, cauſſa teſtimonii perhibendi, vel abſentem extra muros & burgo civitatis, teneatur producens tali teſti facere expenſas ſecundum qualitatem teſtis producti, videlicet: Si eſt de montanea ab agro & hoſpitali Zaudi ſuperius, habeat in die a perducente ſol. octo parvorum quilibet teſtis pro expenſis, & damno. Si vero fuerit villarum de plano, habeat ſingulo die ſol. quinque parvorum. Si de civitate & burgis, nihil percipiat. Forenſes vero alias receſſuri, ut ſuperius dictum, percipiant pro expenſis ſecundum qualitatem perſonæ forenſis, & teſtis. Hoc addito, quod ſi teſtes productos per partem, tabellio non examinaverit ea die, qua producti fuerint ad deponendum, teneatur tabellio ad illas expenſas ultra illam diem, niſi juſtum impedimentum tabellioni acceſſerit evidenter, propter quod eos, vel eorum aliquem examinare nequiverit, arbitrio judicis.

De affidatione teſtium. Cap. CXVIII.

CUm ut plurimum contingat, quod litigantes habent teſtes, per quos de jure ſuo probare intendunt. Qui teſtes tum propter debita, tum propter condemnationes pecuniarias non audent coram judice comparere ad teſtificandum metu carceris, & detentionis; Idcirco ne propter hanc cauſſam jus partis pereat; Statuimus quod ſi aliqua perſona occaſione alicujus litis, vel quæſtionis civilis; vel criminalis aſſeruerit ſe habere aliquos teſtes, unum, vel plures, per quos de jure ſuo probare velit, coram Rectore, vel Vicario compareat, petens ipſos teſtes, unum, vel plures affidari a debitis ſingularium perſonarum, & a condemnationibus pecuniariis, ut libere poſſint coram Rectore, vel Vicario comparere ad teſtificandum, quod Rector ſeu Vicarius, qui pro tempore fuerit in regimine civitatis Belluni teneatur, & debeat dictum teſtem, vel teſtes, quos dictus talis litigator dixerit nominandos, facta ſibi prius fide de dicta lite, vel quæſtione, in qua producere, vel affidare vult realiter, & perſonaliter a quibuſcumque debitis ſingularium perſonarum, & a condemnationibus pecuniariis communis Belluni per aliquos dies in veniendo, ſtando, & redeundo ejus arbitrio, dummodo non excedant quartum diem. Ita quod dictis diebus non poſſit pro dictis debitis, & condemnatiouibus pecuniariis realiter, vel perſonaliter

ter in aliquo moleſtari, vel inquietari. Hoc ſalvo, quod antequam dicta affidantia concedatur ille, qui hoc impetraverit, teneatur jurare, quod non petit animo calumniandi, ſed quia putat per talem teſtem, vel teſtes probare poſſe de jure ſuo, & ipſum teſtem, vel teſtes fore de cauſſæ ſuæ meritis informatos.

De Coadjutoribus ad examinandum, & eorum ſalario.
Cap. CXIX.

QUia optat præmium quiſque labor, Statuimus, quod coadjutor unus, vel plures, qui fuerint electi per Rectorem civitatis Belluni, vel per ipſas partes ad examinationem teſtium percipere, & habere debeat pro ſuis ſportulis, & labore, a partibus litigantibus, & inter ſe communicare tantum, quantum debetur notario de medio, qui dicta ipſorum teſtium ſcripſerit juxta formam Statuti de prætio, quod notarii percipere debent de ſcripturis per ipſos in officio factis diſponentis. Et ſi contigerit examinationem teſtium notario de medio ſine coadjutore, vel coadjutoribus committi, tunc notarius nihil propter hoc debeat percipere, ſed ſolum de ſcripturis ſuis ſolutionem habere.

De Feriis. Cap. CXX.

STatuimus, quod jus reddatur omni die, exceptis diebus feriatis, qui dies feriati ſunt iſti, videlicet, Omnes dies Dominici, & ſabbati, & dies feſtorum Beatæ Virginis & glorioſæ Mariæ cum vigilia ejus. Apoſtolorum duodecim, & Martyrum, videlicet: Blaſii, Joathæ, Lamperti, Georgii, & Laurentii, & beatorum Zeni, Titiani, Antonii Abbatis, Victoris, & Coronæ. Victoria, & Apparitio ſancti Michaelis Archangeli cum ejus vigilia, & feſtum ſanctæ Crucis & beatorum confeſſorum Martini, Lucani, Nicolai, Aron, & Quirici, & beatorum Marci & Lucæ Evangeliſtarum, & beati Proſdocimi Epiſcopi, & beati Antonii confeſſoris, & in converſione beati Pauli, & ſanctorum Viti, Modeſti, & Creſcentiæ. Feſtum ſancti Ambroſii confeſſoris Archiepiſcopi Mediolani. Feſtum ſancti Severi Epiſcopi, Hieronymi Præsbyteri, Auguſtini, & Gregorii Doctorum Fabiani, Sebaſtiani, & Bernardini. Et ſanctarum Catharinæ, Juſtinæ, Luciæ, Undecim millia virginum, & beatorum Mamadi, Chriſtofori, Clirici, & Jolitæ, & dies aliarum feſtivitatum, qui videbuntur Rectori, & Vicario, ſeu Conſulibus, qui fuerint in regimine pro communi civitatis Belluni. Et a feſto beati Thomæ uſque ad feſtum Epiphaniæ. Et a Dominica carnis privii uſque ad primum diem lunæ Quadrageſimæ. Et octo dies ante feſtum Reſur-

R rectio-

rectionis D. N. J. C., & ſeptem dies poſt. Et dies tres præcedentes feſtum Aſcenſionis D. N. J. C. Et dies Penthecoſtes cum duobus diebus ante, & duobus ſequentibus. Et dies, in quo celebratur feſtum Corporis Chriſti, cum ejus vigilia. Et feſtum ſancti Joannis Baptiſtæ cum ejus vigilia. Et dies decem ante feſtum ſancti Petri de Junio, & quindecim poſt. Et octo dies ante feſtum ſancti Michaelis de Septembrio, & quindecim dies poſt, ex proviſione in milleſimo quadrigenteſimo vigeſimo octavo, die prima menſis Octobris. Et feſtum omnium Sanctorum, cum ejus vigilia, cum ſequenti die cauſſa exequiorum. Aliæ vero feriæ repentinæ indici non poſſint abſque voluntate Conſilii majoris. Clamationes vero terminorum poſſint fieri quandocumque expedierit Rectori. Hoc ſalvo, quod ſiquis abſentaret ſe pro communi Belluni pro negotiis dicti communis, quod termini quæſtionum propriorum, & inceptarum clientulorum ſuorum clamari poſſint, & debeant de mandato D. Rectoris, vel Judicis uſque ad adventum ejus, qui abſens fuerit occaſione prædicta, in arbitrio Rectoris, vel Judicis tantum. Et quod Rector, vel Judex poſſit exercere officium in feriis contra latrones, vel fures, vel alios, qui maleficia commiſerint, vel committerent. Excepto quod jus reddi poſſit de affictibus vel redditibus, & mercede qualibet, & de mercatis rerum mobilium, de quibus præſæ, vel inſtrumenta factæ non forent qualibet die, exceptis feſtivitatibus ſolemnibus. Excepto quam de maleficiis, & quærimoniis, quæ fiunt occaſione alicujus delicti, vel maleficii, de quibus etiam procedi poſſit omni tempore, & omni die, etiam feriato ſolemni. Abſolutiones, & condemnationes dictorum quorumlibet publicari poſſint. Et hoc habeat locum ſive per accuſationem, ſive per denuntiationem, ſive per inquiſitionem procedatur. Item in omni tempore pro debito pignus, vel ſequeſtratio, & intromiſſio fieri poſſit, etiam quibuſcumque diebus ſolemnibus, dummodo conſtet de debito per inſtrumenta, aut per teſtes D. Rectori, aut Vicario. Executio vero in pignorando, vel detinendo poſſit fieri quolibet die feriato, & non feriato, etiam in honorem Dei introducto, dummodo ſpecialiter & expreſſe hoc non ſit prohibitum ex forma alicujus alterius Statuti.

De die ſolemni, quæ intelligantur. *Cap. CXXI.*

STatuimus, quod ubi exceptatur dies ſolemnis introducta in honorem Dei, per hoc præſens volumen Statutorum in aliqua parte intelligatur de die ſolemni tantum ſpecificato ſupra in proximo Statuto, poſito ſub rubrica de feriis: ſalvo quod ſi dies ſolemnis ultra formam proximi Statuti eſſet ſpecificata alibi, quod ſpecificationibus ſtetur.

HÆC

Digitized by Google

HÆC SUNT STATUTA INTERDICTIS SEQUESTRATIONIBUS, PRÆSCRIPTIONIBUS, ET ALIIS.

De Appellationibus. Cap. CXXII.

STatuimus, & ordinamus, quod omnis ſententia, quæ dicta non fuerit nulla, & a qua non extiterit appellatum, mandari debeat executioni hoc modo, videlicet, uſque ad centum libras, & ab inde infra uſque ad dies quindecim continuos. A centum vero libris ſupra uſque ad unum menſem, non obſtante tempore quadrimeſtre dato per legem. In reali vero elapſis decem diebus appellationis interponendæ, vel nullitatis, ſtatim executioni mandetur probabiliter in effectu, & fiat executio ſummarie, breviter, & de plano.

De eodem. Cap. CXXIII.

STatuimus, ut litigantium parcatur ſumptibus & expenſis, quod a ſententiis latis per D. Vicarium civitatis Belluni appellari poſſit ad D. Rectorem dictæ civitatis, vel ejus vices gerentem. Et a ſententiis latis per D. Rectorem, vel ejus vices gerentem appellari poſſit ad magnificos D. Auditores illuſtriſſimi Dominii noſtri Venetiarum, vel ad aliud tribunal, ubi opus fuerit &c.

Qualiter cauſſa appellationis proſequi debeat. Cap. CXXIV.

STatuimus, quod ſi appellatum fuerit ab aliqua ſententia diffinitiva, vel interlocutoria, vel ab aliquo gravamine, pro quibus appellari poſſit ſecundum jura civilia, vel ſtatuta communis Belluni; Appellator cauſſam appellationis proſequatur hac forma, videlicet, quod poſtquam appellaverit, adeat infra quindecim dies judicem, qui cogniturus eſt de appellatione, citata adverſa parte, & porrigat libellum appellationis. Et porrecto libello, partes eo ipſo terminum habeant viginti dierum ad probandum de jure ſuo, abſque aliqua litis præſtatione fienda, niſi pars appellata dicere voluerit appellationem non procedere. Quo caſu tempore productionis libelli, vel die ſequenti, cauſſas exprimat, quare appellatio non procedat. Et judex infra octo dies a die productionis prædictæ, hoc decidat. Et ab ipſa deciſione non valeat appellari. Quod ſi factum non fuerit, dictis diebus octo elapſis, locatus intelligatur ipſe terminus, & cauſſæ prædictæ nihilominus in proceſſu appellationis

R 2 proba-

probari poſſint. Quo termino viginti dierum elapſo, ſi aliqua partium ſe præſentaverit infra tertiam diem juridicam, & ſuo ſacramento dixerit ſe in prima dilatione fuiſſe impeditam; Tunc habeat ſpatium ipſo jure dierum octo pro ſecunda dilatione ad probandum quidquid voluerit in dicta cauſſa. Quibus terminis tranſactis, publicatus intelligatur proceſſus. Et judex infra viginti dies per ſe, vel de conſilio ſapientis aſſumpti cauſſam appellationis diffiniat ſecundum formam juris, & Statutorum communis Belluni. Quod ſi non fecerit, non per hoc pereat inſtantia cauſſæ. Sed quam citius poterit, eam diffiniat infra tempus inſtantiæ. Et quando contingat appellari ad dominos, ut ſupra in proximo capitulo, victor in cauſſa principali ſi ſuccubuerit in appellatione, poſſit ad eumdem vel eoſdem, ad quem primum appellaverit, iterum appellare. Et quod dictum eſt ſupra de appellatione, ſervetur etiam ſi ſententia dicta fuerit nulla, vel reſtitutio in integrum poſtulata contra ſententiam, vel ſuper proceſſu alicujus quæſtionis. Et cauſſa appellationis & nullitatis ſimul & eodem libello tractari poſſit. Dummodo in libello propoſita ſit ſpecialiter ſemper legitima & ſufficiens cauſſa nullitatis. Alias ſuper nullitate non admittatur libellus, nec ſuper ea procedatur. Et de nullitate, & reſtitutione in integrum cognoſcere poſſit judex, qui ſententiam tulit, & coram eo, quo proceſſus fuerit factus. Et ſi cauſſam nullitatis non propoſuerit legitimam, vel legitime propoſitam non probaverit, incontinenti hoc cognito & declarato per judicem, coram quo tractatur quæſtio, condemnetur, & mulctetur productor libelli, nullo alio proceſſu, vel juris ordine exquiſito, in ſol. centum parvorum, & in duplo expenſis partis, cum qua litigatur. Et appellator, vel qui ſententiam dixerit nullam, vel reſtitutionem contra ſententiam petierit, ſemper infra decem dies poſtquam porrexerit libellum, vel etiam ante coram judice, qui cogniturus eſt de prædictis, faciat ſecuritatem de reſtituendis expenſis cauſſæ principalis, niſi dictus talis appellans, vel dicens ſententiam nullam, vel contra ipſam ſententiam in integrum reſtitutionem poſtulans ab expenſis prædictis per judicem fuerit abſolutus. Quo caſu ad dictam ſatiſdationem non teneatur appellationis, ſive nullitatis, & reſtitutionis, ſi ſuccubuerit, aut etiam non obtinuerit in cauſſa appellationis, nullitatis, vel reſtitutionis, & de expenſis ſecuritatem faciat. Quam ſecuritatem ſi non fecerit, vel judicem, qui cogniturus eſt de prædictis, non adiverit infra dictum tempus quindecim dierum, & libellum non porrexerit, vel fuerit negligens in proſequendis prædictis dicto tempore, tunc ſententia maneat rata. Et ut parcatur ſumptibus, & incommodis litigantium, quando a ſententia Rectoris Belluni appellatur ad dominos, vel ejus ſententia dicitur nulla, vel contra eam petitur reſtitutio, poſſit

Digitized by Google

ſit præſtari ſecuritas prædicta coram ipſo D. Rectore, & valeat, & ſufficiat etiamſi adverſarius per D. Rectorem, vel de ejus commiſſione citetur, quod ſit ad videndum libellum producere de prædictis coram domino prædicto, & ad videndum fieri ſecuritatem, ſi ſecuritas fieri voluerit coram eo. Et ſuper prædictis procedatur quolibet tempore, exceptis feriis introductis in honorem Dei. Et intelligatur negligens appellator, vel dicens ſententiam nullam, aut poſtulans reſtitutionem, niſi infra quatuor menſes, computandos a die locationis termini prædicti viginti dierum, qui dantur ad probandum, cauſſam fecerit expediri, niſi juſtum impedimentum intervenerit, videlicet: Inibitionis compromiſſi, & exceptionis, vel actionis de falſo, quibus caſibus tanto plus duret inſtantia, quantum eſt tempus, infra quod prædicta debent expediri: ſalvo quod in omnibus quæſtionibus, quæ tangerent commune Belluni occaſionibus datiorum; affictationum, reddituum, damnorum datorum, & maleficiorum appellari non poſſit, nec etiam ſententia poſſit dici nulla, vel reſtitutio poſtulari, nec in aliquo caſu appellari poſſit ab aliquibus ſententiis a quibus vetitum eſt appellari ex forma ſtatutorum, vel ex forma juris civilis. Et appellari non poſſit a ſententia minoris ſummæ librarum vigintiquinque parvorum vel rei valentis ad dictam minorem ſummam. Et prædicta locum habeant ſive proceſſum fuerit in principali jure ordinario, ſive ſummarie. Et ſalvo quod ſi ſummarie procedi deberet, porrigatur libellus appellationis ad quem. Et fiat ſecuritas infra octo dies a die interpoſitæ appellationis, & ſuper nullitate & reſtitutione porrigatur infra octo dies a die ſententiæ latæ. Et præſtetur ſecuritas prædicta in dicto termino. Dilationes vero ad probandum, judicis arbitrio dentur. Et ſi quis fruſtratorie appellaverit, puta, quia lege vel ſtatuto prohibente appellaverit. Et intelligatur etiam fruſtratorie appellaſſe, ſi in cauſſa appellationis ſuccubuerit vel non obtinuerit, incidat in pœnam trium librarum parvorum. Et idem ſervetur, ſi ſententia dicta fuerit nulla, vel in integrum reſtitutio poſtulata.

De Interdictis, & Sequeſtrationibus, & Suſpectis. Cap. CXXV.

STatuimus, & ordinamus, quod Rector civitatis Belluni ad poſtulationem cujuſcumque perſonæ facientis factiones cum Commune Belluni, vel ſolventis collectam, tamen poſſit & debeat intromittere & ſequeſtrare, & pro pignore accipi facere per præconem civitatis Belluni res mobiles qualcumque ſui debitoris, forenſis, vel ſuſpecti. Et ſuſpectus intelligatur etiam quicumque ſive forenſis, ſive terrigena, qui non poſſidet immobilia ſufficientia ad debitum, vel eſſet de montaneis ab Agro & hoſpitali Zaudi ſuperius,

ſius, dummodo D. Rectori conſtet de debito antequam faciat ſequeſtrationem per inſtrumentum vel præſam, vel per teſtes, ſeu teſtem in eo caſu; in quo ſufficiat vox unius teſtis in die feriato etiam ſolemni, vel per ſacramentum creditoris.

Quæ fieri debeant poſt ſequeſtrum factum.
Cap. CXXVI.

STatuimus, quod quotieſcumque ſequeſtrum ſeu interdictum ad poſtulationem creditoris factum fuerit; Tunc facta ſequeſtratione prædicta citetur ille, apud quem talis res inventa fuerit. Et ille de cujus bonis facta fuerit ſequeſtratio & intromiſſio perſonaliter, vel ad domum ſi habitat in civitate Belluni vel diſtrictu. Et ſi non habitat, & commode reperiri non poſſit, citetur per publicam proclamationem in foro civitatis Belluni, quod compareat uſque ad octo dies ad ſe defendendum ſi voluerit, alioquin ſi non venerit, procedatur ad venditionem & ſubaſtationem talis rei ſequeſtratæ more pignorum. Salvo quod in caſu in quo fuerit ſequeſtrata pecunia, judex poſſit dictum ſequeſtrum adjudicare creditori abſque aliqua ſubaſtatione fienda. Si autem venerit ad contradicendum, tunc Judex ſeu Rector teneatur & debeat ſine ſtrepitu & figura judicii omni tempore, exceptis diebus ſolemnibus, cognoſcere de dicta quæſtione interdicti, ſeu ſequeſtrationis, & ipſam quæſtionem diffinire & terminare per ſententiam infra viginti dies a die ſequeſtrationis factæ in antea. Salvo quod omnis ſequeſtratio removeatur & annulletur, ſi ille qui eas detinebat, & ad quem pertinebat, vel poſſidebat tempore dictæ ſequeſtrationis, aut debitor dicti ſequeſtrantis præſtiterit idoneam ſatisdationem de judicio ſiſti & judicato ſolvendo, cum omnibus expenſis factis & fiendis occaſione dicti ſequeſtri, aut deſignaverit idoneum pignus & ſufficiens & expeditum ad ſatiſdationem dicti debiti & expenſarum.

De eodem. Cap. CXXVII.

STatuimus, quod quotieſcumque fuerit factum ſequeſtrum ſeu interdictum de aliqua re, ille ad cujus poſtulationem factum fuerit interdictum, ſeu ſequeſtrum, teneatur uti juribus ſuis & rationibus, quas ipſe habet in tali re ſequeſtrata uſque ad quindecim dies a die factæ ſequeſtrationis. Et ſi uſus non fuerit infra dictum terminum, tunc ſequeſtratio removeatur, & ipſo jure ſit remota, nec amplius pro dicto debito poſſit ſequeſtrari. Sed reſtituatur ei apud quem inventa fuerit tempore ſequeſtrationis. Et ſimiliter ſi ſatiſdatio vel ſecuritas facta eſſet occaſione alicujus ſequeſtri, ſit

nulla

nulla ipſo jure. Et quidquid ex eo ſequitur, vel ob id ſecundum, ut dictum eſt de ſequeſtro.

De Præſcriptionibus, & Chartis inefficacibus. Cap. CXXVIII.

STatuimus, quod inſtrumenta debitorum pecuniariorum, & præſæ & ſententiæ debitorum pecuniariorum, vel alterius rei conſiſtentis in numero, pondere, vel menſura, & omne jus ex aliquo ex prædictis inſtrumentis competens, ex nunc ſint inefficacia, & tollantur per lapſum ſeu præſcriptionem viginti annorum continuorum, computandorum a tempore debiti termini ſolvendi, in inſtrumento contenti. Quæ præſcriptio etiam currat in contractibus depoſiti, & cæteris aliis contractibus, in quibus non appoſitus fuerit terminus. Ita quod incipiat incontinenti currere præſcriptio a tempore contractus celebrati in antea, ita quod poſt viginti annos elapſos debitores contenti in inſtrumentis prædictis a creditoribus, vel a creditore inquietari non poſſint. Salvo quod contra fœneratores & uſurarios publicos vel privatos in eorum contractibus de dictis rebus currat tempus quinque annorum computandorum a termino in antea contento in inſtrumento debiti, ſive præſæ, ſive præcepti. Et poſſit fieri talis probatio coram Rectore, ſcilicet ipſum creditorem eſſe fœneratorem. Et ſufficiat probatio duorum teſtium bonæ famæ, etiam ſi ſint in ſuis teſtimoniis ſingulares. Et prædicta locum non habeant contra creditores non uſurarios minores viginti annorum per tempus minoris ætatis eorum. Et ſi minor majori ſucceſſerit creditori, præſcriptio temporis quod ſuperat creditori tempore mortis ſuæ procedat & currat demum poſt completam ætatem minorem hæredis vel ſucceſſoris quocumque titulo. Et omnia ſupradicta locum habeant in inſtrumentis & præſis de cætero conficiendis. In confectis autem utriſque currat præſcriptio decem annorum contra fœneratores. Et hoc ſalvo quod prædictæ præſcriptiones poſſint interrumpi per pignorationem, vel per citationem ſimplicem factam ſpecialiter & perſonaliter ſpecificando cauſſam citationis pro debitis, vel aliis modis conceſſis a jure. Quæ interruptiones fieri debeant infra dictum tempus. Exceptis inſtrumentis locationum ſimplicium livellorum feudorum & dotium, quibus non currat præſcriptio talis & Eccleſiarum & favorabilium perſonarum; & quod etiam omnis ſcriptura privata præſcribatur & tollatur per ſpatium quinque annorum.

Digitized by Google

De Præſcriptionibus rerum immobilium & incorporalium.
Cap. CXXIX.

STatuimus, quod quicumque poſſedit, vel de cætero poſſidebit poſſeſſiones aliquas poſitas in civitate Belluni vel diſtrictu, ſeu jura aliqua incorporalia per viginti annos pacifice & quiete per ſe, vel per ſuos auctores, juſtam habeat præſcriptionem & defenſionem. Et intelligatur verus Dominus etiam titulo non oſtenſo, vel per decem annos cum titulo. Et ab inde in antea ipſe vel ejus hæredes, ſeu aliqui ab eo cauſſam habentes non poſſint de ipſis poſſeſſionibus vel juribus moleſtari vel inquietari per aliquos ratione ipſius poſſeſſionis, vel quaſi. Idem intelligatur de re mobili ſi poſſeſſa fuerit per quinquennium. Salvo quod hoc Statutum locum non habeat contra Commune Belluni. Et ſit præciſum.

De Juribus, & Actionibus non cedendis. Cap. CXXX.

STatuimus, quod nullus de civitate Belluni, vel diſtrictu poſſit aut debeat recipere aliquid jus & actiones, vel donationem, aut ceſſionem aliquam in ſe recipere ab aliquo forenſe, vel ab aliqua perſona, quæ non ſit de civitate Belluni vel diſtrictu contra civem aut diſtrictualem civitatis Belluni, & ſi fecerit, non valeat de jure aut de facto. Et nullum jus habeat placitandi, niſi fuerit fidejuſſor, aut debitor in eo contractu, de quo facta eſſet ſibi ceſſio, vel niſi eſſet civis qui ab aliquo forenſe qui habeat poſſeſſiones in civitate Belluni vel diſtrictu ipſas emerit, & a venditore ſibi ceſſa fuerint jura in prædictis poſſeſſionibus emptis; & idem intelligatur in ceſſionibus quæ fierent forenſi per civem contra civem, niſi ille forenſis ſuſtineret onera & factiones cum commune Belluni, vel niſi foret de ſuperius exceptuatis. Et contrafaciens incidat in pœnam ſolidorum centum parvorum. Et ſi propter prædicta novitas aliqua fieret contra commune vel homines civitatis Belluni vel diſtrictus contrafaciens remedii prætoris, compellatur ad damni emendationem. Et in ceſſionibus non prohibitis per præſens Statutum ſufficiat, ſi in inſtrumento ceſſionis contineatur confeſſio prætii recepti.

De Alienatione rei ſuppoſitæ reſtitutionis. Cap. CXXXI.

NUllus vendat, vel alienet aliquam rem ſubjectam reſtitutioni ex forma ultimæ voluntatis ſolemnis, vel ex forma contractus contra formam in teſtamento, vel voluntatem aliam ſolemnem,

ſeu

ſeu in contractu contentam. Et ſi contra hoc fiat, non teneat ipſo jure, & reſciſſa ſit. Et intelligatur eſſe probatio & fide facta Rectori, quod ſubjaceat reſtitutioni. Et ille, cui fienda erat reſtitutio ex forma ultimæ voluntatis, vel contractus, habeat liberam poteſtatem recuperandi rem alienatam a quolibet poſſidente, niſi munitus ſit præſcriptione legitima, ſcilicet, triginta annorum; & ipſe poſſeſſor, a quo res evicta fuerit, habeat regreſſum contra ſuum auctorem a quo cauſſam habuerit, & contra quemlibet, qui fuerit de evictione obligatus.

Quod nullum præjudicium generetur creditori per alienam partem taliter factam. Cap. CXXXII.

SI quis ex nunc fecerit donationem, vel alienationem de ſuis bonis aliquam de toto, vel de parte, vel de certa re de ſuis bonis, & poſtea cum aliquo contraxerit, in quo contractu bona ſua obligaverit, & tempore contractus ipſius poſſeſſionem, ſeu donationem habuerit in ſe, ſeu pœnes ſe illius rei, ſeu poſſeſſionis, quam ante alienaverit, vel donaverit, quod per illam alienationem, vel donationem, nullum præjudicium generetur creditori, cui poſtea ſe obligaverit legitime, & poſſit, & debeat ſatisfieri creditori ex illa re donata vel alienata, ac ſi donatio vel alienatio non præceſſiſſet: ſalvo jure cujuslibet perſonæ habentis meliora & potiora jura in dicta re alienata ante tempus alienationis factæ de ipſa re ſic alienata, niſi fuerit publice alta voce in locis conſuetis proclamata de commiſſione & auctoritate Rectoris vel Vicarii. Salvo ei, in quem donatio vel alienatio facta fuerit omni jure ſibi competenti contra ſuum venditorem vel alienatorem, a quo cauſſam habuerit.

Quando alienatio præſumatur fraudulenta. Cap. CXXXIII.

AD quorumdam malitiam convincendam decernimus, quod ſi qua perſona alienaverit rem, ut ſuperius proxime dictum eſt, & alienans nihilominus rei alienatæ per annum continuum a tempore alienationis factæ fuerit poſſeſſor, præſumatur talis alienatio fraudulenta, & in fraudem creditorum, vel habentium jus in re, vel ad rem fabricatam. Et de dictis rebus alienatis idem jus ſit in omnibus, & per omnia, ac ſi alienatio non ſit facta, niſi facta fuerit proclamatio ſecundum formam Statutorum proxime ſuperius præcedentium. Quo autem ad ipſam alienationem, & ejus præjudicium non præſumatur fraudulenta.

Digitized by Google

HÆC SUNT STATUTA DE SUCCESSIONIBUS, ET MITTENDIS IN POSSESSIONEM HÆREDITATIS DEFUNCTORUM.

Quod ſtantibus maſculis filiæ non ſuccedant. Cap. CXXXIV.

SI qua mulier nupſerit, & nomine ſuo per patrem fuerit dotata, aut dos in teſtamento, vel in alia voluntate conſtituta fuerit, quod patre mortuo inteſtato ſoli filii maſculi prædicti patris perveniant ad ſucceſſionem prædicti patris defuncti. Et eis ſolummodo deferantur bona & hæreditas paterna, prædicta filia, ſeu filiabus dotatis per patrem, excluſis a ſucceſſione patris eorum. Et idem obſervetur in hæreditate & bonis maternis, ſi filia a patre vel matre dotata fuerit. Et hoc etiam locum habeat in nepotibus etiam natis ex filio vel filiis legitimis & naturalibus.

Quod filiæ & neptes dotentur ex bonis paternis arbitrio duorum propinquorum. Cap. CXXXV.

SI quis, vel ſi qua moriens ab inteſtato reliquerit filium vel filiam, filios vel filias, ſive nepotes ex filio legitimo & naturali perventos, quod ipſa filia vel filiæ, ſive neptes, ſi dotata vel dotatæ non fuerint in vita patris vel matris, dotentur per fratrem, vel fratres, vel patruos juxta facultatem, vel poſſibilitatem divitiarum fratrum, quæ ad eos pervenerit de bonis patris eorum, arbitrio duorum propinquorum, ſcilicet, unius ex parte patris, alterius ex parte matris vel patrui. Quibus concordibus non exiſtentibus in conſtitutione dotis, ſeu dotium prædictarum, addatur eiſdem propinquis prædictis per Rectorem civitatis Belluni quædam tertia perſona idonea, & quæ ſit amica communis utriuſque patris, videlicet, fratrum, & ſororum. Et quid fecerint in conſtitutione dotis valeat & teneat, voluntate alterius contradicentis prorſus non obſtante. Et idem modus obſervetur quotieſcumque ſupradicta filia vel neptis, filiæ vel neptes intraverint, vel intrare voluerint religionem aliquam. Et dicta filia vel filiæ quicquam aliud de hæreditate patris vel matris petere non poſſint, niſi per patrem vel matrem aut avum ſuum ultra dotem ſuam aliquid relictum ſit in teſtamento vel codicillo, quæ dotari debeant tempore nubilis ætatis, & interim per hæredes alimentari, & ipſo jure bona ſint obligata pro dotibus conſtituendis, ita quod per fratres alienari non poſſint in præjudicium ſororum & neptum. Et ſuper hoc Rector per ſacramentum teneatur cognoſcere ſummarie, ſine ſtrepitu & figura judicii. Et ſi dicta

neptis

neptis vel filia decederet, antequam maritaretur, ut ſuperius continetur, vel religionem intraret, quod tunc ſoli hæredes maſculi defuncti ſuccedant. Hoc ſalvo, quod ſi dicta filia vel neptis eſſet ætatis annorum viginti, quod tunc poſſit teſtari vel codicillari de eo jure dotium ſuarum ſecundum quod ſupradictum eſt. Salvo etiam, quod ſi talis mulier ætatis prædictæ habitare voluerit per ſe extra domum fratrum, quod tunc debeat habere a fratribus ſuis tantum, quantum haberet, & habere deberet ſi dotata fuerit a fratribus vel a fratre. Et idem modus & forma ſervetur huic hoc caſu, ut ſervatur quando dotatur, ut dictum eſt, ſecundum facultatem divitiarum ſuarum. Et ſi moriretur ab inteſtato, quod tunc ſoli hæredes maſculi prædicti, ut dictum eſt, ſuccedant.

Quomodo Fratres ſuccedant ab inteſtato. Cap. CXXXVI.

ITem ſtatuimus, quod ſi quis, vel ſiqua decederet ab inteſtato, relicto fratre vel fratribus ex utroque conjunctis, ſive ex patre conjuncto, & relicta matre, quod ſolummodo fratres prædicti ſuccedant eidem matre penitus excluſa. Et idem intelligatur in nepotibus, ex talibus fratribus natis.

De medietate dotis reſtituenda per maritum, uxore ſine filiis mortua. Cap. CXXXVII.

STatuimus, quod ſi filia vel neptis filia filii fuerit dotata per patrem vel avum, & in inſtrumento dotali contineatur quod ſi talis mulier deceſſerit prius marito ſine filiis vel filiabus communibus ex ipſa & ejus marito deſcendentibus quod dotis medietas perveniat ad maritum. Et alia medietas reſtituatur patri vel avo, aut ſuis propriis parentibus proximis vel propinquis, aut cui judicare voluerit tam pro anima, quam pro corpore. Non obſtante tali pacto talis mulier non valeat diſponere vel judicare aliquod de dicta dote in præjudicium patris viventis, vel avi, ſed libere talis medietas perveniat ad patrem vel avum, qui eam dotavit. Sed poſt mortem patris vel avi ipſa mulier de dote faciat quicquid voluerit & placuerit ipſi tali mulieri: ſalvo quod ſi expreſſus conſenſus patris vel avi pervenerit poſt dictum inſtrumentum dotale, datus & conceſſus filiæ ut poſſit judicare, & diſponere de dicta tali medietate dotis, quæ pervenire debeat patri vel avo; Tunc valeat talis diſpoſitio, & adjudicatio facta per ipſam filiam vel neptem. Quod ſtatutum vendicet ſibi locum in præteritis & futuris, niſi aliter fuerit facta tranſactio de ipſa dote cum patre vel avo, cui debebatur reſtitui talis medietas dictæ dotis.

Quod filiæ contentæ ſint eo quod ſibi relictum fuerit, & minus legitima. Cap. CXXXVIII.

STatuimus, quod ſi quis vel ſi qua in teſtamento, ſeu aliqua ultima voluntate quocumque titulo inſtitutionis, vel legati, ſeu fideicommiſſi, vel donationis cauſſa mortis, vel codicillorum, aliquid reliquerit filiæ vel filiabus ſuis, quod ipſa filia, ſeu filiæ contentæ ſint eo, quod ſibi relictum fuerit per patrem vel matrem quocumque modo prædicto, etiam ſi illud relictum fuerit minus legitima, & debito bonorum ſubſidio: ſalvo quod ſi aliquis haberet ſolummodo filiam vel filias, non poſſit alicui ipſarum dare minus ſua legitima, vel relinquere. Alioquin illa talis filia poſſit agere ad ſupplementum.

Quod Mulier poſſit relinquere filio impuberi tutorem in bonis per eam relictis viro ſuſpecto. Cap. CXXXIX.

SI Mulier aliqua habuerit virum ſuſpectum, qui ſuſpectus fuerit male debere agere, poſſit filio, ſi fuerit impubes, tutorem relinquere in adminiſtratione bonorum, quæ eidem filio mater reliquerit. Et idem obſervetur in filio pubere quod poſſit prædicto modo ſibi relinquere curatorem in bonis per ipſam eidem filio relictis. Et his duobus caſibus pater ſuper bonis illis a matre relictis nullam habeat adminiſtrationem, nec aliquid dicere ſeu petere poſſit, non obſtante quod pater fuerit, & ſit legitimus adminiſtrator ſui filii ex forma juris: ſalvo eidem patri uſufructu ipſarum rerum.

De poſſeſſione danda hæredi de bonis relictis. Cap. CXL.

STatuimus, quod ſi aliquem devoluta, ſeu tranſmiſſa, ſeu tranſlata fuerit hæreditas, ſive ex teſtamento, ſive per fideicommiſſum, ſive ex aliqua ultima voluntate, vel ab inteſtato, vel ex forma Statuti communis Belluni, vel aliquo alio modo: Ille ad quem devoluta, tranſmiſſa, tradita, vel tranſlata fuerit ejus hæreditas, mittatur in poſſeſſionem earum rerum, quas defunctus habuerit, vel tenuerit, & poſſederit, vel viſus fuerit habere, vel tenere & poſſidere tempore mortis, etiam reſtitutione aliqua non præcedente in fideicommiſſariis hæreditatibus. Et miſſio prædicta fieri debeat ſine controverſia, quæſtione, & quærela, ſummarie, breviter, & de plano, ſine ſtrepitu & figura judicii. Et poſſeſſio, vel quaſi poſſeſſio, quæ erat penes defunctum incontinenti & immediate eo defuncto, intelligatur tranſmiſſa ad hæredem ſive ad illum ad quem devoluta, tranſmiſſa, tradita, vel tranſlata fuerit hæreditas ejus. Et ille in-

Digitized by Google

le intelligatur apprehendiſſe ipſam poſſeſſionem, ita tamen quod ante ipſam miſſionem citari debeant perſonaliter, ſi reperiri poterunt detinentes, ſive poſſidentes ipſa bona. Et ſi reperiri non poterunt, cridari debeant ad domum ſuarum habitationum, ſi habitationem habeant in civitate Belluni, vel diſtrictu. Et ſi non haberent, cridari debeant ſuper ſcalis Palatii, & in platea, & ſuper foro, & ante pontem Dojoni exterius, quod ad certum terminum, arbitrio judicis ſtatuendum, compareant contradicturi. Et nihilominus citari debeant tenentes poſſeſſiones ad laborandum ab eis, vel habitantes domos ab eis, ſi contradicere volunt, ne dicta miſſio fiat. Et quod certificent ſi volunt illos a quibus poſſeſſiones vel domos laborant vel tenent, aut habitant, ſi putant ſua intereſſe, quod contradicant dictæ miſſioni. Et ſi apparuerit aliqua perſona oſtendens inſtrumentum aliquod, in quo contineatur perſonam illam de cujus hæreditate agitur, donationem vel contractum aliquem feciſſe alicui perſonæ de re aliqua, vel de bonis ſuis, vel de aliqua parte bonorum, illud inſtrumentum non credatur verum, & vires non habeat niſi fuerit oſtenſum, & probatum, & vivente eo, de cujus hæreditate agitur: & ſciente illud inſtrumentum in majori conſilio fuerit oſtenſum, & publice exhibitum eo, de cujus hæreditate agitur, poſſidente nomine ſuo, aut etiam manente in poſſeſſione nomine ſuo uſque ad tempus ſuæ mortis. Et intelligatur defunctum poſſediſſe etiam ſi probet defunctum fructus præcedentes tempus morti ſuæ collegiſſe, vel colligi feciſſe ſuo nomine, & eas poſſeſſiones laboraſſe, vel laborari feciſſe poſt fructus perceptos. Et quod miſſio prædicta peti non poſſit vigore, vel ex beneficio præſentis ſtatuti, elapſo decennio a tempore mortis defuncti computando: ſalvo ſibi jure in proprietate. Et ſi mittendus foret minor pubertate per totum tempus decennii, tutor ſuus qui fuerit negligens in petenda, vel obtinenda miſſione, teneatur eidem ad intereſſe ſuum. Et hoc habeat locum in præteritis a decem annis citra, & futuris. Hoc tamen addito, quod talis ſuccedens non intelligatur propter hoc ſe immiſcuiſſe hæreditati, nec eam adiviſſe in ſui præjudicium, niſi alias conſtaret eum hæredem eſſe voluiſſe, vel velle.

De intrantibus Religionem aliquam. Cap. CXLI.

QUicumque de civitate Belluni, & diſtrictu intraverit Religionem aliquam & ſe Deo dedicaverit, & poſtea exiverit, vel etiam non exiverit dictam Religionem, & eamdem reliquerit poſt profeſſionem; non habeat, nec habere debeat, nec poſſit hæreditatem paternam, vel maternam, vel hæreditatem alicujus attinentis ſui, nec ſuccedere cum fratribus, vel propinquis ab inteſtato vel cum teſtamento. Nec habeat, nec habere poſſit aliquod officium

Digitized by Google

cium in civitate Belluni: ſalvo ſi Religionem exiverit juſta cauſſa, vel in Monaſterio ſtare non poterit; tunc per habentes hæreditatem parentum eis provideatur de expenſis, ſi aliunde non habuerit, unde ſe ſuſtinere potuerit.

De eodem. Cap. CXLII.

STatuimus, quod quicumque Religionem aliquam intraverit, & ſe Deo dedicaverit, ſeu per annum Religionem habitaverit, non poſſit de ſuis bonis habere ultra ducentas libras denariorum parvorum: reſiduum vero dividatur inter ſuos fratres, vel filios fratrum, quibus de jure, vel per Statutum devenerit.

De Teſtamento fiendo propria manu. Cap. CXLIII.

ITem Statuimus, & ordinamus ut nimia ſolemnitas evitetur, & ne ipſa ſolemnitate dimiſſa, ultimum defuncti judicium vitietur, quod quandocumque aliquis litteratus, vel ſecrete, vel in ſcriptis teſtari vel codicillari, vel quamcumque aliam voluntatem ultimam facere, hoc facere poſſit ſine aliqua ſolemnitate hoc modo, videlicet; quod propria manu ſcribat in charta membrana, vel bombicina ſuam ultimam voluntatem: qua ſcripta, ſe ſubſcribat ſecrete, & unum Notarium ſe ſubſcribere faciat. Et valeat tale teſtamentum ſive ultima voluntas, ac ſi omnis juris ſolemnitas eſſet obſervata. Si autem non eſſet litteratus, tunc ſervetur formā juris communis. Et Notarius, qui in tali teſtamento ſe ſcripſerit, poſſit poſt mortem ipſius teſtatoris particulas ſcribere ipſius teſtamenti, & illis quorum intereſt dare, alia juris ſolemnitate non ſervata.

De ſucceſſione Mulierum. Cap. CXLIV.

STatuimus, quod mulier etiam aſcendens per lineam maſculinam, vel maſculus per lineam fœmininam non ſuccedat ex teſtamento, vel ab inteſtato cum maſculis deſcendentibus per lineam maſculinam patri, vel aliis aſcendentibus per lineam maſculinam. Idem intelligendum eſt in hæreditate matris, & aliorum aſcendentium ex linea fœminina, ſcilicet, ut mulieres vel deſcendentes ex eis non ſuccedant matri, vel aliis aſcendentibus per lineam maſculinam cum fratribus utrinque conjunctis, vel cum maſculis deſcendentibus ex dictis fratribus per lineam maſculinam. Idem ſervetur in hæreditate deſcendentium, ſcilicet, ut mater, vel alii etiam maſculi aſcendentes per lineam maternam non ſuccedant filio, vel aliis deſcendentibus cum patre, vel cum aliis maſculis aſcendentibus per lineam paternam.

Digitized by Google

nam. Ita tamen quod cum aſcendentibus fratres maſculi utrinque conjuncti, & filii fratrum maſculorum præmortuorum utrinque conjunctorum ſuccedant.

De eodem. Cap. CXLV.

IDem obſervetur in hæreditate fratris, ut ſoror, vel deſcendentes ex ea etiam maſculi fratri non ſuccedant ab inteſtato cum fratribus conjunctis ex utroque parente, vel cum maſculis deſcendentibus ex dictis fratribus per lineam maſculinam. In quibus omnibus ſupradictis ſucceſſionibus habentibus ſuccedere, hæreditates deferantur in ſtirpes, vel in capita, & ſervata etiam gradus prærogativa juxta juris ordinem.

Quid, & quibus legare poſſit ille, de cujus hæreditate agitur. Et quando Mulieri ſubveniendum eſt de bonis hæreditariis. Cap. CXLVI.

POſſit tamen ille, de cujus hæreditate agitur non debentibus ſuccedere de ſuis bonis legare quicquid voluerit in ſua ultima voluntate, dum tamen non ultra dimidium ejus, quod eſſent habituri ab inteſtato de jure communi: ſalvo, quod in quolibet prædictorum caſuum univerſaliter ſuccedens mulieri per hoc Statutum a ſucceſſione excluſæ pro ea maritanda, vel monacanda, vel pro ejus ſuſtentatione, ſi nubere, vel monaſterium ingredi nolverit, providere, & ſubvenire teneatur de bonis hæreditariis ſecundum facultates hæreditarias, & dignitates, & mores civitatis, ſi tempore mortis illius, de cujus hæreditate agitur mulier prædicta non habuerit dotem, vel unde ſe dotare poſſit, vel monaſterium ingredi, vel ſe ſuſtentare decenter, inſpecta conditione, & dignitate ſuæ perſonæ, computando in prædictis diviſionibus fiendis & in omnibus prædictis caſibus legato relicto dictæ mulieri excluſæ per eum, de cujus hæreditate agitur. Et bona hæreditaria illius, de cujus hæreditate agitur, & etiam hæredis ejus pro prædictis omnibus obligata eteſſe intelligantur, & ſint mulieri, cui prædicta proviſio fieri debet: & de prædictis omnibus, & ſingulis cognoſcatur ſummarie, breviter, & de plano.

De pae-

Digitized by Google

De pœna vendentis, & alienantis rem immobilem, non ſubjecto juriſdictioni Belluni, vel univerſitati, collegio, & hoſpitali.
Cap. CXLVII.

QUoniam conveniens eſt, juſtum & juri conſonum, ut hi, quibus onera imponuntur, emolumenta conſequi debeant; idcirco ſalubri reformatione ſtatutum, & reformatum eſt, quod nullus homo, nullaque perſona cujuſcumque conditionis exiſtat, audeat, vel præſumat modo aliquo, vel ingenio, vel ullo colore quæſito vendere vel donare, ſeu permutare, vel alienare quoquo modo, ſive legare, vel per fideicommiſſum relinquere, vel per modum inſtitutionis, vel ſubſtitutionis, nec pro anima, vel corpore judicare aliquam rem immobilem poſitam, vel ſituatam in civitate vel diſtrictu Belluni alicui perſonæ Eccleſiaſticæ, vel ſæculari, non ſubjectæ temporali juriſdictioni communis Belluni, & quæ non ſuſtineat onera & factiones realiter, & de facto cum commune Belluni, nec etiam alicui univerſitati, vel collegio, Eccleſiæ, vel hoſpitali, ſive fratalcæ, nec per aliquem alium actum, per quem aliqua res immobilis poſſit devenire in aliquam de ſupraſcriptis perſonis etiam ab inteſtato. Quod ſi factum fuerit; dicta talis donatio, venditio, permutatio, ſeu alienatio, legatum, ſeu fideicommiſſum, inſtitutio, vel ſubſtitutio, quantum ad ipſam rem immobilem, ipſo jure ſit nulla, & nullius valoris, vel momenti, ſed penitus ſit caſſa, vana, & irrita, ac ſi facta non foret: & ipſa re immobilis ſic donata, vendita, vel per quemcumque modum, ut ſupradictum eſt, in non ſubjectam perſonam tranſlata deveniat, & devenire debeat ipſo jure, & facto in proximiores parentes illius perſonæ, quæ dictam talem rem immobilem in aliquam de ſupraſcriptis perſonis, collegio, vel univerſitate transferre voluerit per aliquem de ſupraſcriptis modis, vel quocumque alio modo. Et inſuper talis perſona quæ vendiderit, donaverit, ſeu alienaverit, vel legaverit, per fideicommiſſum reliquerit, vel quolibet alio modo in aliam perſonam non ſubjectam temporali juriſdictioni communis Belluni, vel alicui collegio, vel univerſitati, Eccleſiæ, vel fratalcæ transferre voluerit, condemnetur, & condemnari debeat in libris vigintiquinque parvorum. Notarius vero, qui prædicta ſcripſerit, vel aliquid prædictorum, condemnari debeat in libris decem parvorum. Teſtes vero, qui fuerint ſcripti in aliquo inſtrumento, vel chartis in ſupraſcriptis caſibus, vel aliquo prædictorum, condemnentur pro quolibet ipſorum in libris quinque parvorum: hoc tamen ſalvo, quod hoc Statutum non vendicet ſibi locum inter patrem & filium & nepotem, & inter fratres. Quibus caſibus per hoc Statutum non intelligatur

gatur eſſe derogatum, ſed habeant inter ſe liberum arbitrium, non obſtante præſente Statuto. Quod Statutum etiam non vendicet ſibi locnm in patribus, matribus, & uxoribus, filiis, & nepotibus ſuſtinentibus onera, & factiones, & cum ipſis habitantibus, vel aliis habitantibus cum dicto ſuſtinente, dummodo tales ſint cives civitatis Belluni, & ſuppoſiti jurisdictioni temporali communis Belluni, qui omnes quantum ad prædicta habeantur pro ſuſtinentibus. Et ſit præciſum.

Quod mater non poſſit relinquere de bonis ſuis, niſi filiis, & ex eis deſcendentibus. Cap. CXLVIII.

STatuimus, quod mulier aliqua habens filios non poſſit relinquere bona ſua, vel de ſuis bonis, niſi ſuis filiis, vel filiæ, aut filio, ſeu nepoti, vel nepotibus, vel pronepoti, vel pronepotibus, vel aliis deſcendentibus ex prædictis, nec ab inteſtato, aut donatione cauſſa mortis, aut aliquo modo; ita tamen quod exiſtentibus filiis maſculis, vel maſculo ex eis deſcendentibus per lineam maſculinam, non poſſint capere fœminæ, vel deſcendentes ex eis ultra dimidium ejus, quod eſſent habituræ ab inteſtato de jure: ſalvo eo, quod pro anima ſua poſſit relinquere quid juſtum fuerit ſecundum quantitatem bonorum; ita quod illud juſtum non poſſit excedere quartam ſuorum bonorum. Et filii, & alii deſcendentes, ad quos devoluta eſt hæreditas, ponantur in poſſeſſionem bonorum hæreditatis matris in omni caſu ſummarie ſine quæſtione, & querela. Et hoc locum habeat in futuris. Sed ordinare poſſit, ut bona ſua poſt filiorum mortem, cui voluerit, deveniant: ſi filii, aut nepotes, vel pronepotes decederent abſque liberis, ſalva legitima, ſive ſit ſui juris, ſive in poteſtate patris. Si vero aliqua mulier habuerit virum ſuum ſuſpectum, & ſuſpectus fuerit male gerere debere, tunc filiis, & deſcendentibus, ſi impuberes fuerint, poſſit tutorem relinquere quemcumque voluerit. Et ſi puberes erunt, eodem modo poſſit eis relinquere curatorem. Et in his duobus caſibus pater filiorum ſuper his bonis nullam habeat adminiſtrationem, nec aliquid dicere poſſit.

HÆC SUNT STATUTA DOTIUM.

De Dotibus conſtituendis per maritum. Cap. CXLIX.

STatuimus, quod ſi maritus ex aliqua ejus uxore defuncta haberet, vel habuerit filios, non poſſit novercæ illorum filiorum conſtituere dotem, vel augmentum dotis ab illo tempore, citra quo

eam duxerit in uxorem, niſi de illis bonis, denariis, & rebus, quæ, ſive quos & quas ab ea evidenter acceperit, aut recepiſſet: & ſi contrafactum fuerit, vel eſt, non valeat nec teneat de jure & de facto. Illud idem obſervetur in qualibet uxore, cui conſtituta fuerit dos, vel dotis augmentum poſt quinquennium a tempore contracti matrimonii in antea.

De muliere minore annis XXV. *nubente ſine conſenſu patris.* *Cap.* CL.

STatuimus, quod ſi quis mulierem aliquam minorem annis vigintiquinque, ſine conſenſu patris, vel alterius, in cujus ſit poteſtate, in uxorem acceperit, licet volentem, vel etiam deſponſaverit, libras vigintiquinque parvorum ſolvat Communi, & plus uſque ad quinquaginta arbitrio Rectoris & Conſulum ſecundum qualitatem facti & perſonæ. Et inſuper parentes, in quorum eſt poteſtate, eam dotare non teneantur, & eis ex teſtamento, vel contra teſtamentum non ſuccedant.

Quid præſumitur matrimonium per inſtrumentum dotis, & deſponſationis. *Cap.* CLI.

STatuimus, quod per inſtrumentum dotis, vel deſponſationis fiat præſumptio pro matrimonio, cui ſtetur, ſi contrarium non probaretur.

De medietate dotis acquirenda per maritum, mortua uxore ſine filiis. *Cap.* CLII.

STatuimus, quod ſi quis acceperit uxorem, quæ dederit, vel promiſerit dotem, vel quis alius pro ea marito ſuo, & ipſa mulier deceſſerit, conſtante matrimonio, ſine communibus filiis aut liberis teſtata, vel inteſtata, maritus lucrari debeat dimidiam partem dotis datæ, vel promiſſæ ab ipſa muliere, vel a quolibet alio dotem pro ea dante. Et ſi decederet, relinquere poſſit marito ſuo in ſua ultima voluntate id, quod ipſa voluerit ipſius mulieris arbitrio: quod legatum non computetur in dicta dimidia, ſed habere debeat maritus legatum & partem dimidiam ipſius dotis. Et hoc habeat locum in dotibus jam conſtitutis durantium matrimoniorum, & in conſtituendis. Et huic Statuto aliquo modo renuntiari non poſſit. Et ſit præciſum. Salvo quod per hoc Statutum non derogetur Statuto, quod incipit: *Statuimus, quod mulier aliqua habens filios &c. ſupra cap.* CXLVIII. *bujus lib.* Et eo etiam ſalvo, quod

quan-

quando aliquis qui non teneretur ipſam mulierem dotare, dediſſet dotem, & ſtipulatus fuiſſet eam ſibi reddi, mulier in dicto caſu aliquid alicui legare non poſſit in præjudicium ejus, qui dotem dediſſet, ſed maritus eo caſu debet ſolam dimidiam habere. Et hoc locum habeat in matrimoniis præſentibus, & futuris.

De incontro dotis dando. Cap. CLIII.

QUia plerumque contigit homines civitatis & diſtrictus Belluni ſuis filiis, fratribus, ſive nepotibus orbari, & in reſtitutione dotium cum incontro non modicum aggravari, & ne ſic duplici dolore graventur, pro evidentiſſima civium & diſtrictualium utilitate, ac ſancta Lege Decernimus & Statuimus, quod quotieſcumque, & quicumque caſus acciderit dotis cum incontro reſtituendæ, quod talis perſona quæcumque fuerit maſculus, vel fœmina, quæ ad reſtitutionem talis dotis cum incontro obligata fuerit, non poſſit, nec debeat poſſe ullo modo, vel ingenio conſtringi ad ſolutionem talis incontri, niſi librarum quinquaginta parvorum pro ipſo incontro: & hoc ſi dos fuerit de libris quingentis parvorum, vel ab inde ſupra. Si vero fuerit a libris quingentis infra, non teneatur, nec aſtringi poſſit talis perſona reſtituere debens dotem cum incontro ad ſolvendum, niſi in libris vigintiquinque parvorum pro ipſo incontro, non obſtante aliquo pacto appoſito in inſtrumento dotali, ſive conſuetudine aliqua in contrarium faciente, quibus per præſens Statutum intelligimus, & volumus fore derogatum. Quid ſi appoſitum fuerit aliquid pactum ultra ſupraſcriptam ſummam, quod tunc ipſo jure dictum tale pactum non valeat, nec teneat, ac ſi non fuiſſet appoſitum. Et hoc habeat locum ſolum in mulieribus maritatis in civitate Belluni & diſtrictu. Et non poſſit huic Statuto aliquo modo renuntiari. Et ſit præciſum: non obſtante etiam aliquo juramento. Quid etiam Statutum locum ſolum habeat in futuris, non autem in præteritis.

De fructibus, & redditibus bonorum dotalium. Cap. CLIV.

STatuimus, quod ſi maritus receperit, ſeu recipiat, conſtante matrimonio, redditus, ſeu fruges aliquas de poſſeſſionibus ad uxorem quocumque modo pertinentibus, ipſe maritus vel ejus hæredes ipſi uxori, vel ejus hæredibus adminiſtrationem ipſarum frugum, vel reddituum, ſeu ad æſtimationem ipſarum, vel eorum nullo modo teneatur, & quod maritus lucretur omnium bonorum fructus, parafrenalium uxoris & aliorum undecumque eidem uxori venientium. Et ſimiliter hæredes mariti fructus ipſorum bonorum per-

Digitized by Google

perceptorum per ipſos per tempus, quo ipſa dicta mulier vel uxor cum dictis hæredibus habitaverit, lucrentur: ita quod dicta uxor fructus dictorum bonorum, nec ipſorum æſtimationem dicto tempore perceptorum a dictis hæredibus petere non poſſit. Et huic Statuto renuntiari non poſſit pacto aliquo, vel modo, ſeu ingenio. Et ſi renuntiatio facta fuerit, non valeat, nec teneat de jure, nec de facto. Et ſit præciſum. Salvo quod prædictum Statutum non vendicet ſibi locum in uxoribus expulſis a maritis de domibus maritorum, vel ſi uxores haberent juſtam cauſſam non habitandi cum dictis maritis, niſi tempore mortis eorum cum eis reconciliati fuerint, reducentes eas in domibus, & ſibi alimenta præſtantes.

De alimentis dotis mulieris. Cap. CLV.

STatuimus, quod ſoluto matrimonio, ſi dos reſtituenda ſit uxori viventi, vel aliter alimenta ſint uxori præſtanda, etiam durante matrimonio; quod intereſſe, ſeu alimenta dotis mulieris ſint & eſſe intelligantur de libris decem pro centenario dotis ſuæ, & ad rationem centenarii pro anno, & in ratione anni. Idem obſervetur in omni caſu, in quo per maritum viventem dos peti poteſt ab uxore, vel ab alio, ut eidem marito præſtentur libræ decem parvorum pro centenario pro anno, & in ratione anni, marito ſuſtinente onera matrimonii. Et idem intelligatur in quocumque debente dotare ſecundum formam Statuti; vel alicujus ultimæ voluntatis, ut poſt quartumdecimum annum mulieris dotandæ eidem in ratione libr. decem pro centenario ſolvere teneatur, computatis alimentis ipſi dotandæ præſtitis: Excepto eo, in poteſtate cujus eſſet ipſa mulier. Et idem intelligatur in quocumque cui dos reſtitui debet, ut eidem ſolvantur libr. decem pro centenario a tempore moræ poſt moram reſtitutionis fiendæ pro anno, & in ratione anni. Et hoc locum habeat in præſentibus & futuris.

Quod pactio de dote facta non teneat in præjudicium deſcendentium. Cap. CLVI.

STatuimus, quod ſi quis pro aliqua muliere dotem dederit, licet ante dotem aliquem contractum inierit cum dicta muliere, in quo dictam mulierem, ſeu dictæ mulieris dotem futuram ſibi obligaverit, nullum præjudicium inferre poſſit in ipſa dote deſcendentibus ex ipſa muliere, nec etiam marito, etiam ſi contractus prædictus fuerit juramento firmatus, renuntiatione aliqua non obſtante, niſi de voluntate mariti præceſſerit: ſalvo Statuto, quod incipit: *Statuimus, quod ſi quis accepit uxorem &c. ſupra cap.* CLI. *hujus lib.* *De*

De bonis relictis Conventui fratrum Minorum exigendis per ſyndicos Communis. Cap. CLVII.

ULtimas defunctorum voluntates in his potiſſima, quæ ad pias cauſſas relinquuntur, executioni mandari cupientes ob reverentiam Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli & Martini patronorum noſtrorum, Statuimus, quod quæcumque relicta per quamlibet perſonam in aliqua ultima voluntate legitima, ſive ſit in pecunia, ſive in bonis mobilibus ſolummodo ipſi Eccleſiæ, ſive loco Beati Petri, aut Conventui fratrum Minorum dicti loci, aut quæ fratribus ipſis in genere, ſive in ſpecie relinquuntur, per Syndicos Communis Belluni, qui pro tempore erunt, & quemlibet eorum inſolidum poſſint, & debeant effectualiter exigi tamquam ſi ſpecialiter & expreſſe ipſi communi & civitati Belluni relicta fuiſſent; ac ſi directe ipſi civitati & communi Belluni, ac ipſis Syndicis, & eorum cuilibet inſolidum pro ipſo communi & civitate Belluni, pro prædictis exigendis actio competeret, & cum effectu acquiſita foret: non obſtante aliquo jure vel Statuto, nec aliqua exceptione juris, vel facti in contrarium admittenda, quibus in hoc caſu per præſens Statutum ſit, & eſſe intelligatur totaliter derogatum, ac ſi de ipſis & ipſorum quolibet ſpecialis & expreſſa mentio facta foret. Et fiat exactio ipſa ſummarie, breviter & de plano, & ſine ſtrepitu & figura judicii, & omni juris & Statuti communis Belluni ordine prætermiſſo. Et quæcumque exacta fuerint per dictos ſyndicos conſignentur D. Rectori civitatis Belluni, qui prædicta tradere debeat ipſi conventui pro elemoſyna & fratrum prædictorum ſuſtentatione: eo tamen ſalvo, quod relicta pro ipſius Eccleſiæ reparatione in eos uſus tantummodo convertant, & non in alios. Salvo etiam, quod ſi non ad reparationem Eccleſiæ prædictæ fuiſſent relicta, & Eccleſia ipſa reparatione egeret, poſſit D. Rector totum, vel partem talium relictorum in ipſius Eccleſiæ reparationem converti facere, aut ipſi conventui pro ejus ſuſtentatione tradere, prout ipſi melius viſum fuerit. Et pro ipſa exactione fienda poſſint & debeant agere etiam hypothecaria modo prædicto contra poſſeſſores bonorum defuncti. Et bona exacta vendi debeant, & eorum prætium diſpenſari, ut prædictum eſt, dummodo reſervetur hæredibus jus, quod habuerit debito jure & trebellianicæ & falcidiæ debitæ jure reſtitutionis eis competens; cui juri per hoc Statutum non intelligatur derogatum, ſi ea detrahi oportuerit.

HÆC

HÆC SUNT STATUTA DE PUPILLIS, MINORIBUS, ET FILIISFAMILIAS.

De Minoribus. Cap. CLVIII.

SIquis contraxerit cum aliquo minore viginti quinque annis, habente tutorem vel curatorem generalem ſine auctoritate tutoris vel curatoris, contractus ſit ipſo jure nullus, quantum ad ipſum minorem: in cæteris vero in ipſo contractu obligatis remaneat ipſe contractus in ſui roboris firmitate, & inſtrumentum contractus ſeu obligationis reddatur eidem minori ſine prætio, & ſolutione, ipſo minore exiſtente inſtrumento ſolo obligato. Idem ſit in majore habente curatorem: hoc ſalvo quod ſi minor adultus eſt factus locupletior ratione talis contractus, quam locupletionem creditor teneatur probare ſi minor talis negaverit fuiſſe locupletatum ratione dicti contractus, vel utiliter geſſerit negotia ſua, vel negaverit ſe curatorem habere; hunc dictum Statutum non vendicet ſibi locum: ſalvo, quod ſi talis contractus cum minore habente tutorem vel curatorem, ſciverit, vel ſcire potuerit probabiliter habere tutorem, vel curatorem; tunc talis negatio pupilli vel adulti nihil operetur.

Quod creditor hæreditatis devolutæ pupillo non audiatur ultra tres annos. Cap. CLIX.

INſuper pro commodo pupillorum & negligentia creditorum Decernimus evidenter, quod quando creditor defuncti, cujus hæreditas fuerit devoluta pupillo particulariter, vel in totum, propter quam devolutionem agitur contra pupillum, non audiatur talis creditor, niſi infra tres annos continuos a tempore mortis defuncti, ex cujus perſona agitur, niſi denuntiaverit tutori pupilli, ſi tutorem habuerit, vel ipſi pupillo, ſi non habuerit tutorem; niſi debitum tale fuerit in inventario; quo caſu etiam, denuntiatione non facta, audiatur ultra tres annos talis creditor, dummodo ſibi non obſtet præſcriptio in Statutis *de præſcriptionibus* contenta: & niſi creditor fuerit minor, aut ſi creditor ex perſona alterius, aut quia in jus ſucceſſit alterius; cum tales habeant juſtam materiam ignorandi.

Quo-

Quomodo procedi debet ad ſolutionem debitorum pupilli. Cap. CLX.

SIquis pupillus debitor appareret ex perſona ſeu ex contractu prædeceſſoris ſui, ſolutio conventionalis & prætoria & judicialis fiat, & fieri poſſit de pecunia ſeu de bonis mobilibus ipſius pupilli ex prætio venditionis eorum, vel per dationem eorum factam creditori inſolutum debiti prædicti. Si vero de pecunia minoris, ſeu ex mobilibus, vel ſe moventibus rebus dicti pupilli de prædicto debito, creditori ſatisfieri non poſſit, ſatisfiat dicto creditori hoc modo: videlicet, quod res immobilis minus utilis dicto pupillo, ex cujus rei prætio creditori ſolvi poſſit, vendatur publice, ſubhaſtatione facta, & plus offerenti detur, & ex prætio recepto ex dicta venditione plena fiat ſolutio creditori. Et ſi ſoluto prædicto debito aliquod ex prętio venditionis ſuperfuerit, illud ſuperfluum prætii perveniat & convertatur in utilitatem, & commoda minoris. Si autem ſubhaſtationi prædictæ rei minoris, publice facta per tres dies, emptor, qui dignum & juſtum offerat prætium, inveniri non poſſit; tunc ipſa res vel pars ipſius rei in ſolutionem dicti debiti, tradatur creditori, uſque ad ſummam ejus, quod creditori debetur, ſervato ordine æſtimationis fiendæ, eo modo & forma, ut in Statuto *de pignoribus* continetur, & firma ſit alienatio prædicta ſeu datio inſolutum: ita tamen quod in contractu venditionis prædictæ, vel dationis inſolutum apponatur & inferatur tota ſeries inſtrumenti, ſeu alia probatio ejus debiti, quod debetur debitori. Et quod prædicta omnia fiant & procedant cum auctoritate tutoris vel curatoris minoris, vel generalis, vel ſpecialis, & cum Decreto Rectoris vel Judicis: & ſi contrafiat, non teneat in præjudicium minoris quod factum fuerit. Et ſi talis minor non haberet curatorem vel tutorem, quod tunc Rector communis teneatur in hoc caſu dare curatorem ad hunc actum, qui non teneatur facere inventarium: & valeat quod cum eo factum fuerit in hoc caſu.

De Ratione reddenda per Tutores, vel Curatores. Cap. CLXI.

ET ſi legali ſanctione cautum reperiatur, quod tutores & curatores durante eorum officio, non teneantur, nec poſſint compelli per judicem ad adminiſtrationis ſuæ rationem reddendam; tamen pro commodo pupillorum & adultorumd ecernimus Statuendo, quod omnes tutores cujuſcumque maneriei ſint & conditionis exiſtant, ſive teſtamentarii, ſive legitimi, ſive dativi cum inquiſitionę, vel ſine, & curatores adultorum omni, & ſingulo anno a tempore, quo dati

dati & conſtituti fuerint tutores vel curatores, vel eis decreta fuerit adminiſtratio bonorum pupillorum vel adultorum, teneantur & debeant reddere rationem adminiſtrationis ſuæ de bonis & rebus, quæ ad eorum manus pupillorum vel adultorum ſuorum dicto tempore pervenerint in præſentia duorum vel trium propinquorum dictorum pupillorum & adultorum ex parte patris, vel duorum vel trium ex parte matris, ad hoc eligendorum per D. Rectorem vel Vicarium, qui pro tempore fuerit ad regimen civitatis Belluni ejus arbitrio. Quod ſi talis pupillus vel adultus non haberet attinentes ex parte patris vel matris, vel ex altera tantum haberet, vel ex neutra; tunc D. Rector vel Vicarius loco deficientium poſſit & debeat ad hoc eligere duos vel tres bonos viros ejus arbitrio. Et quod electi omnes ad videndum & examinandum dictam rationem vel rationes pupillorum vel adultorum, teneantur & debeant jurare, quod bene & legaliter omni dolo & machinatione remotis, dictam rationem & rationes videbunt & examinabunt. Et facta & calculata dicta ratione, tales electi teneantur referre Rectori ſeu Vicario calculationem dictæ rationis, & de ipſa calculatione rationis fiat coram Rectore publicum inſtrumentum: ſub pœna tutori vel curatori, qui dictam rationem omni anno, ut ſupradictum eſt, non reddiderit, librarum quinquaginta; in qua pœnam incidat ipſo facto; cujus pœnæ medietas ſit pupilli & adulti ſui, & alia medietas ſit communis Belluni: & nihilominus ad reddendam dictam rationem per Rectorem, captis pignoribus, & mulcta indicta, compellatur. Et quod dictas libras vigintiquinque parvorum, quas dictus tutor vel curator tenetur pupillo vel adulto ſuo nomine pœnæ propter rationem non redditam omni & ſingulo anno, ut ſupradictum eſt, teneatur ſibi ponere in introitu ſuæ rationis tanquam de bonis & proventibus pupilli & adulti ſui. Et quod dictum eſt de curatoribus adultorum, idem obſervetur in omnibus & per omnia, ut ſupraſcriptum eſt in curatoribus prodigorum, furioſorum, & mentecaptorum. Et quod hæc ratio ſic viſa & examinata habeatur pro legitima & ſufficiente in fine adminiſtrationis; ita quod pro illo tempore, pro quo viſa & examinata ſit, non ſit neceſſe amplius eam videre & examinare. Idem intelligatur in quolibet tutore, & negotiorum geſtore, & procuratore generalia negotia dictarum perſonarum gerentibus.

Quod, qui ſe majorem vigintiquinque annis fecerit, non habeat beneficium reſtitutionis in integrum. CLXII.

STatuimus, quod ſiquis vel ſiqua ſui juris contractibus ſe majorem xxv. annis eſſe dixerit vel fecerit, habeatur pro majore,

re, & beneficium reſtitutionis in integrum ſit ei ſublatum, dummodo habeat xx. annos quando contraxerit, vel quando ſe majorem dixerit, vel ſecerit. Si vero fuerit minor annis xx. etiam major annis quatuordecim, non poſſit quoquo modo etiam cum ſacramento res ſuas alienare immobiles, nec ſe, nec ſua obligare, nec jura cedere, nec finem & remiſſionem alicujus debiti facere, niſi ipſa alienatio, vel obligatio, vel ceſſio, vel finis, vel remiſſio facta fuerit coram Rectore vel Vicario, cum cauſſæ cognitione, & præſentibus duobus ſuis conjunctis, ſeu affinibus majoribus annis viginti quinque. Et aliter facta alienatio vel obligatio, vel ceſſio, vel finis, vel remiſſio alicujus debiti, non valeat ipſo jure. Salvo quod contenta in dicto ſtatuto non vendicent ſibi locum in contractibus dotium vel arrarum, vel in contractibus, qui fierent occaſione matrimonii.

De Filiisfamilias, quod non poſſint alienare. Cap. CLXIII.

STatuimus, quod filiusfamilias non poſſit mutuo pecuniam accipere, nec ſe in aliquo inſtrumento vel contractu ſeu diſtractu obligare, vel aliquid alienare vel pignorare ſive obligare præter voluntatem & conſenſum patris vel avi vel proavi, in cujus eſſet poteſtate. Et ſi ſe modo aliquo obligaverit, vel aliquod alienaverit, vel obligaverit, alienatio, vel obligatio non valeat, nec teneat ipſo jure, quantum contra ipſum filiumfamilias renuntiatione vel pacto aut juramento aliquibus non obſtantibus. Et recipiens rem obligatam vel alienatam, incidat in pœnam librarum decem parvorum. Et nihilominus ad rei talis reſtitutionem ei in cujus filius eſt poteſtate, compellatur ſummarie & de plano, & præſumatur res fuiſſe ipſius. Et hoc non vendicet ſibi locum in caſtrenſi peculio, vel quaſi. Nec vendicet etiam ſibi locum in filiofamilias majore annis viginti quinque, publico mercatore, dum tamen nec pater, nec bona ipſius patris obligentur. Eo etiam ſalvo quod ipſe filiusfamilias, licet foret publicus mercator, & major xxv. annis, non poſſit modo aliquo obligari pro fidejuſſore, etiam ſi contingat velle aliquem in contractu aliquo obligari. Et qui ſe ſic obligaverit, negaverit ſe habere patrem vel alium in cujus ſit poteſtate, vel dixerit ſe emancipatum eſſe; nihilominus fidejuſſor, vel fidejuſſores teneantur ſolvere creditoribus integraliter totum id, quod principalis eſſe obligatus legatur ſive reperiatur, nulla exceptione obſtante, propter quam principalis tueri poſſit. Et talis principalis condemnetur pro mendacio in libris decem parvorum.

Digitized by Google

HÆC SUNT STATUTA DE FORBANNITIS.

De Forbannitis, & Forbanniendis pro debitis. Cap. CLXIV.

STatuimus, & ordinamus, quod Rector civitatis Belluni vel Vicarius diligenter faciat ſcriptos in libro forbannitorum ad petitionem ſingularum perſonarum inquirere omni menſe ſub vinculo ſacramenti, & quemlibet eorum in ſol. viginti parvorum condemnare omni menſe, dum erunt ſcripti in libro forbannitorum. Et ſi eos non condemnaret, nihilominus incidat in dictam pœnam ipſo facto. Cujus banni medietas ſit communis Belluni, & alia medietas ſit ejus, ad cujus poſtulationem fuerit ſcriptus in libro forbannitorum.

Quod Condemnati per Judicem ſi non ſolverint infra terminum præſcriptum, forbanniantur. Et alia ſimilia. Cap. CLXV.

STatuimus, quod condemnati per judicem, vel obligati in præſis, inſtrumentis, ſententiis, vel præceptis, vel contra quos accepta fuerit tenuta in rebus mobilibus, vel in pecunia alicui facienti factiones & ſolventi collectam cum commune Belluni ſi non ſolverit ad terminum in præſis, vel inſtrumentis, vel præceptis, ſententiis, vel tenutis contentum expreſſe vel tacite ſecundum formam Statuti communis Belluni aut per præcones civitatis Belluni quod ſolvant ſuis creditoribus uſque ad dies viginti continuos ſecundum tenorem præſæ, vel ſententiæ, vel præcepti, inſtrumenti, vel tenutæ, ſi voluerit contradicere infra prædictum terminum xx. dierum venire debeant coram Rectore civitatis Belluni ad contradicendum & ad probandum cauſſam ſuæ contradictionis legitimæ, quod ſi non ſolverint infra dictum terminum xx. dierum, vel non venerint ad contradicendum, & non probaverint cauſſam ſuæ contradictionis legitime expoſitam coram Rectore, quam infra dictum terminum exponere & probare teneantur, ita quod teſtes ſuos deponere faciant dicta ſua, quod forbanniantur, & in libro forbannitorum communis Belluni pro ipſo debito ſcribantur; de quo cancellarii non poſſint niſi cum ſuo creditore fuerint in concordia, & ei ſatisfecerint & ſolverint communi Belluni ſol. quinque parvorum pro banno libri. Si vero monitus infra dictum terminum xx. dierum venerit coram judice cognoſcente de ratione civitatis Belluni ad contradicendum, audiatur, præſente ſuo adverſario, vel legitime citato. Et ſi per Rectorem pronuntiatum fuerit monitum qui venerit ad contradicendum monitioni ſibi factæ, non habere jus contradicendi, incontinenti facta pronuntiatione ſine aliqua exceptione forbanniatur, & ſcribatur in libro forbannitorum, ut ſupra dictum eſt.

Quam-

Digitized by Google

Quando citatus de faciendam rationem alicui, ſi non venerit forbanniendus ſit. Cap. CLXVI.

ITem ſiquis citatus fuerit ad rationem faciendam alicui, & non venerit in primo termino, ſolvat bannum, quod in Statuto continetur. Et creditor ſi voluerit debitorem ſuum, qui non venerit ad faciendam ſuam rationem in primo termino, facere forbanniri, iterum faciat ſuum debitorem citari quod veniat ad faciendam ſuam rationem coram judice civitatis Belluni. Et ſi citatus non venerit in ſecundo termino, forbanniatur, & in libro forbannitorum ſcribatur, & detur tenuta de ſuis bonis illi, qui fecerit eum citari, & nihilominus ſolvat bannum communis toties quoties non venerit ad rationem faciendam. Et de libro exire non poſſit, niſi prius fuerit in concordia cum ſuo adverſario, vel venerit ad reſpondendum ei, & fecerit ſecuritatem de parendo juri per idoneum fidejuſſorem.

Qua pœna puniatur forbannitus, ſi venerit in Plateam, vel curiam, niſi fuerit affidatus. Cap. CLXVII.

QUicumque fuerit bannitus, ſive fuerit maſculus, ſive fœmina, tam pro debitis, & condemnationibus communis, quam pro debitis ſingularium perſonarum iverit in plateam, ſive curiam, vel in domum Communis, vel forum, condemnetur communi Belluni in ſol. viginti parvorum pro qualibet vice, & quilibet poſſit accuſare forbannitum pro condemnationibus communis. Forbannitum autem pro debitis ſingularium perſonarum non poſſit aliquis accuſare, niſi ſolummodo creditor, vel ejus procurator, ve alia perſona habens legitimam adminiſtrationem ab ipſo creditore, ſeu cauſſam. Et habeat accuſator medietatem banni: ſalvo quod per Rectorem vel Vicarium, qui pro tempore fuerit, poſſit affidari ut veniat in domum communis pro teſtificando, vel pro jurando de calumnia, & de veritate dicenda. Et tunc ſi venerit, nullam patiatur pœnam: ſalvo quod condemnati ad mortem, vel ad aliam pœnam corporalem non poſſit affidari, niſi per D. Rectorem, dum tamen aliqua affidatio non tranſeat octo dies, & de novo dari non poſſit, niſi ex alia juſta cauſſa.

Quod forbannitus non gaudeat officiis, & beneficiis Communis. Cap. CLXVIII.

EX quacumque de cauſſa fuerit aliquis forbannitus, jus ei in civilibus non reddatur, niſi in defendendo ſe per procuratorem, vel legitimum defenſorem, nec poſſit habere aliquod officium pro

Digitized by Google

commune Belluni, nec ire in aliquam ambaſſariam, nec aliquod ſalarium vel meritum poſſit percipere, ſeu habere a commune Belluni. Et ſi receperit, in duplum reſtituere compellatur, & condemnetur in ſoldis ſexaginta parvorum pro qualibet vice. Ac etiam non poſſit habere officium aliquod per ſcholam notariorum, ſive per ejus caſtaldiones. Nec eſſe de conſilio, nec habere officium per parentelas civitatis Belluni, ſub pœna ſuperius dicta. Quam pœnam ſolvere compellatur incontinenti ſine ſententia ferenda. Et Rector vel Vicarius per ſacramentum inquirere teneatur de prædictis, quando aliquis receperit aliquod officium, utrum ſit in libro bannitorum, vel non. Et ſi repertus fuerit in libro bannitorum, tunc teneatur ipſum talem officialem caſſare ab officio, & ipſum incontinenti condemnare, modo & forma ſuperius dicta, & acta nihilominus firma ſint.

De mercede cancellandi forbannitum. Cap. CLXIX.

NOn poſſit aliquis cancellari de libro forbannitorum, niſi prius ſolverit communi Belluni ſol. quinque parvorum pro qualibet forbannitione, de qua voluerit cancellari.

Quod cancellario non valeat, niſi ſolutione facta. Cap. CLXX.

NOn intelligatur aliquis cancellatus de libro forbannitorum, niſi ſatisfecerit, ſeu in concordia fuerit cum ſuo creditore, & niſi communi ſolverit id, pro quo fuerit forbannitus, vel condemnatio fuerit executioni mandata, licet reperiretur de præcepto Rectoris vel Vicarii cancellatus.

Per quos, & qualiter ſcribi debet forbannitus in libro forbannitorum. Cap. CLXXI.

NUllus debeat ſcribi in libro forbannitorum pro debitis ſingularium perſonarum nec de libro cancellari, niſi per notarium officii majoris, & niſi per notarium maleficiorum, quando fuerit pro debitis communis Belluni vel condemnatione forbanniendus, vel cancellandus. Et debeat ſcribi proprio nomine & cognomine, & cancellarii cum milleſimo, die, & teſtibus, & ſigno, ſeu nota, & nomine tabellionis, & de licentia & mandato Rectoris vel Vicarii ſcribi, & cancellari debeat.

Quod

Quod ultra ſex menſes forbanniti poſſint detineri. Cap. CLXXII.

STatuimus, & ordinamus, quod ſiquis forbannitus ad petitionem ſingularium perſonarum ſteterit in libro forbannitorum ſcriptus per ſex menſes, capiatur & detineatur per Rectorem & ejus familiam ad petitionem dicti ſui creditoris; nec de carceribus relaxetur, niſi ſuo ſatisfecerit creditori de ejus debito & expenſis, vel in concordia fuerit cum eodem: ſalvo quod in omni caſu forbannitus relaxari poſſit, ſi bonum pignus mobile expeditum dederit pro debito, quod immediate vendi & ſubhaſtari poſſit, & ſemper admittatur ad probandam ſolutionem, medio tamen tempore non relaxetur, niſi dederit ſufficiens pignus pro debito. Etiam ſalvo, quod poſſit cedere bonis.

Quando intelligitur forbannitus. Cap. CLXXIII.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quod omnia ſupradicta ſtatuta contenta ſub rubrica de forbannitis & forbanniendis vendicent ſibi locum tantummodo, cum debitor fuerit primo pignoratus. Et pignus mobile vel immobile ſufficiens ad debitum non deſignaverit. Et hoc in actis notarii de medio ſit ſcriptum ſecundum formam ſtatuti de pignoribus. Et ſi aliter ſcriptum reperiretur, non valeat.

Quod quis non poſſit forbanniri, niſi pro libris quinque parvorum. Cap. CLXXIV.

ITem Statuimus, quod nullus homo vel perſona poſſit forbanniri, nec in libro forbannitorum poni ad petitionem alicujus perſonæ pro minori debito librarum quinque parvorum. Et ſi ſcriptus reperiretur, non valeat ipſo jure, nec prætextu ejus, quod eſſet ſcriptus in dicto libro, poſſit detineri, nec moleſtari, nec in aliquam condemnationem incidat.

Quod forbannitus ultra annum condemnetur quoque menſe in ſol. xx. Cap. CLXXV.

ITem ſiquis ſteterit ſcriptus in libro forbannitorum occaſione debiti alicujus ſingularis perſonæ per unum annum incidat in pœnam ſol. viginti parvorum ſingulo menſe, ut ſupraſcriptum eſt, & ultra annum in nullam pœnam ulterius currat. Semper tamen remanendo forbannitus & alligatus aliis bannis contentis ſub rubrica iſta; excepto

Digitized by Google

pro banno, ſive pœna, quæ ſibi omni menſe currit, donec de ſe ipſo libro fecerit cancellari ſecundum formam ſuperius contentam.

Quod in omni ſemeſtri publicentur forbanniti. Cap. CLXXVI.

ITem ſtatuimus, quod Rector civitatis Belluni teneatur & debeat omnes ſcriptos in libro forbannitorum omni capite ſex menſium in pleno arengo, ſedendo pro tribunali ad banchum juris facere publicari & legi, & cauſſam quare ſcripti ſunt, & hoc ſub pœna librarum vigintiquinque parvorum, Rectori. In quam pœnam incidat ipſo facto: & de ejus ſalario debeat defalcari.

HÆC SUNT STATUTA DE CONFINIBUS, ET LIVELLARIIS, RUSTICIS, VILLANIS, ET LOCATIONIBUS QUIBUSCUMQUE ET DE DECIMIS.

De confinibus Plateæ. Cap. CLXXVII.

STatuimus, quod platea communis Belluni ſive curia magna ſit, & eſſe intelligatur a cantono ſuperiori Palatii, in quo habitat D. Rector, verſus ſero citra uſque ad Eccleſiam majorem, & ab Eccleſia S. Joannis in ſurſum uſque ad Palatium communis; & a Palatio beccariarum verſus plavim uſque ad burellam illorum de Dojono, D. Symeonis recto tramite ad Epiſcopalem Palatium. Forum autem intelligatur per totum quadrum ipſius fori, cum omnibus porticibus circumquaque.

De Livellariis, quod non poſſint alienare ſine permiſſu livellantis. Cap. CLXXVIII.

STatuimus, quod ſi quis habuerit aliquam rem immobilem ab aliquo ad livellum perpetuale, vel ad affictum ad non modicum tempus, ſcilicet, decem annorum, vel plurium, non poſſit illam rem immobilem particulariter, vel in totum vendere vel alienare, neque conditionem livelli deteriorare ullo modo ſine permiſſu Domini livellantis, vel ejus, qui cauſſam haberet ab eodem livellante. Et ſi contrafiat, alienatio non valeat ipſo jure. Et ſemper dictus livellans, & qui cauſſam haberet ab eodem, poſſit revocare a detinente, vel poſſidente ſine ſtrepitu & figura judicii, non obſtante aliqua præſcriptione, niſi ſola præſcriptione centum annorum. Et teneatur livellarius & conducens a domino modicum tempus quando recognoſcit livellum, dare in ſcriptis prata, terras, & domos cum ſuis coherentiis, & alia jura ſpectantia dicto livello, ſub pœna librarum vigintiquinque

que parvorum. Et hoc locum habeat non ſolum in futuris, ſed etiam in præteritis. Et hoc locum habeat etiam ſi in contractu livellationis caveatur, quod ipſe livellarius poſſit vendere, ſeu in alterum transferre jus ſuum. Et ſi contrafiat per ipſum livellarium non teneat alienatio per ipſum facta. Et teneatur livellarius præſtare domino rei livellatæ tertiam partem prætii contenti in contractu alienationis factæ per dictum livellarium, & emptori, in quo dicta alienatio facta fuerit in integrum prætium ſibi ſolutum, reſtituat idem livellarius alienator.

Quod Livellarius, & ejus hæres teneatur Statuto tempore renovare contractum livellationis, niſi aliud appareret. Et alia plura circa hanc materiam. Cap. CLXXIX.

ITem, quod quilibet Livellarius, & ejus ſucceſſor, ſive hæres in capite vigintinovem annorum teneatur & debeat renovare ſine prætio aliquo, ſive recognoſcere ad livellum ex contractu livellationis ſibi, vel prædeceſſori ſuo factæ, niſi ſecundum formam conventionis, & pactum habitum inter livellarium & livellantem, niſi aliud appareret, videlicet, in toto vigeſimo nono anno, vel in tribus menſibus ſequentibus vigeſimum nonum annum. Et qui contrafecerit, cadat, & privatus eſſe intelligatur ipſo jure a jure ſuo, quod habet in dicto livello. Et hoc ſi placuerit Domino, quod habeat locum in perſona livellantis, & etiam hæredis, ſive ſucceſſoris ſui, etiam ſingularis. Et quod livellarius in omni caſu, quo caderet a jure livelli, vel ceſſaverit ſolvere penſionem ſolitam per triennium proximum, nihilominus ſolvere teneatur Domino livelli penſionem non ſolutam. Et ſi ante Dominus locaret, vel uteretur dicta re livellata propter abſentiam livellarii extra diſtrictum, nihilominus remaneat obligatus ſecundum formam inſtrumentorum; & idem intelligatur, ſi livellarius habitaret in diſtrictu Belluni, & non laboraret ipſum manſum, & non bene uteretur re livellata; & nihilominus in ſupraſcriptis caſibus quando Dominus locaſſet ipſum dictum manſum, vel uſus fuiſſet re livellata, ſi non percepiſſet ſolitam penſionem ſuam. Tunc in id quod ſibi deficeret, poſſit agere ad ſupplementum contra ipſum livellarium & ejus hæredes & bona; & quod quilibet livellarius debeat dictum livellum recognoſcere etiam ab eo, in quem dominus rei livellatæ, poſt denunciationem ſibi livellario factam, ab eo in quem quocumque modo jus, ſeu reſponſio dominii rei livellatæ alienatum fuerit. Et qui contrafecerit pœnæ centum ſol. dandorum Domino prædicto; & banno ſol. centum Communi Belluni ſubjaceat, & nihilominus idem livellarius prædicta teneatur facere. Et locum habeat etiam in contractibus livellationum factarum hinc retro, & futuris.

Quod

Quod Livellarius denuntiet bona obligata Domino.
Cap. CLXXX.

ITem ſtatuimus, quod ſi aliquis Dominus Livellarius, vel ejus hæredes, vel alius habens cauſſam ab eo requiſiverit livellarium, vel petierit ab eo, quod idem debeat deſignare, & in ſcriptis dare domos, terras, prata, poſſeſſiones, nemora, & jura omnia ſpectantia dicto livello, teneatur idem livellarius prædicta facere & adimplere, ponendo locum in quo jacent, & coherentias eorumdem uſque ad unum menſem ſequentem, ſub pœna ſol. centum parvorum. Et nihilominus teneatur prædicta adimplere; & ſi dictus livellarius aliquam petiam terræ, vel jus aliquod dicti livelli ſubcœlaret, & in ſcriptis non daret, ut dictum eſt, illa petia terræ, & illud jus ſic ſubcœlatum pertineat pleno jure ad Dominum, & Livellarius a jure ſuo cadat in re ſubcœlata. Cujus banni medietas ſit ipſius domini; ſi domino placuerit. Et ſi ipſe ruſticus ſive livellarius dederit domino terras & bona in ſcriptis, ut ſupradictum eſt, non teneatur ulterius dare uſque ad tempus renovationis contentum in ſupraſcripto proximo Statuto. Et in omnibus ſupraſcriptis caſibus idem intelligatur de eo, qui conduxerit ad non modicum tempus.

Quod bona ad affictum data reſtituantur ſine deterioratione.
Cap. CLXXXI.

ITem, quod quilibet conducens cujuſcumque conditionis exiſtat rem aliquam cujuſcumque conditionis ab aliquo, teneatur & debeat ipſa re locata uti & frui arbitrio boni viri, nec eam deteriorare, ſed finito termino locationis reſtituere domino meliorem, vel æque bonam, ut erat tempore locationis. Et ſi deteriorata erit, vel tali modo ut erat, non reſtituerit: tunc ad omne damnum & intereſſe teneatur. Pro quo damno & intereſſe, facta fide judici de ipſo, poſſit & valeat perſonaliter detineri, de quo etiam ſummarie & ſine ſtrepitu & figura judicii cognoſcatur, omni juris ſolemnitate obmiſſa.

De negligentia livellariorum, ſeu affictualium in adaptando domos.
Cap. LXXXII.

STatuimus, quod quotieſcumque apparuerit alicui locatori ad non modicum tempus, vel livellanti domos & manſos ſuos alicui perſonæ, & ſtando & habitando livellarii, & coloni ad non modicum tempus in domibus ipſorum dominorum, & locatorum,

quod

Digitized by Google

quod domus & manſiones ſint deſertæ, vel minentur ruinam, aut pluant, vel maleſtent, quod facta denuntiatione ruſtico, conductori, vel livellario, vel inquilino, quod domus vel manſiones minantur ruinam, & maleſtant, & ſe habent, quod ipſe conductor, livellarius, & habitator debeat aptare, & in concio tenere ipſas uſque ad duos menſes a die denuntiationis factæ, quod tunc ſi talis conductor, vel habitans, vel livellarius fuerit negligens in reaptando, conzando domos, & manſiones tales uſque ad duos menſes, tunc facta quærela D. Vicario, oſtenſa denuntiatione facta eidem, aut per teſtes, aut per publicum inſtrumentum, tunc D. Vicarius teneatur detinere ipſum livellarium, vel colonum, vel inquilinum, & carcerare, & inde non relaxare, niſi aptaverit & reaptaverit ſollicite & diligenter dictas domos & manſiones dicti manſi, quem laborat, & laborabat. Hoc ſalvo, quod tempore factæ denuntiationis ſi voluerit contradicere, & defendere a prædictis, tunc comparere debeat coram D. Vicario uſque ad decem dies a tempore denuntiationis in antea ad contradicendum, & de ſuo jure utendum, cur & quare non teneatur ad prædicta. Quo tempore decem dierum tranſacto, tunc non audiatur, ſed penitus executio dicti ſtatuti prorſus fiat contra ipſum. Hoc ſalvo, quod ſi præſtiterit bonam ſatiſdationem de reaptando & acconzando prædictas domos & manſiones uſque ad unum menſem, vel duos, tunc poſſit relaxari de carceribus, & ſuper prædictis ſummarie cognoſcatur ſine ſtrepitu judicii.

Quod ſolvatur de groſſulibus affictuum, & livellorum in feſto S. Laurentii. Cap. CLXXXIII.

STatuimus, quod omnes & ſinguli debentes dare affictum de groſſulibus dominis ſuis, de ipſis integre reſpondere teneantur dominis ſuis omni anno in feſto Sancti Laurentii octo dies ante, vel octo poſt. Non obſtantibus aliquibus pactis in inſtrumentis affictuum, ſive livellorum appoſitis, & contentis, nec aliquo alio Statuto in contrarium. Quæ omnia & ſingula pacta & alia contenta in contrarium caſſa ſint & vana in ea parte, & nullius roboris vel momenti vigore præſentis Statuti. Et quod ita peti & exigi poſſit a quibuſcumque tenentibus dare affictum, ſeu livellum de groſſulibus in dicto feſto Sancti Laurentii octo diebus ante, vel octo poſt, ſicut prius exigebatur circa feſtum Sancti Martini. Et ita ſuper ipſis Rector, qui pro tempore fuerit, procedere teneatur ad executionem prædictorum, aliquibus non obſtantibus in contrarium.

Quod D. Rector teneatur inter Regulas, & Communia villarum diſtrictus Belluni judicare ſine figura judicii, & libelli oblatione. Cap. CLXXXIV.

AGricolarum commoditatibus providentes, ne circa rem ruſticam occupati ab ea diutius calumniantium cavillationibus capiantur, decernimus Statuendo, quod quandocumque impoſterum quæſtio aliqua, lis, aut controverſia fuerit inter communia, ſive regulas villarum diſtrictus Belluni, aut inter commune unius villæ, ſive regulam ex parte una, & aliquam ſingularem perſonam, unam vel plures, ſive fuerit de dicta regula, ſive adverſante, ſive de alia, ſive de civitate, ſive de burgis, ſive ſub burgis, ſive fuerit forenſis dicta ſingularis perſona, una vel plures, ſive fuerit occaſione terminorum, confinium, paſculorum, nemorum, pratorum, aut cujuſvis alterius rei, D. Rector, qui pro tempore fuerit, vinculo ſacramenti teneatur, & debeat inter partes prædictas cognoſcere, & procedere breviter, & de plano, ſine ſtrepitu & figura judicii, & libelli oblatione. Et inter ipſas diffinire & terminare, & finem litibus antedictis ponere, & ſententiare, omni prorſus juris ſolemnitate expulſa, ſola, mera, & pura veritate inſpecta. Et quicquid per ipſum in cognoſcendo, procedendo, & diffiniendo geſtum fuerit, per hanc ſaluberrimam legem inviolabiliter pleniſſimam obtineat firmitatem. Non obſtante lege aliqua canonica, civili, aut municipali in contrarium loquente, etiam ſi expreſſam exigeret mentionem. Cui ex nunc derogamus expreſſe, & derogatum per præſens Statutum eſſe intendimus. Huic belliſſimæ legi adjicientes, quod ſi quæſtio prædicta eſſet talis naturæ & conditionis, quod exigeret proſpectui oculorum ſententia judicantis, volumus reſidere in diſcretione dicti D. Rectoris, quod tunc D. Rector teneatur & debeat ire perſonaliter ad locum quæſtionis, de cujus confinibus, terminis, ſive de quacumque alia re prædicta fuerit quæſtio, & ſecum ducere duos exgroſſatores communis Belluni, qui pro tempore fuerint ad dictum locum diligenter una cum eis conſpicere & conjecturari, & ſecundum quod eis videbitur convenire inter partes prædictas diffinire, & terminare. Et quicquid per ipſos, aut per ipſum Rectorem cum uno eorum in prædicto caſu ſententiatum fuerit, pleniſſimum roboris obtineat firmamentum, ut ſupradictum eſt, quoniam D. Rector ſolus cognoſcit & diffinit omnibus illis verbis roborativis, in hoc caſu etiam repetitis. Et ſi contigerit per aliquam partium a talibus ſententiis, pronuntiationibus, & diffinitionibus appellari, quia tunc talis appellatio fiat, & fieri poſſit ad D. Rectorem ſolum ſuperiorem ejus, qui talem ſententiam protulit, intelligendo ſuperiorem ſecundum for-

Digitized by Google

formam Statuti de appellationibus, & non ad alium. Qui D. Rector teneatur & debeat modis & forma contentis in præſenti Statuto dictam cauſſam appellationis terminare, & finire infra viginti dies, ſub vinculo ſacramenti a die, qua fuerit appellatum. Quod ſi non fecerit, quod tunc ſententia prima remaneat firma.

Quod melioratio, & acquiſitio facta in terris locatis ſpectet ad Dominum. Cap. CLXXXV.

STatuimus, quod ſi quis villanus, ſeu ruſticus, laborans manſum, ſeu terram alicujus perſonæ, ipſum manſum, & terram quocumque modo ampliaverit, melioraverit, ſeu jus aliquid ipſi manſo acquiſiverit, omnis melioratio & acquiſitio prædicta in augmentum quodlibet ipſi manſo & terræ, & domino ipſius terræ, & manſi debeat pertinere ſine prætio, vel emolumento præſtando ruſtico tali.

De pœna accipientis Ruſticum de manſo alterius. Cap. CLXXXVI.

NEmo Ruſticum, ſeu villanum alterius ante finitam ſuam conductionem recipiat ad laborandum ſuum manſum, ita quod primum manſum dimittat ſine licentia prioris domini. Et ſi quis contrafecerit, librarum vigintiquinque parvorum pro banno communi componat, & ipſum ruſticum cum omnibus ſuis bonis reddat & reſtituat ad laborandum ipſi Domino Priori ſupra manſum ipſius. Tertia pars cujus banni ſit domini manſi, & duæ Communis Belluni.

De licentia danda Ruſticis de manſo. Cap. CLXXXVII. — 187

SI Dominus ſive locator manſi, vel cujuslibet alterius rei ſingularis voluerit licentiare ruſticum de ſupramanſo per ipſum locato, vel de alia re ſingulari per ipſum locata, per ſe, vel per ſuum nuntium teneatur licentiare ruſticum per quindecim dies ante feſtum Sancti Petri de Junio, vel poſt dictum feſtum per quindecim dies; & ſi non fecerit, poſtea ipſum licentiare non poſſit uſque ad unum annum; & ſi Ruſticus voluerit recedere de ſupramanſo, vel de altera ſingulari re alicujus domini, vel locatoris, denuntiet hoc domino, vel locatori, & ab eodem commiatum accipiat per quindecim dies ante dictum feſtum, vel per quindecim poſt, quod ſi non fecerit, ruſticus remaneat ſupra manſum, vel aliam rem ſingularem uſque ad annum. Et prædicta vendicent ſibi

 locum,

Digitized by Google

locum, completis terminis locationum; & hoc debeat denuntiare, ut dictum eſt, in ultimo anno ſuæ locationis ante feſtum Sancti Petri de Junio per quindecim dies, ut prædictum eſt.

Qualiter intelligatur legitime colonus de ſupra manſo licentiatus.
Cap. CLXXXVIII.

STatuimus, quod villanus ſive ruſticus licentiatus legitime de manſo, vel terra ſclapata, teneatur ſtatim collectis groſſulibus, vel leguminibus de manſo pati, & permittere laboratorem, qui debet ſequenti anno laborare manſum, vel terram, venire ad laborandum ſupra manſum ad rumpendum ſcovolas, & alia laboreria facienda, quæ ſpectant pro ſequenti anno, & etiam præſtare eidem commoditatem habitandi & ſtandi in cortivo cum ſuis beſtiis aptis ad laborandum tamen, & arneſiis.

Inſuper etiam firmamus, quod laborator, qui receſſurus eſt de manſo, ſi contingat eum habere in cortivo aliqua ædificia, ſepes, vel aliqua jura, quæ fixa ſint, teneatur & debeat domino manſi libere relaxare abſque prætio aliquo, & hoc ſub pœna librarum vigintiquinque parvorum. Cujus medietas domino manſi, & alia medietas communi Belluni applicetur.

Quod Succeſſor ſtare debeat locationi. *Cap.* CLXXXIX.

INſuper ſtatuimus, quod in re locata proprie, & improprie, & ad modicum tempus ſucceſſor ſingularis neceſſe habeat dictæ locationi ſtare, niſi eo anno, quo ſucceſſerit, aut ſequenti, vel ſubſequenti uſque ad completum terminum locationis præfatæ, ipſe conductor ad terminos in ſtatutis communis Belluni deſcriptos per ipſum ſucceſſorem, licentiatus fuerit, eo autem ad dictos terminos non licentiante, durante ipſa locatione, & completa poſtmodum pro anno ſequenti, a dicto ſucceſſore, & ex ſuo capite pro eadem præſtatione, qua primo reconducta, tacite intelligatur.

De pignorationibus ſine licentia & commiſſione faciendis.
Cap. CXC.

ET dominus, ſive locator manſi, vel cujuslibet alterius rei ſingularis poſſit pignorare, & facere pignorari per præconem ſuum ruſticum de affictu & collecta ſui manſi, vel alterius rei. Et hoc facere poſſit ſine verbo & licentia Rectoris civitatis Belluni. Idem obſervetur in penſionibus & affictibus domorum in livellis.

De-

Debentes ficttum, livellum, decimas, & mercedes detineri poſſint. Cap. CXCI.

DEbentes fictum, & livellum, & decimas, & mercedes quaslibet etiam advocatorum quacunque de cauſſa habitatoribus Belluni facientibus factiones, & ſoluentibus collectam cum commune Belluni, & ſcholarum, rectoribus, & ſacriſtis Eccleſiæ Majoris Belluni, & Eccleſiarum ſanctæ Mariæ Batutorum, ſanctæ Crucis, & ſanctæ Mariæ Novæ de tiera, ſi ad terminum non ſoluerint dominis & locatoribus ſuis; capiantur, & detineantur in carcere, donec ſatisfecerint ſuis dominis pro fictu tantum duorum annorum proxime præteritorum. Salvo quod poſſint cedere bonis ſuis. Et ceſſione facta de carceribus relaxari. Hoc ſalvo quod ſi talis debens dixerit ſe velle defendere, tunc præſtita idonea ſecuritate de judicio ſiſti & judicato ſolvendo non capiatur, & ſi fuerit captus, relaxetur. Et ſi legitimam defenſionem non fecerit infra octo dies continuos, tunc capiatur una cum ſecuritate.

Quod creditor decimæ, affictus, livelli, & collectæ, præferatur omnibus aliis creditoribus. Cap. CXCII.

ITem dominus, ſive locator livellans, ſeu debens habere decimam pro ſuo fictu & collecta in bonis ſui ruſtici, ſeu habitatoris, vel livellarii, præferatur omnibus creditoribus ejuſdem ruſtici, coloni, vel inquilini, aut habitatoris, & etiam mulieribus habentibus bona hypothecata pro dotibus & incontris. Et bona ruſtici, coloni, inquilini, vel livellarii intelligantur eſſe obbligata domino vel locatori expreſſe cujuſcunque rei, etiam ſi ipſi creditores eſſent in tempore priores domino. Et ſi dominus ſive locator livellans habere debens fictum, livellum, vel decimam, non habuerit præſam, vel inſtrumentum de affictu & collecta ipſius domini, adhibeatur fides domino per ſacramentum, ſine alia probatione de eo, quod ipſe dominus dixerit ſe debere recipere occaſione fictus, & collectæ, ratione duorum annorum, & non plurium.

Qualiter probetur dominus & locator. Cap. CXCIII.

ET in omnibus & ſingulis caſibus hujus tituli, ſeu Rubricæ intelligantur eſſe obligata domino vel locatori, & eſpreſſe cujuſcunque rei, etiam ſi ipſi creditores eſſent in tempore priores domino; Et ſi dominus ſive locator livellans habere debens fictum, livellum, vel decimam, non habuerit præſam vel inſtrumentum de fictu & col-

collecta ipſius domini, adhibeatur fides domino per ſacramentum, ſine alia probatione de eo, quod ipſe dominus dixerit ſe debere recipere occaſione fictus & collectæ ratione duorum annorum, & non plurium.

Quod fructus ſint Domini poſſeſſionis locatæ. *Cap. CXCIV.*

ITem ſi duo vel plures domini ſive locatores manſorum, terrarum, ſeu poſſeſſionum concurrant contra eumdem conductorem petentes penſionem eorum, ſi conſtat de quo manſo, poſſeſſione, vel terra proventi ſint fructus, tunc extantes penes conductorem in eis potior ſit ille dominus ſive locator, de cujus manſo, ſeu poſſeſſione dicti fructus pervenerint, etiam ſi talis dominus ſive locator ſit tempore poſterior in locatione, vel penſione. Si vero non conſtat ex cujus poſſeſſione vel manſo dicti fructus pervenerint, tunc dicti domini ſeu locatores concurrant pro rata penſionis eorum in bonis conductoris, non obſtante, quod eorum alter ſit tempore prior.

De letamine ponendo ſolum in terris Domini. *Cap. CXCV.*

ITem ruſticus habitans ſupra manſum domini, non poſſit, nec debeat portare ſupra terram ſuam propriam de letamine facto ſupra manſum vel terram domini, nec de ipſo letamine vendere, vel dare debeat ſine conſenſu domini. Et qui contrafecerit, quadraginta ſoldos denariorum parvorum pro banno componat. Cujus medietas ſit communis, & medietas manifeſtantis. Et condemnetur ad reſtitutionem letaminis.

Quod Ruſticus recedens de manſo, relinquat paleas, & ſorgalæ.
Cap. CXCVI.

STatuimus, quod quilibet ruſticus, colonus, partiarius, vel inquilinus, dum recedit de manſo domini, vel relinquit domino ſuo terras arrativas, quas laboraverit ad medietatem, vel affictum, teneatur relinquere domino manſi ſive terreni communes paleas & ſorgalæ totius terreni ſeu manſi, quod ipſe laboraverit, vel laboraſſet illius ultimi anni tantum, in quo recedit de manſo ſive terreno, ſic ad affictum vel medietatem conducto.

Quod

Quod Colonus laboret omnes terras poſſeſſionis datæ.
Cap. CXCVII.

ITem ſi aliquis colonus, habitator, vel inquilinus laboraverit manſum, terram, vel poſſeſſionem alicujus, & teneatur laborare omnes petias terræ contentas in poſſeſſione, ſub pœna ſol. centum parvorum. Et nihilominus teneatur emendare damnum.

Quod res locata non poſſit alteri locari, ſtante locatione.
Cap. CXCVIII.

ITem ſtatuimus, quod ſi quis locaverit alicui manſum, domum, vel poſſeſſionem, & rem aliquam; quod ipſe locator non poſſit nec debeat rem locatam auferre a conductore, nec ipſum expellere, nec eandem rem alicui locare infra terminum in contractu locationis poſitum. Et qui contrafecerit, qualibet vice ſol. centum pro banno componat, & ſecundus conductor, qui rem alii locatam primo conduxerit ſcienter infra terminum primæ locationis & intraverit, ſeu intromiſerit poſſeſſionem ipſius rei eodem banno, centum ſol. puniatur pro qualibet vice. Et ſecunda locatio, ſeu conductio non teneat, & primo conductori poſſeſſio firma dimittatur. Et hoc locum non habeat in perſona conductoris, qui non ſervat locatori pactum & conditionem habitam inter eos. Item locum non habeat contra locatorem cui propriæ habitationis domus fuerit neceſſaria propter novam cauſſam contingentem poſt locationis contractum, vel rem fecerit deteriorem. Salvo quod ſi pactum eſt appoſitum in inſtrumento locationis in contrarium, tunc non poſſit eidem conductori auferre: ſalvo etiam quod nulli alii rem poſſit locare ſine voluntate domini, & nihilominus in omni caſu teneatur ſolvere penſionem maxime domorum pro rata temporis. Si modo ſpecificatum non fuerit, quod in certo termino debeat ſolvere penſionem, tunc & eo caſu conductor teneatur ſolvere penſionem hoc modo, videlicet: Medietatem in medio anno, & aliam finito anno. Et ſi locata fuerit ad menſem, ſingulo menſe ſolvere cogatur conductor.

Quod Emptor ſtare debeat Colono. Cap. CXCIX.

INſuper, ut quorumdam malitiis & ſagacitatibus ac vulpeculis obvietur, hoc Statuto ſalubri decernimus evidenter, quod ſi dominus, vel quaſi dominus, vel habens jus in re locata, vendiderit, ſeu alienaverit quoquo modo rem, terram, poſſeſſionem, vel manſum, aut domum locatam ad tempus, teneatur emptor talis rei locatæ, ſeu talis

talis, in quem alienatio facta eſt, ſtare colono, inquilino, vel conductori talis rei venditæ, vel alienatæ, uſque ad tempus locationis factæ per venditorem ſeu alienatorem, aut defunctum. Ita quod ſucceſſor univerſalis vel particularis rei ſuccedat in tempore locationis & pactis, ac condicionibus initis inter partes. Non obſtante lege aliqua contraria huic ſtatuto ſalubri, & honeſto.

De locationibus Perſonarum. Cap. CC.

UT autem omnis materia malignandi quibuſcumque auferatur, & odia non perpetrentur, ſed inter cives amor conſervetur, Statuimus, & ordinamus, quod ſi qua perſona cujuſcumque conditionis fuerit, ſe locaverit, ſeu per aliam perſonam quamcumque, de voluntate tamen ipſius, locata fuerit per aliquod tempus cum aliquo domino, domina, ſive magiſtro ad ſtandum, ſive ad laborandum, vel ad aliquid artificium, ſive miniſterium faciendum, quod talis perſona, quæ ſic ſe locaverit, ſive locata fuerit, ut ſupra, teneatur & debeat ſtare, & habitare, & operari ſecundum quod promiſerit uſque ad terminum ſuæ locationis, & hoc in pœna, & ſub pœna librarum x. parvorum. Et quod Rector, qui pro tempore fuerit, teneatur & debeat omnibus juris remediis talem perſonam ſic locatam conſtringi ad ſtandum, & habitandum, ſive operari ſecundum quod ad illud ſe locaverit, vel locata fuerit cum domino ſuo, ſive domina, ſive Magiſtro. Et quod nullus homo, nullaque perſona tam terrigena, quam forenſis cujuſcumque conditionis & ſtatus fuerit, audeat, vel præſumat modo aliquo vel ingenio tractare, vel tractari facere, quod talis perſona ſic locata ut ſupra, diſcedat a domino ſuo, ſive domina, vel magiſtro, cum quo ſe locaverit, vel locata fuerit ante terminum finitum ſuæ locationis, nec talem perſonam, quæ recederet a tali domino, ſive domina, ſive magiſtro modo aliquo, vel ingenio in domum recipere, nec dare ſibi aliquod ad laborandum. Et hoc ſub pœna cuilibet contrafacienti in quolibet ſupradictorum caſuum librarum decem parvorum. In quam pœnam incurrat ipſo facto, & ſit præciſum. Cujus pœnæ medietas ſit illius perſonæ quam ſic dereliquerit; Et nihilominus pœna ſoluta debeat talis perſona conſtringi ad habitandum ut ſupra.

De Plantationibus fiendis in villis per Ruſticos, & villanos. Cap. CCI.

QUodlibet caput familiæ habitans in villa, teneatur plantare omni anno unum pomarium, unum pirarium, unam nogaram de bona natura ſuper manſum, quem laborat, in banno viginti ſol.

Digitized by Google

ti ſol. pro arbore in anno. Et teneatur etiam plantare vites ſaltem viginti pedes omni anno cum arboribus pro altanis penes vites, in banno ſol. quinque parvorum pro quolibet pede vitis, & altanei. Et hoc habitatores & coloni alicujus domini ſtantes ſupra manſos dominorum ſuorum, teneantur prædicta ſervare, & hoc fiat in plebibus Domi, ſancti Felicis, Limanæ, Caſteoni, Cadulæ, & Sedeci. Et quod Rector omni anno tempore Quadrageſimali teneatur & debeat ſub vinculo ſacramenti facere præconizari in Platea & foro civitatis Belluni ſupraſcriptum ſtatutum prout jacet. Et quod nullus poſſit accuſare niſi dominus manſi, ſeu terræ. Et in omnibus prædictis caſibus dominus habeat medietatem condemnationis, & alia medietas ſit communis. Et quod quilibet laborans in villis ſupraſcriptarum plebium in terra ſua propria teneatur ſimiliter plantare in dicto ſuo territorio, ut ſupraſcriptum eſt in proximo ſtatuto, arbores, & vites, ſub pœna ſupraſcripta. Et in hoc caſu quilibet poſſit accuſare, & habeat medietatem banni.

De Vitibus plantandis circa civitatem Belluni. Cap. CCII.

ITem, quod quilibet dominus, ſeu laborator terrarum poſitarum in cultura civitatis Belluni vel infraſcriptis locis, videlicet, incipiendo ab anta veniendo per illas ripas & coſterias ultra per ſupra molendinos uſque ad molendinum de fiſteris, & ab anta uſque ad veneglam: Item a ſtrata publica, qua itur ad muſſojum per illas ripas de collo feriendo per ſervanum ultra uſque ad rimagum per illas ripas & coſterias. Item per ripam motæ civitatis Belluni per ſub civitatem & caſtrum incipiendo a ponte plavis civitatis Belluni uſque ad rujum ſancti Gervaſii per illas ripas & coſtas per ſupra amblojum; teneatur & debeat plantare vites cum altanis vel pingulis ſaltem viginti pedes vitium pro ſingulo jugere, omni & ſingulo anno, uſquequo ſit ſufficienter vitigatum, & ipſas bene laborare, & in conzo tenere & colere, ſub pœna ſol. quinque parvorum pro quolibet pede vitis & altanei. Et quilibet de civitate & burgis poſſit accuſare & habeat medietatem banni.

De Vaſſallis, quod quæſtiones feudorum terminentur per Rectorem. Cap. CCIII.

STatuimus, quod fructus extantes bonorum feudalium capi valeant per creditores, ſicut alia bona debitorum. Statuimus etiam, quod omnes quæſtiones feudorum cognoſci & terminari debeant per Rectorem Belluni.

Y *De De-*

Digitized by Google

De Decimis, quod laborans poſſeſſionem, de qua reddi debeat Decima, teneatur vocare juratum, vel Dominum decimæ ad campum. Cap. CCIV.

STatuimus, quod omnis homo in civitate Belluni & diſtrictu, qui laborat poſſeſſionem vel terram, de qua reddi debeat alicui decimam, teneatur appellare juratum, ſeu decimarium, ſeu collectorem decimæ Domini, vel Dominum decimæ, ſi juratum, ſeu decimarium non haberet ut vadat ſecum ad campum ad accipiendum decimam de groſſulibus; & non invento Jurato ſeu decimario, nec Domino, tunc dictum bladum decimet, & decimam in campo dimittat. Et poſtea jurato, ſeu decimario, vel domino decimæ, dicat, ſeu denuntiet de prædictis. Et qui contrafecerit, ſolvat communi libras tres parvorum. Tertia pars cujus banni ſit domini decimæ. De bladis vero minutis fiat decima in area hoc modo: quod primo vocetur Juratus ſeu decimarius, collector decimæ, vel dominus ad dictam decimam faciendam, & bladum non removeatur de tegete, ſive area, niſi prius decima fiat, vel colligatur per collectorem decimæ, vel per dominum præſentem, vel per eum qui remanſerit: ſalvo, quod ſi placuerit domino decimæ, quod dicta decima æſtimetur in campo; tunc licitum ſit ei facere percipi per præconem Belluni Jurato villæ, in qua eſt poſita decima, quod ipſe Juratus una cum duobus ſuis vicinis bonis & legalibus æſtimare debeant ipſam decimam in campo, & ſecundum quod fuerit æſtimata, decimarius teneatur ſolvere ipſam decimam. Illud idem obſervetur in aliis locis, ubi non ſint Jurati, ſcilicet, quod poſſit æſtimari per duos bonos homines in campo: ſalvo, quod ſi poſt dictam æſtimationem intervenerit in dictis locis tempeſtas, ſive clades, vel alia temporis intemperies, tunc ſi decimarius velit, debeat iterum æſtimari, antequam de campo colligatur. Et qui contrafecerit, ſolvat ſold. ſexaginta parvorum communi. Tertia pars cujus banni ſit domini decimæ. Hoc addito, quod ſi dominus, vel poſſeſſor, vel quaſi decimæ, voluerit facere decimam de ſurgo in manis ut fit de aliis groſſulibus in campo, quod hoc facere poſſit, denuntiando prius debenti præſtare decimam ſecundum quod de groſſulibus continetur. Et ſiquis decimam denegaverit dare de fructibus domino exiſtente in poſſeſſione, vel quaſi poſſeſſione percipiendi decimam, quod dominus decimæ poſſit ipſum facere pignorari per præconem de mandato Rectoris, vel Judicis, vel Conſulum. Et ſi quis ruſticus, vel alius homo ruperit pratum, ſeu novale fecerit, de quo ſolvebatur decima, det decimam de fructibus induſtrialibus proventuris in ipſa terra.

Quod

Digitized by Google

Quod debens dare decimam de fœno denuntiet Domino cum ſecuritate. Cap. CCV.

ITem ſi aliquis debuerit dare decimam alicui de aliquo prato, vel clauſura, teneatur cum ſecaverit, vel ſaſonaverit dictum fœnum, quod tunc debeat denuntiare domino decimæ, quod vadat ad accipiendam decimam fœni dicti prati, ſeu clauſuræ. Et ſi dominus decimæ non iverit, vel non miſerit ad accipiendum dictum fœnum, facta denuntiatione, tunc impune poſſit accipere partem ſuam, & dimittere decimam in prato, vel clauſura. Si vero debuerit dare decimam fœni de manſo aliquo, illud fœnum dare teneatur, ſeu deſignare domino ante feſtum Sancti Laurentii; quod ſi non fecerit, tunc dominus poſſit facere accipere de tablado ſuo de meliori quod invenerit.

De laribus decimam ſolventibus, quod non debeant removeri ſine licentia Domini. Cap. CCVI.

ITem, quod nullus debeat removeri larem de loco ſuo, reddens decimam, ſeu propter quem larem ſolverit decimam alicui ſine licentia domini, vel præceptoris, ſeu quaſi poſſeſſoris decimæ: & qui contrafecerit, nihilominus teneatur ad dictam decimam perſolvendam, ſicut primitus dabat, & conſuetus erat dare. Et ſi aliquis revelaverit pignus, quod ſit occaſione decimæ ipſo domino exiſtente in poſſeſſione, vel quaſi poſſeſſione, percipiendi decimam, viginti ſol. denar. parvorum domino decimæ, & viginti ſol. communi ſolvere debeat. Et quilibet, qui reddit decimam, reddat eam domino decimæ, vel ſuo nuntio, velit in palea, velit in grano, ad voluntatem Domini decimæ.

Quod poſſeſſor decimæ per decennium juſtam habeat præſcriptionem. Cap. CCVII.

QUicumque quaſi poſſederit decimam, vel jus decimandi etiam ſine titulo per decem annos per ſe, aut per ſuos auctores, juſtam habeat præſcriptionem, petitionem, & defenſionem ſuper jure decimæ. Et quod quæſtiones decimarum debeant cognoſci & determinari ſummarie & ſine ſtrepitu, & figura Judicii per Rectorem civitatis Belluni vel ſuum Judicem, ſub vinculo ſacramenti, & pœna centum librarum de ſuo ſalario. Et quicumque coram Rectore oppoſuerit dicendo ipſum non poſſe cognoſcere de decimis, condemnetur in libris vigintiquinque parvorum.

Digitized by Google

Quod non fiat ortus & ædificium ſuper terris debentibus decimam ſine licentia domini. *Cap. CCVIII.*

ITem, quod nullus debeat facere ortum, ſeu aliquod ædificium ſuper terram aratoriam, quæ conſueta eſt dare, & præſtare decimam ſine verbo & licentia domini decimæ. Et qui contrafecerit nihilominus teneatur ad decimam perſolvendam, ſecundum quod prius dabat de dicta terra.

De Decimis fogolaris & ſtabuli, quando, & a quibus ſolvi debeant. *Cap. CCIX.*

QUoniam ſcriptum eſt, malitiis hominum obviandum eſſe, idcirco hac lege ſalubri Statuimus, & ordinamus ad obviandum fraudibus, quod ubicumque, & quandocumque aliqua perſona debens ſolvere decimam, & ſolvens de aliquo fogolari ſine ſtabulo receſſerit, & alibi ſuum ſogolare fecerit ſive ſtabulum in aliqua parte diſtrictus Belluni, & de illo tali ſogolari ſive ſtabulo non ſolverit decimam alicui perſonæ, communitati ſive collegio, quod talis perſona, quæ ſic fogolare ſive ſtabulum antiquum dereliquerit, & alibi fecerit, teneatur & debeat de ipſo fogolari ſive ſtabulo ſic derelicto in toto vel parte ſolvere decimam, ſicut ſi habitaret ipſum fogolare ſive ſtabulum. Et ſit præciſum.

De Decimis, quod ſi quis per triennium etiam diſcontinuum illas perceperit, intelligatur, & ſit verus Dominus dictæ decimæ. *Cap. CCX.*

QUoniam propter naturalem ad diſcentiendum facilitatem ac vitia, ad quæ homines cito declinant, ſuperantur virtutes & jura civium decimarum ac diſtrictualium Belluni ad nihilum rediguntur; idcirco ultra Statuta ſupraſcripta, hoc Statuto ſalubri & honeſto, Decernimus, quod ſi quis homo, vel perſona per ſe, vel prædeceſſores ſuos, aut alios quoſcumque fuerit in poſſeſſione, vel quaſi decimæ ſive juris percipiendi decimam de blado, fœno, vino, vel de aliquibus aliis fructibus alicujus manſi, terræ arativæ, vel prativæ, vel alicujus alterius rei, & etiam decimam fogolaris per tempus trium annorum etiam diſcontinuum, quod intelligatur, & ſit verus dominus dictæ decimæ, & juris percipiendi decimam, & tanquam dominus habeat juſtam cauſſam petendi decimam, & Rector civitatis Belluni ſub vinculo ſacramenti, & pœna librarum ducentarum de ſuo ſalario teneatur, & debeat modis omnibus dictam talem perſo-

perſonam manutenere, defendere, & conſervare, ac reducere in dicta tali poſſeſſione, vel quaſi, ac jure percipiendi dictam decimam, quemadmodum ſi auctore prætore rite, vel legitime auctorante dicta poſſeſſio, vel quaſi, & jus decimæ acquiſita, & acquiſitum fuiſſet, omni exceptione juris vel facti in contrarium oppoſita, penitus non obſtante. Quam exceptionem, vel exceptiones tanquam evidenter fruſtratorias Rector civitatis Belluni rejicere teneatur, & opponentem illico ſine alio proceſſu condemnare in libris x. parvorum. Ad quam poſſeſſionem, vel quaſi poſſeſſionem decimæ, & juris percipiendi decimam probandam, ſufficiat vox unius teſtis. Et probatio etiam ſingularis in dicto ſuo, ſive fuerit decimarius & collector decimæ, qui producitur in teſtem, ſive non, cum ſacramento petentis decimam, ſive nomine ſuo, ſive alieno. Idem obſervetur, ſi petens decimam noluerit vel non potuerit probare modo prædicto, ſed probaverit & probare voluerit ſibi deberi decimam vigore alicujus inſtrumenti publici, antiqui, vel novi confecti, denuntiatione ipſius decimæ facta in ejus perſonam, vel prædeceſſorum ſuorum, vel alterius ipſorum nomine, prout fieri conſuevit. Et viſo dicto inſtrumento, & oſtenſo, ac producto, intelligatur, & ſit probatio decimæ petitæ, quod debeat, & ſit debita legitime facta. Et omnia, quæ dicta ſunt ſupra, vendicent ſibi locum in exceptionibus rejiciendis, & aliis. Non obſtante, quod dicta denuntiatio de qua fit mentio in dicto inſtrumento non fuerit facta parte præſente, vel alia ſolemnitas de jure communi requiſita non fuerit obſervata. Et quod adhibeatur fides petenti decimam ſive nomine ſuo, ſive alieno, ut tutorio, curatorio, vel quovis alieno nomine juranti in animam ejus, cujus nomine petit, ſe ejus nomine juſte petere, & in prædictis nullam committere calumniam, vel malitiam. Si juraverit per ſacramentum, quod res de cujus fructibus petit decimam prædictam, ſit illa, quæ in dicto inſtrumento continetur, licet confinia de quibus fit mentio in dicto inſtrumento ſint mutata. Et ſimili modo prædicto ſibi adhibeatur fides de quantitate terræ, vel prati, de quorum blado, & fœno petitur decima. Et quod ſit in electione & arbitrio petere volentis decimam petenti ipſam decimam a quo voluerit, utrum a domino, vel a poſſeſſore rei, de quibus fructibus prætendit ſibi deberi decimam a tenente & laborante ipſam rem, a dicto tali domino, vel poſſeſſore, ſive jure locationis, ſive jure affictus, ſive jure ad certam partem, ſive ad livellum, ſive quovis alio jure. Et ſi petierit a dicto tali tenente & laborante nomine alterius, teneatur talis tenens & laborans nomine alterius ut dictum eſt, ſolvere & præſtare dictam decimam, ſi probatum fuerit ipſam deberi alicui petenti de ſupradictis modis. Et nec a præſtatione ipſius decimæ poſſit ſe defendere nominando dominum in judicio, vel aliqua alia ratione, vel cauſſa.

Sed

Digitized by Google

Sed omni exceptione juris vel facti in contrarium oppoſita, tanquam evidenter fruſtratoria, omnino rejecta ad ſolutionem & præſtationem ipſius decimæ, penitus compellatur, & in omnibus & per omnia, ut dictum eſt ſupra, procedatur & obſervetur. Et quod Rector teneatur ſuper prædictis, procedere ſummarie, breviter, & de plano ſine libelli oblatione, & omnia alia juris ſolemnitate obmiſſa, ſola pura & mera veritate inſpecta per pignorum captionem, perſonæ detentionem, vel alio modo, prout placuerit petenti pœna prædicta. Et idem intelligatur & obſervetur in omnibus & per omnia, ſi terra aratoria reduceretur ad prativam, vel econverſo, ut quemadmodum de blado ſolvebatur decima, ita de fœno, uvis, & vino ſi naſcantur, vel arboribus de novo plantatis. Et poſſint fieri probationes modis ſupradictis. Et probationes factæ valeant, & omnia, quæ dicta ſunt ſupra, obſerventur, ſub pœna prædicta Rectori. Et quod præſens ſtatutum non ſolum ad futura, ſed etiam ad præſentia & præterita extendatur. Et ſit præciſum.

HÆC SUNT STATUTA DE MARICIS, ET SALTARIIS, EORUM OFFICIO, AC DE ANIMALIBUS DAMNIFICANTIBUS; EORUMQUE PASCUIS.

Quod, qui eſt in regimine civitatis Belluni teneatur defendere ordinamenta Regularum Belluni. Cap. CCXXI.

STatuimus, & ordinamus, quod ille, qui fuerit in regimine civitatis Belluni teneatur, & debeat manutenere & defendere ordinamenta & banna regularum Belluni, dummodo illa ordinamenta & banna appareant eſſe facta per publica inſtrumenta, & non ſint contra publicam, & communem utilitatem, nec excedant ſummam viginti ſol. parvorum pro banno quolibet, nec ſint contra formam aliorum Statutorum communis Belluni, niſi fuerit conqueſtum coram Rectore Belluni ab ipſis bannis & præceptis, & ſententiis maricorum & ordinamentis. Et quod querela poſſit fieri per tales perſonas uſque ad decem dies a tempore alicujus gravaminis facti alicui perſonæ viva voce: & valeat ac ſi facta eſſet in ſcriptis. Quæ querela poſſit fieri ad Rectorem communis Belluni, de qua querela cognoſcatur per Rectorem civitatis Belluni ſummarie, & de plano, ſola, pura, & mera veritate inſpecta cum ſcripturis, vel ſine, prout Rectori melius videbitur.

De

De vicis, & bannis nemorum, paſculorum, & pratorum banniendis ad voluntatem Marici. Cap. CCXII.

ITem, quod cuilibet Marico diſtrictus Belluni licitum ſit ad voluntatem, & conſenſum ſuæ regulæ vizare & bannire nemora, paſcula, & prata pertinentia ad ſuam regulam, & etiam conſtituere ſaltarium, ſeu ſaltarios de conſilio, ſeu de voluntate hominum dictæ regulæ, ſeu pro cuſtodiendo & accuſando, ſeu manifeſtando illos, qui intraverint & buſcaverint, ſeu paſculaverint in dictis nemoribus, pratis, & paſculis. Et quod fides detur cuilibet ſaltario, dum tamen fuerit major viginti annis, ſi Maricus villæ, vel duo ejus vicini per ſacramentum affirmaverint ipſum eſſe ſaltarium de inventione illius perſonæ, quam accuſaverit, ſeu manifeſtaverit occaſione prædicta, ſive ille, qui fuerit manifeſtatus per ſaltarium fuerit de eadem regula, ſive de alia. Et ſi fuerit de alia, tunc citetur per præconem communis Belluni ad ſui defenſionem contra accuſam, ſeu manifeſtationem per ſaltarium factam coram marico dictæ regulæ. Et de prædictis accuſis, ſeu manifeſtationibus ſummarie cognoſci poſſit quolibet die, etiam feriato introducto in honorem Dei per maricum ipſius regulæ, in cujus nemore ſeu prato, paſculo, vel campo, vel clauſura aliquis fuerit manifeſtatus per ſaltarium inciſiſſe, vel paſculaſſe, vel aliud ſimile feciſſe, dummodo ultra ſummam viginti ſol. non poſſit procedere, vel cognoſcere aliquis maricus pro quolibet pede ligni prohibito; dum tamen bannum ſive condemnatio non excedat ſummam librarum decem parvorum. Et quod de condemnationibus factis per maricum, ſive maricos credatur eiſdem maricis; ſive marico cum duobus ſuis vicinis per eorum ſacramentum. Et licitum ſit cuilibet, cujus intereſt conqueri de ſententiis, ſeu præceptis & gravaminibus maricorum ad Rectorem civitatis Belluni, vel Vicarium. Et tunc per Rectorem, vel Vicarium cognoſcatur de prædictis; & tunc marici regulæ poſſint eſſe in judicio pro ſuis regulis, de voluntate tamen ſuæ regulæ, vel duarum partium. Et valeat, quod cum eis actum erit, ac ſi eſſet Syndicus legitimus conſtitutus. In omnibus ſupradictis caſibus delinquens teneatur ad emendationem damni, de quo damno, & cujus damni emendatione cognoſcatur per Rectorem civitatis Belluni.

De

De ſententiis, probationibus, & mandatis Maricorum.
Cap. CCXIII.

ITem, quod ſententiæ, ſeu probationes, ac præcepta lata, vel latæ per maricos regularum, etiam ſine aliqua ſcriptura, valeant, ac ſi in ſcriptis latæ eſſent.

De vicis terrarum, & poſſeſſionum particularium perſonarum, quod poſſint proclamari, & vizari per præconem. Cap. CCXIV.

ITem cuilibet perſonæ de civitate Belluni, & diſtrictu liceat terras & poſſeſſiones ſuas facere proclamari, & vizari per præconem, & ponere etiam ſaltarium, vel ſaltarios pro ſui arbitrii voluntate, & de inventione, ſeu manifeſtatione damni dati, detur per judicem fides ipſi ſaltario per ſacramentum, ſi denuntiaverit, ſeu manifeſtaverit. Salvo, quod accuſatus, ſeu denuntiatus per ſaltarium, poſſit ſuam facere defenſionem, & ſi legitimam fecerit, abſolvatur. Et facta legitima defenſione per accuſatum, vel denuntiatum, ſaltarius condemnetur in ſol. centum parvorum; & ſi dominus denuntiaverit ſe inveniſſe aliquem incidentem, ſeu paſculantem, ſeu aliquid damni facientem in aliqua terra ſeu poſſeſſione, vinea, orto, clauſura, vel in aliqua alia poſſeſſione pertinente ad ipſum, qui fecerit ſaltarium, quod de prædictis etiam detur fides domino terræ, ſive poſſeſſionis, etiam ſine ſaltario tam de inventione, quam de damno, & etiam fides detur ſaltario.

De pœna intrantium vineam, vel clauſuram. Cap. CCXV.

STatuimus, & ordinamus pro conſervatione vinearum, & uvarum, & augmento vitium, quod nullus homo, nullaque perſona cujuſcumque conditionis exiſtat, audeat vel præſumat intrare directe, aut per anfractum in vineam, vel clauſuram, ſub pœna librarum quinque parvorum pro condemnato, ſi vinea, vel clauſura fuerit alicujus de civitate Belluni, vel diſtrictu, & intraverit ſine licentia domini ſeu poſſeſſoris; dato etiam, quod de vinea, vel clauſura aliquid non acceperit, vel exportaverit. Si vero talis intrans ſine licentia domini, ſeu poſſeſſoris vineæ, clauſuræ, vel loci ubi ſint fructus maturi, vel non maturi, acceperit, vel exportaverit aliquos fructus maturos, vel non, condemnetur, & condemnatus ſit ipſo jure pro quolibet racemo uvæ, quem acceperit, in ſol. centum parvorum, & etiam minus arbitrio judicantis, inſpecta conditione perſonæ, & facti qualitate, ab inde infra reficiat damnum paſſo,

ejus

ejus ſacramento declarandum. Cujus pœnæ medietas ſit domini, ſeu poſſeſſoris loci prædicti. Quam pœnam ſi uſque ad quinque dies a die condemnationis non ſolverit, tunc fuſtigetur per civitatem Belluni, incipiendo in porta fori uſque ad pontem plavis. Si vero alios fructus acceperit, ſeu aſportaverit, tunc condemnari debeat in ſol. centum parvorum. Cujus pœnæ medietas ſit domini, ſeu poſſeſſoris prædicti loci, & ad reſtituendum damnum, ejus ſacramento declarandum. Et in omnibus ſupradictis caſibus ſtetur ſacramento domini, ſeu poſſeſſoris loci prædicti, & ei fides detur de inventione talis perſonæ, ſine alia probatione: conſiderata tamen perſona domini, ſeu poſſeſſoris inventoris. Et ſi perſona idonea non videretur, tunc facta fide per unum teſtem, plenarie ſit probatum. Quod locum non habeat in dominis, vel eorum famulis, præſente domino ſuo, inquirentibus ſuos accipitres. Qui impune poſſint intrare, dum tamen nihil non auferant de dictis locis. Et ſi quid abſtulerint, condemnentur ut ſupra.

Contra devaſtantes, & incidentes arbores fructiferas. *Cap. CCXVI.*

ITem ſi aliquis furatus fuerit arbores fructiferas, vel vites alicujus, aut inciſerit, vel aliquo modo devaſtaverit, quæ ſint in loco domeſtico, condemnetur in ſoldis centum parvorum pro quolibet pede, & damnum emendet ſacramento paſſi damnum, uſque ad ſummam librarum quinque parvorum, & ab inde ſupra, arbitrio Judicis, & Conſulum.

Quod non auferantur & incidantur ligna in nemore alieno. *Cap. CCXVII.*

NEmo audeat incidere vel auferre ligna in nemore alieno. Et qui contrafecerit, ſolvat communi pro banno ſol. viginti parvorum pro qualibet quercu, & pro qualibet pomo ſol. viginti parvorum; pro caſtegnario ſol. viginti, & pro populo ſive talpono ſol. viginti parvorum, pro cereſario ſol. viginti parvorum. Et in omnibus prædictis reſtituat damnum ſacramento illius, qui damnum paſſus fuerit uſque ad viginti ſol. denar. & ab inde ſupra arbitrio judicis. Pro plauſtro vero aliorum lignorum ſol. decem ſolvat pro banno, & ſol. quinque pro faſſo. Et tertia pars ſit communis, tertia accuſantis, & tertia domini nemoris. Et nullus debeat paſculare vel capulare cum capris in nemore alterius ſingularis perſonæ. Et qui contrafecerit, pro banno ſolvat ſoldos viginti parvorum pro

qualibet capra uſque ad numerum quatuor caprarum, & ab inde ſupra ſoldos decem pro qualibet capra.

De pœna paſculantium & incidentium ligna in nemoribus inciſis. *Cap.* CCXVIII.

ITem ſtatuimus, quod nemini liceat capulare, vel capulari facere, ſeu incidere, vel incidi facere in nemoribus inciſis, ſeu revolis, ſive nemus ſit regulæ, ſive proprie ſingularis perſonæ, uſque ad tres annos ſequentes, pœna ſol. ſexaginta qualibet vice, cum tamen clamatio facta ſit prius, quod aliquis in dicto nemore non debeat facere contra prædicta.

De animalibus damnificantibus, eorumque multa. *Cap.* CCXIX.

SI boves vel equi vel alia animalia de die intraverint vineam vel clauſuram ſeu ortum alterius, Dominus ſeu poſſeſſor animalium pro qualibet beſtia ſol. viginti ſolvat communi. Si vero de nocte, quadraginta ſol. pro banno componat, & in utroque caſu emendet damnum ſacramento patientis damnum uſque ad ſummam ſol. viginti denar. Et ab inde ſuperius arbitrio judicis. Quod bannum dividatur æqualiter inter commune, & accuſatorem, & patientem damnum.

De pœna euntis nocturno tempore extra civitatem, vel burgos cum beſtiis. *Cap.* CCXX.

SI quis de nocte iverit extra civitatem vel burgos in campaneam, ſeu culturam, vel paſculum alienum cum aliquibus beſtiis, communi ſolvat ſold. xl. denar. parvorum pro quolibet equo, & quolibet mulo, vel mula, & ſol. viginti parvorum pro aſino vel aſina, & ſol. decem pro bove vel vacca. Et ſi damnum alicui datum fuerit, illud damnum emendetur eidem per eum, qui damnum dederit, ſacramento paſſi damnum. Hoc ſalvo, quod habitantes in villis poſſint ire ad paſculandum in paſculis ſuarum regularum ſecundum ordinamenta ipſarum regularum, excepto quod in paſculis montium. Si vero de die quis dederit damnum in culturis, ſegetibus, ſeu prato alterius cum aliquibus beſtiis, ſeu animalibus, ſolvat communi ſoldos viginti parvorum pro quolibet equo, & mulo, & porco, & pro qualibet alia beſtia ſoldos viginti, & damnum emendet ſacramento paſſi damnum, uſque ad ſummam ſoldorum decem, & ab inde ſupra arbitrio judicis. Et pro grege ſeu clapo pecudum, ſeu caprarum ſoldum unum pro quolibet capite, & damnum emendet, ſecundum quod dictum

dictum eſt. Et tertia pars banni ſit communis, & tertia accuſantis, & tertia patientis damnum. Et hoc ſalvis ordinamentis regularum in eiſdem regulis. Et quod dictum eſt de equo, mulo, aſino, & bove, locum habeat in equa, mula, aſina, & vacca, & eorum pullis. Et quod dominus animalium teneatur ſolvere dictum bannum, niſi cuſtodem duxerit in ſortiam communis Belluni. Item nox intelligatur a ſono tertiæ campanæ, uſque ad campanam diei in quocunque caſu.

De armento civitatis Belluni, quod poſſit conduci ad paſcua Communis. Cap. CCXXI.

STatuimus, quod armentum & caprezium civitatis Belluni poſſit ire & conduci impune ad paſculandum per paſcua communis quæcunque, & quocunque voluerit armentarius ſeu caprarius, dummodo damnum non detur, nec fiat in bladis & pratis clauſuris alicujus ſingularis perſonæ. Et quod omni die redire poſſit, & reduci ad civitatem Belluni, dummodo de nocte non vadat.

De paſculantibus ſiliginem & triticum in herba. Cap. CCXXII.

SI quis paſculaverit, ſeu paſculari fecerit in campo ſiliginis vel frumenti alterius poſtquam productus fuerit ad herbam, condemnetur ſecundum quod continetur in ſuperiori proximo ſtatuto ſecundo, quod incipit: Si quis de nocte iverit extra civitatem.

De pœna ſecantis herbam in prato alterius. Cap. CCXXIII.

SI quis ſecaverit, ſeu fecerit herbam in prato alterius abſque licentia Domini prati ſol. viginti pro banno componat communi, & damnum emendet ſacramento paſſi damnum uſque ad viginti ſol. & ab inde ſuperius arbitrio judicis.

De pœna ſecantis herbam in blado alieno. Cap. CCXXIV.

SI quis fecerit ſeu ſecaverit herbam in aliquo blado decem ſol. parvorum componat pro banno communis. Tertia pars cujus banni ſit accuſantis, & accuſatori, qui ſit bonæ famæ, credatur per ſacramentum.

De confinibus, infra quos paſculari non poſſit. Cap. CCXXV.

ET ſi aliqua perſona conduceret aliqua animalia, ſcilicet, equum, mulum, vel aſinum, ſeu equam, mulam, vel aſinam, ſeu eorum pullos de nocte infra infraſcriptos confines, videlicet, verſus Agurdum a valle de fontana, & colle ſancti Zenonis citra verſus civitatem & verſus Zaudum, vel longaronum, & a petra fitta citra verſus civitatem, & verſus Feltrum ab aqua Creſalis citra, uſque ad orzeſium, & verſus limanam ab aqua cigognæ citra, & verſus plebem Caſteoni ab aqua camanæ citra, & cum ipſis animalibus paſculaverit, vel ipſa animalia deſcargaverit infra dictos confines, puniatur, & condemnetur in ſoldis quadraginta pro qualibet beſtia. Tertia pars cujus banni ſit accuſatoris; & damnum emendet paſſo ſecundum formam ſtatutorum. Et cuilibet homini bonæ famæ ſacramento credatur de prædictis. Et ſi contigerit per Baroverios domini Rectoris aliquem reperiri facientem contra prædicta, tunc per dominos beſtiarum debeant dari ſol. decem parvorum ipſis Baroveriis pro quolibet animali ſic inuento.

Quanto ſpatio fieri debent plantationes a terris alienis. Cap. CCXXVI.

STatuimus, quod de cætero nemo de civitate Belluni, & ejus diſtrictu, debeat facere plantationem aliquarum arborum apud terram aratoriam, nec apud terram prativam, vel vineam alicujus alterius perſonæ per decem pedes. Et hoc non habeat locum in vitibus & eorum altanis, qui poſſint plantari per quinque pedes. Et qui contra hoc fecerit, banno trium librarum pro communi teneatur, & ipſam plantationem ad ſuas expenſas tollat, niſi factæ fuerint de voluntate domini terrę, prope quam plantationes factæ fuerint. Et de prædictis fiat cognitio ſummarie, & ſine ſtrepitu judiciarii ordinis.

Quod animalia damnificantia poſſint conduci ad domum paſſi damnum. Cap. CCXXVII.

SI quis inuenerit aliquam beſtiam, ſeu aliqua animalia damnum facientia, poſſit dicta animalia ſua auctoritate conducere ad domum ſuam, ſine læſione tamen beſtiarum. Quod locum habeat ſi dederit damnum in prato vel blava alterius, quam domini beſtiarum.

Quod

Digitized by Google

Quod quis non paſculet in paſcuis alterius Regulæ, ſi ibi non habet manſum. Cap. CCXXVIII.

NUllus audeat, nec debeat paſcere cum aliquibus animalibus, vel paſculare, ſeu buſcare in paſculis vel pratis, ſeu nemoribus communalibus alterius regulæ, in qua ipſe non habeat manſum, vel podere in ipſa regula diſmaſatum, vel etiam maſatum. Et qui contrafecerir, ſolvat Communi ſoldos ſexaginta denariorum, & bannum regulæ. Salvo quod hoc non habeat locum in armento & caprizio civitatis Belluni. Et in civibus civitatis Belluni & burgorum, habentibus manſum diſmaſatum in regula, quod libere poſſint paſculare & paſcere cum ſuis beſtiis in pratis, ſeu paſculis communalibus illius regulæ, in qua habet dictum manſum.

De pœna aſportantium blada. Cap. CCXXIX.

QUicunque acceperis vel aſportaverit mileum, ſurgum, vel panicum, vel aliam blavam contra voluntatem, ſeu ſine voluntate domini vel poſſeſſoris, ſeu pro eo attinentis, pro banno communis ſoldos ſexaginta denar. ſolvat pro qualibet vice, & emendet damnum domino campi.

De pœna intrantis alienum agrum cum plauſtro. Cap. CCXXX.

STatuimus, quod ſi quis intraverit in aliquo campo, prato, ſeu clauſura, ſive ſit ſtropata, ſive non ſit ſolitus eſſe liber tranſitus cum plauſtro, condemnetur pro quolibet plauſtro in libris tribus, & pro quolibet bubulco in ſoldis decem parvorum, pro qualibet vice. Medietas cujus banni ſive condemnationis ſit accuſatoris, & nihilominns teneatur reficere damnum paſſo ſacramento ejus.

Quod Domini animalium damnificantium teneantur ad condemnationes. Cap. CCXXXI.

ITem ſtatuimus, quod ſi famulus, vel filius alicujus habitans cum patre, fuerit repertus, ſive beſtiæ alicujus facere contra prædicta, quod pater ſive dominus, cujus ſunt beſtiæ, teneatur ad condemnationes, prout ipſemet fuerit repertus.

Quod

Digitized by Google

Quod habentes poſſeſſionem non poſſint cogi ad illam ſtropandam. Cap. CCXXXII.

ITem, quod ſi aliquis civis & habitator civitatis Belluni, qui habuerit aliquem manſum dishabitatum in villis diſtrictus Belluni, ſeu aliquam poſſeſſionem, illam non poſſit cogi per Rectorem vel Vicarium Belluni, ad petitionem marici, ſaltarii, vel jurati, vel alterius perſonæ, ad ſtropandum dictas ſuas poſſeſſiones, ſive manſos, aliqua ratione ex vigore ſtatutorum, ſeu inſtrumenta dictarum villarum: ſalvo; quod ſi aliqui ſaltarii, marici, vel aliqui alii voluerint ſtropare, facta prius denuntiatione domino, poſſint ſtropare impune, non præjudicando juri dominorum, ſuis expenſis.

De pœna incidentium ligna, ſalices &c. infra confines contentos in Statuto. Cap. CCXXXIII.

STatuimus, quod nullus homo, nullaque perſona audeat vel præſumat buſchare, ſeu incidere ligna, vel ſalices, vel alia neceſſaria pro vincis a ponte ardi infra uſque ad flumen Plavis, nec in ſalettis plavis a nogaredo infra uſque ad mareſegam ab utroque latere plavis, ſub pœna ſoldorum viginti parvorum pro ſingulo plauſtro, & ſoldorum quinque pro faſſo ſingulo: hoc ſalvo, quod quilibet poſſit accipere de lignis, & ſalicibus pro ligando circa vites.

De comburentibus paſcua. Cap. CCXXXIV.

ITem, quod nullus homo, nullaque perſona audeat, vel præſumat ponere ignem in paſculis regulæ civitatis Belluni, nec ea paſcua comburere modo aliquo ſub pœna librarum decem parvorum, & emendationem damni, ſine licentia maricorum.

De pœna ingredientis Pratum, vineam, & ſine licentia Domini, aut auferentis de fructibus illius. Cap. CCXXXV.

STatuimus, quod ad curandam malitiam furum, vel latronum, quod nullus homo aut perſona aliqua audeat, vel præſumat modo aliquo vel ingenio intrare domum, teziam, pratum, ſive varram, vineam, vel clauſuram aliquam, vel broleum, ſeu ortum alicujus diſtrictualis Belluni ſine licentia domini poſſeſſoris, vel quaſi, vel conductoris, aut partiarii, in quibus ſunt fructus, vel maturi, vel non maturi, aut in orto habente caules, herbas, cucurbitas,

bitas, vel alia ad comedendum: ſub pœna & banno ſoldorum centum parvorum, quos ſolvere teneatur ſine ſententia ferenda. Et ſi contigerit aliquam perſonam intrantem in talibus vineis, clauſuris, ortis, & broleis accepiſſe, ſeu abſtuliſſe de fructibus eorum, quod tunc condemnetur in libris decem parvorum. Et nihilominus teneatur damnum emendare paſſo damnum, ſecundum quod ipſe paſſus damnum juraverit ſuſtinuiſſe, & habuiſſe ex tali introitione, ſeu introitu. Et quilibet poſſit accuſare & denuntiare, & credatur eidem cum uno teſte. Cujus partis medietas ſit communis, & reliqua accuſantis, & denuntiantis. Non obſtante aliquo ſtatuto, in quo minor pœna appareret eſſe ſcripta. Reſervato tamen primo ſtatuto, in quo major pœna apponitur, quod incipit: Statuimus, & ordinamus, quod pro conſervatione vinearum & uvarum & augmento vitium &c., quod totaliter debeat obſervari præ ceteris.

De obligatione villæ, ſeu loci vicini ad emendationem damni, ſive ad denuntiandum damni datorem. Cap. CCXXXVI.

ITem, quia plerumque contingit bona civium devaſtari, & etiam ipſis damna inferri, ad obviandum fraudibus & malitiis quorumdam, Statuimus, & ordinamus, quod quotieſcumque, vel quandocumque damnum aliquod illatum fuerit in aliqua villa, ſive pertinentiis alicujus villæ, ſive in quocumque loco diſtrictus Belluni palam, vel occulte in campis, boſchis, nemoribus, domo, bladis, & aliis quibuſcumque alicujus perſonæ civitatis Belluni & diſtrictus. Et illa perſona quæ paſſa fuerit tale damnum, ſcire non poterit quis eidem damnum intulerit. Et hoc per ſacramentum coram D. Rectore affirmaverit, quod tunc illi de dicta villa, in qua dictum damnum fuerit illatum, teneantur, & debeant infra quintam diem poſtquam fuerint requiſiti per D. Rectorem civitatis Belluni, ſive Vicarium, denuntiare ipſi D. Vicario illam talem perſonam, quæ dictum damnum dederit. Si vero non in aliqua villa, ſed in alio loco; tunc illi de illa villa, qui fuerint proximiores illi loco ubi damnum fuerit datum, teneantur & debeant denuntiare D. Vicario, ut ſupradictum eſt; ſi vero non denunciaverint illam talem perſonam, quæ damnum dederit, ut ſupra; tunc illi de villa in qua damnum fuerit datum, teneantur ad emendationem damni. Et ſi in alio loco, tunc illi qui fuerint proximiores illi loco ubi damnum fuerit datum: ſalvo ſemper ſtatuto veteri, quod loquitur de ortis, broleis, & aliis: cui præſens ſtatutum nullo modo intelligatur eſſe derogatum, ſed fuerit illeſum.

Quod

Digitized by Google

Quod per Dominos damnificantes inventi poſſint impune capi. Cap. CCXXXVII.

ITem, quod ſi dominus vineæ, vel clauſuræ, aut orti, vel brolei, in quibus ſunt tales & talia comeſtibilia, invenerit aliquam perſonam in eis, libere & ſine pœna poſſit eos capere, & conducere ad D. Rectorem. Et credatur domino ſuo ſacramento de inventione talis perſonæ, quæ intraverit in dictis ortis, clauſuris, vineis, & broleis de damno facto per ipſas perſonas ſic intrantes. Qui D. Rector ſtatim cum talis perſona fuerit præſentata, teneatur carcerare ad voluntatem paſſi damnum, & inde non relaxare, niſi ſolverit condemnationem, & ſolverit damnum paſſo, quod affirmaverit habuiſſe per ſacramentum, ut ſupra in primo ſtatuto continetur, dummodo dominus ſit bonæ famæ & opinionis, in arbitrio D. Rectoris.

Quod dicta de vineis, & intelligantur etiam de campis habentibus olera. Cap. CCXXXVIII.

ET quæ dicta ſunt de vineis, clauſuris, broleis, & ortis, intelligatur idem de campis habentibus fabam, & cicera intus, pizolos, vel alia legumina, & rapas & ravizas, non obſtante aliquo alio ſtatuto.

Quod Jurati, & ſaltarii villarum, & vicini proximiores teneantur denuntiare damnificantes. Cap. CCXXXIX.

ITem ſtatuimus, quod Jurati villarum, & ſaltarii cujuslibet villæ, ſive regulæ, & vicini proximiores circumſtantes ipſis vineis, clauſuris, broleis, ortis, & campis teneantur per ſacramentum ſub pœna librarum decem parvorum manifeſtare, denuntiare omnes perſonas, quas ſciverint, aut audiverint intraſſe in dictis clauſuris, ortis, campis, vineis, & broleis, & quid abſtuliſſe dicuntur de dictis fructibus, & leguminibus, & rapis natis in ipſis, D. Vicario infra tertiam diem, poſtquam ad eorum notitiam pervenerit. Et quod quilibet Juratus, & ſaltarius, & quælibet alia perſona, quæ denuntiaverit aliquam perſonam contrafacientem in dictis clauſuris, ortis, vineis, & campis debeat habere medietatem condemnationis pervenientis communi, & teneatur in credentia, & credatur eis cum uno teſte.

Quod

Quod circumſtantes, & proximiores teneantur ad emendationem damni, ſi perſona damnificans non fuerit manifeſtata. Cap. CCXL.

STatuimus, quod ſi contigerit aliquo caſu, quod ſciri non poterit quis vel quæ perſona fecerit damnum in dictis broleis, vineis, clauſuris, ortis, & campis, tunc circumſtantes ipſis clauſuris, vineis, ortis, broleis, & campis, & habitantes proximiores apud dictas vineas, clauſuras, ortos, broleos, & campos, teneantur & cogantur ad dictam emendationem damnorum, quæ juraverit Dominus ſuſtinuiſſe occaſione prædicta, & hoc ex præſumptione eorum conſiderando perſonas habitantium proximiorum, non tamen poſſit jurare ultra ſold. quadraginta parvorum pro emendatione dictorum damnorum.

De pœna paſculantium in cultura civitatis Belluni. Cap. CCXLI.

ITem, quod nullus poſſit paſculare cum aliquibus beſtiis tempore aliquo in cultura civitatis Belluni, ſub pœna ſoldorum quadraginta parvorum, pro quolibet equo, bove, & vacca, & in ſoldis ſexaginta pro quolibet porco, & in ſoldis quinque pro quolibet capite minuto. Et pro quolibet bubulco, ſeu paſtore in ſoldis viginti parvorum; & in omnibus caſibus ſupradictis medietas ſit accuſantis, & nihilominus teneatur reficere damnum paſſo, ſacramento ejus. Quam pœnam cogantur ſtatim ſolvere per Rectorem abſque aliqua ſententia ferenda; ſalvo, quod arantes poſſint paſculare in ſtoblis campi quem arant. Et prædicta vendicent ſibi locum ſi fuerit in die; ſi vero fuerit de nocte, condemnetur in duplum.

Quod Rector proclamari faciat Statuta de damnis. Cap. CCXLII.

ITem, quod Rector civitatis Belluni, vel ejus Vicarius ſub vinculo ſacramenti omni anno de menſibus Maii, Junii, Julii, & Auguſti ſemel in menſe teneatur facere præconizare per præconem communis Belluni in ſcalis palatii, in foro, ſuper ponte portæ de doiono, in contrata de rudo, & in burgo plavis alta voce ſupraſcripta quatuor ſtatuta, loquentia de damnis & introitibus vinearum, clauſurarum, ortorum, broleorum, & camporum. Et ipſa ſtatuta ſpecialiter teneantur obſervare, & executioni mandare, nullo alio ſtatuto in contrarium loquente obſtante, & ſint præciſa dicta ſtatuta. Et miles teneatur per ſacramentum ſub pœna librarum quin-

quinquaginta parvorum de menſibus Junii, Julii, Auguſti, Septembris, & Octobris omni hebdomada dictorum menſium cum familia ire tentando, & inquirendo de contrafacientibus, & domos ſuſpectorum tentare, culpabiles punire ſecundum formam dictorum Statutorum.

De Vindemia non fienda ante feſtum Sancti Michaelis. Cap. CCXLIII.

NUllus vindemiare debeat vineam ad ſe pertinentem, nec clauſuram ante feſtum Sancti Michaelis de menſe Septembris. Et qui contrafecerit pro qualibet vice ſol. centum parvorum componat pro banno communis. Et teneatur Rector ante feſtum prædictum per octo dies ante, hoc facere proclamari in locis publicis, & conſuetis.

De pœna vendentis uvam ante feſtum Sancti Michaelis. Cap. CCXLIV.

VEndere non debeat aliquis de civitate Belluni, & ejus diſtrictu uvam ante feſtum Sancti Michaelis, in pœna & banno ſol. quinque pro qualibet vice, niſi eſſet, quæ portaretur & conduceretur de alio diſtrictu. Cujus banni medietas ſit accuſantis.

De Collectis ſolvendis in villis, & damnis datis emendandis per Communia Villarum. Cap. CCXLV.

QUicumque habitans, ſeu habitaverit impoſterum extra civitatem Belluni, & burgos, cogatur ſolvere collectam cum ſua juraria, ſeu cum vicinis jurariæ ſuæ, ſeu ſecundum quod Juratus illius jurariæ cum duobus ſuis vicinis eidem impoſuerit. Si autem dictus habitator non fuerit de juraria aliqua, ſolvat cum hominibus illius villæ, vel jurariæ, quæ fuerit proximior habitationis ipſius. Et de civitate & burgis intelligantur illi, qui habitant in molendinis de fiſteris, & in loco dicto alla vigna, & in villa muſoi, uſque ad pontem plavis juxta civitatem Belluni, & a rujo Sancti Gervaſii citra, & in villa de mareſio, & in villa de nogaredo. Et quicumque alii, qui habitant infra confinia civitatis Belluni, & ſunt ſcripti in libro æſtimi, & cuſtodiarum civitatis ipſius.

De

Digitized by Google

De pœna Ronchantium vineam. Cap. CCXLVI.

SI Vinea, vel clauſura alicujus commorantis in villis, ſeu villa civitatis Belluni furtive ronchata fuerit, ejus damnum emendari debeat per commune illius plebis, in qua damnum datum fuerit in arbitrio bonorum virorum electorum per Rectorem civitatis Belluni, quorum arbitrium taxetur per Conſules, & ſapientes civitatis Belluni. Quod ſtatutum ita demum locum habeat, ſi dominus clauſuræ, vel vineæ prædictæ uſque ad menſem unum non potuerit invenire, nec manifeſtare, nec cognoſcere illum, qui dederit ſibi damnum prædictum, quem invenire, & manifeſtare juret coram D. Rectore, vel Judice, & bona fide, & ſine fraude facere prædicta juxta totum ſuum poſſe. Et per Rectorem civitatis Belluni diligenter inquiratur de omnibus prædictis. Et ſi ronchator, qui talem vineam ronchaverit, fuerit repertus, condemnetur in ſol. centum parvorum pro ſingulo pede uſque ad decem pedes vitium; & ſi fuerit ultra pedes decem vitium, tunc condemnetur in libris centum. Quam condemnationem ſi non ſolverit infra decem dies, ei manus dextra amputetur.

Quod non ſolventes collectam non audiantur in civilibus, nec habeant aliquod officium Communis. Cap. CCXLVII.

STatuimus, quod aliquis habitans in civitate Belluni, vel diſtrictu cum familia, & maſſaritiis, qui non ſolverit collectam communi Belluni, non audiatur in civilibus, nec poſſit aliquod officium, vel honorem a communi Belluni habere. Et ſi acceptaret officium, vel honorem a communi Belluni, condemnetur in ſol. centum parvorum, & ab ipſo officio, vel honore privetur. Et non intelligatur facere factiones cum commune Belluni, niſi ſcriptus ſit in libro æſtimi, vel collectarum communis Belluni. Salvo, quod hoc non habeat locum contra habentes privilegia ſecundum formam Statutorum communis Belluni.

HÆC SUNT STATUTA DE REPRESALEIS.

Qualiter concedendæ ſunt Repreſaleæ. Cap. CCXXVIII.

STatuimus, quod ſi aliqua civitas, ſive caſtrum, ſive alius locus, aut villa, ſeu homo, vel homines de alieno diſtrictu tenerent, vel occuparent per vim, ſeu alio modo non legitime de bonis, terris, & poſſeſſionibus mobilibus, aut immobilibus, vel ſe-

moventibus, ſive etiam nomina ſeu jura alicujus hominis civis noſtri, ſeu alicujus habitantis in civitate Belluni, vel diſtrictu; quod Rector Belluni, & ipſum commune expenſis requirentis repreſaleas ſibi concedi requirere debeant cum litteris Belluni Rectores locorum, in quibus habitant illi, qui alicui civi noſtro, ſeu alicui habitanti in civitate Belluni, & diſtrictu prædicta, vel aliqua prædictorum tenent, vel non reſtituunt, ut facere debent reddi, & reſtitui civi noſtro, ſeu alii habitanti in civitate Belluni, & diſtrictu bona ſua, ſive terras, & poſſeſſiones, & jura, & quod de prædictis, & quolibet prædictorum faciant fieri ſummarie plenitudinem rationis cum omni expeditione. Et ſi civi noſtro, vel alicui habitanti in civitate Belluni vel diſtrictu, non fuerit facta plenitudo rationis de prædictis, ſeu aliquo prædictorum per Rectorem illius loci, in quo habitant illi, qui tenent civi noſtro aliquid de bonis ſuis, ſeu juribus quocumque modo; tunc Rector, vel Vicarius communis Belluni ſuo ſacramento teneatur, & debeat prædicto civi, vel habitanti præſtare toto ſuo poſſe auxilium & favorem, ita quod ſua bona, & jura ſua, poſſit omnino recuperare, & habere. Et quod Rector Belluni de voluntate conſilii, & ipſum commune, dent & dare debeant prædicto civi, ſeu habitatori noſtro pignora, & repreſaleas contra illos, & ſuper bonis & rebus illorum, qui bona civis, ſeu habitatoris noſtri, ſeu jura ipſius occuparent, ſeu quocumque modo tenerent. Et concedantur etiam repreſaleæ, & pignora contra cives, & de bonis concivium habitantium in loco, unde ſunt, ſeu in quo habitant illi, qui civem noſtrum, ſeu habitatorem damnificant, ſeu de bonis, & juribus dicti habitatoris noſtri quocumque modo tenent, & eidem civi noſtro, ſeu habitatori non reſtituunt, neque integre ſatisfaciunt. Et ſit præciſum, & intelligatur habitator, qui cum dicto communi ſubiit onera, & factiones, vel habentes privilegia ex forma Statutorum.

Quod ille, cujus cauſſa Repreſaleæ datæ fuerint, illas removeri faciat.
Cap. CCXLIX.

STatuimus, & ordinamus, quod ſi per aliquam civitatem, commune, vel caſtrum, vel locum, dominum, vel ſingularem perſonam ad petitionem alicujus perſonæ ipſarum juriſdictionum repreſaleæ licitæ datæ ſint contra cives, & habitatores Belluni occaſione alicujus debiti, in quo aliquis civis, vel habitator Belluni eſſet alicui forenſi obligatus, quod dictus civis, vel habitator Belluni omnibus ſuis expenſis teneatur, & debeat infra unum menſem computandum a tempore, quo venit in notitiam communis, ſeu Rectoris Belluni dictas repreſaleas facere removeri, pœna tanti, quanti erit quantitas pro-

Digitized by Google

propter quam conceſſæ fuerunt dictæ repreſaleæ. Et nihilominus dictas repreſaleas removere teneatur, & dicta de cauſſa banniatur de civitate Belluni ſi fuerit abſens, eo tamen ammonito, & citato per Rectorem Belluni, & bannitus communi exiſtat, donec dictas repreſaleas removerit. Si autem præſens fuerit, incarceretur ad petitionem paſſi damnum, ſeu communis. Et tamdiu in carceribus ſtet detentus, quamdiu fuerit in concordia cum communi. Et ſi contingeret aliquem civem, vel habitatorem Belluni pati aliquod damnum occaſione prædictarum repreſalearum, ipſe cujus cauſſa datæ ſunt, teneatur eidem omne damnum reſtituere.

De ceſſione non facienda forenſi per Civem. Cap. CCL.

ITem, quod nullus civis, vel habitator Belluni audeat, vel debeat cedere alicui forenſi aliquid jus in aliquo debito, in quo eſſet obligatus aliquis civis, vel habitator Belluni ipſi cedenti. Et ſi propterea aliquæ repreſaleæ concederentur habenti jus ceſſum, vel habenti cauſſam ab eo, tunc ipſe cedens condemnetur in libris vigintiquinque parvorum. Et nihilominus ipſas repreſaleas teneatur facere removere, ſub pœnis ſuperius contentis in ſuperiori Statuto.

Quod Repreſalea conceſſa alicui Civi non removeatur ſine ejus conſenſu. Cap. CCLI.

ITem ſtatuimus, quod poſtquam datæ ſunt, & conceſſæ fuerint repreſaleæ alicui civi, ſeu habitatori Belluni per Rectorem civitatis Belluni de voluntate conſulum; ipſæ repreſaleæ ſeu repreſalea nullo modo revocari poſſint nec debeant ſine voluntate illius, qui repreſaleas habuerit. Excepto quod ſi eidem erit plenarie ſatisfactum de omnibus ſuis bonis, expenſis, & intereſſe. Et ſi aliquis de civitate Belluni vel diſtrictu habens aliquas repreſaleas, aliquid habuerit, ſeu receperit occaſione aliquarum repreſalearum, illud teneatur conſignare Rectori & Conſulibus, & in cancellaria ſcribi facere infra octo dies poſtquam receperit, pœna ſol. centum parvorum, & admittendi res, & caſſandi jura repreſalearum. Et ſit præciſum.

De locis prohibitis propter Repreſaleas non adeundis. Cap. CCLII.

SI aliquis civis, vel habitator Belluni iverit ad locum prohibitum poſt clamationes præconis factas publice in civitate Belluni, quod aliquis non vadat, nec portet, nec conducat res aliquas ad locum illum. Et ipſe civis, ſeu habitator noſter aliquod damnum vel injuriam

riam paſſus fuerit occaſione ipſius damni & injuriæ, nullæ repreſaleæ concedantur ſibi. Et hoc locum non habeat in illis, ſeu pro illis rebus, quas noſter civis ſev habitator habuerit, vel haberet in illo loco ante proclamationes, ſeu cridationes prædictas, de loco prohibito factas.

De Repreſaleis indebite conceſſis, removendis. Cap. CCLIII.

ITem, quod ſi aliqua civitas, locus, caſtrum, univerſitas, ſeu ſingularis perſona dederit vel conceſſerit repreſaleas contra commune & homines civitatis Belluni injuſte & indebite, & facta requiſitione per commune Belluni dictas repreſaleas non removerint, quod ſimili modo repreſaleæ cujuslibet habitatoris civitatis Belluni & diſtrictus, & ſolventis collectas, & facientis factiones cum commune Belluni ipſo jure intelligantur eſſe conceſſæ contra commune, & homines illius civitatis, communis, vel loci uſque ad illam eamdem quantitatem, ad quam conceſſæ fuerint repreſaleæ contra commune & homines civitatis & diſtrictus Belluni. Et ſit præciſum.

De Affictibus Furnorum Domini Epiſcopi. Cap. CCLIV.

STatuimus, quod quilibet habitans in aliquo furno, & habens partem aliquam in ipſo furno, de quo furno debeat dari vel ſolvi aliquas affictus ſeu reſponſio D. Epiſcopo, poſſit & debeat compelli realiter & perſonaliter ad ſolvendum integrum affictum. Et quod ſolventi eodem modo fiat, & reddatur contra ſuos conſortes jus, quouſque ei ſatisfactum fuerit de toto affictu, quem ſolviſſet. Et quod ad petitionem illius qui ſolviſſet dictum affictum parvorum per Rectorem inhibeatur aliis conſortibus dicti furni ne laborent in dicto furno, donec ſatisfecerint ei partem eis contingentem cum expenſis. Pœna cuilibet contrafacienti librarum decem parvorum, pro qualibet vice, & qualibet die. Cujus pœnæ medietas ſit communis, & alia medietas ſit illius, qui ſolverit dictum affictum, ſeu reſponſionem. Non obſtante quod plures eſſent obligati ad dictum affictum.

HÆC SUNT STATUTA DE ARBITRIS, ET COMPROMISSIS.

Quod Caſtaldiones nequeant recipere arbitrium, & quod ſententia per ipſos lata nulla ſit. Cap. CCLV.

STatuimus & Decernimus quod caſtaldiones alicujus plebis & diſtrictus Belluni non poſſint in ſe aliquod recipere conpromiſſum vel

vel arbitrium per modum arbitrorum, vel arbitratorum, ſeu amicabilium compoſitorum, ſub pœna librarum vigintiquinque parvorum, tam eis, quam illis, qui ſe compromiſerint in eos. Et ſi data fuerit aliqua ſententia, ſeu laudum per ipſos, non valeat nec teneat, nec executioni mandari poſſit.

Quod a ſententiis ſimplicium Arbitrorum non appelletur Cap. CCLVI.

STatuimus quod a ſententiis arbitrorum ſimplicium non poſſit appellari vel reduci ad arbitrium boni viri, nec dici etiam nulla. Et ſi quis contrafecerit, non audiatur, ſed executioni mandetur.

Qui poſſunt ſe compromittere. Cap. CCLVII.

STatuimus, quod ſiquæ perſonæ, vel collegia, aut univerſitates inter ſe & cum aliis habuerint, vel habeant quæſtionem aliquam, poſſint ſe compromittere in arbitratores & amicabiles compoſitores, unum vel plures, qui de facto & ſine ſolemnitate juris poſſint cognoſcere & diffinire inter ipſas partes. Salvo quod ſi pars aliqua ſenſerit ſe gravatam, poſſit petere reduci ad arbitrium boni viri, ſcilicet, judicis & Vicarii ſpecialis conſtituti pro jure reddendo in civitate Belluni, & coram ipſo Vicario formetur libellus reductionis, citata alia parte, vel præſente ad hæc acta videnda. Salvo quod ſi per ſolenne pactum dictæ partes permiſerint inter ſe non reducere, nec petere reduci ad arbitrium boni viri ſententiam ſeu laudum ferendum per talem vel tales arbitratores, tunc non poſſit peti reduci, nec reducere valeant, niſi cauſſa evidentiſſima iniquitatis apparuerit, ſed ſententia firma permaneat. Hoc ſalvo, quod ſi obſcuritas eſſet in dicta ſententia, ſeu laudo, quod tunc ipſe arbitrator, vel arbitratores valeant declarare. Quam declarationem facere teneantur uſque ad decem dies, a die querimoniæ factæ de obſcuritate, & poſtea illis diebus decem elapſis, minime ſe poſſint impedire, & ſententia ſua executioni mandetur per Rectorem Belluni.

De executione ſententiæ arbitralis. Cap. CCLVIII.

ITem, quod ſententiæ & lauda arbitratorum mandentur executioni per Rectorem Belluni, tranſacto termino in talibus ſententiis, ſicuti fit de ſententiis Rectorum. Salvo quod ſupradictum eſt de reductione ad arbitrium boni viri, quia pendente dicta cauſa, nil novi fiat per aliquam partium, ſed expectetur deciſio reductionis arbitrii boni viri.

De

De ſententiis arbitrorum reductis ad arbitrium boni viri. *Cap. CCLIX.*

ITem, quod quæſtiones reductionis ad arbitrium boni viri coram Vicario ſpeciali reddente jura in civitate Belluni agitentur & diffiniantur per ipſum uſque ad tres menſes continuos, & non computatis ſolemnibus feſtivitatibus, datis ex forma ſtatuti. Et quod omnibus diebus aliis poſſit procedi in tali quæſtione, non obſtantibus feriis repentinis & aliis clamationibns terminorum. Et ſi contrafactum fuerit; ſententia ſive laudum remaneat firma & firmum, & executioni mandetur. Hoc ſalvo quod ſi pœna fuerit appoſita in compromiſſo, & una pars voluerit petere pœnam contra partem, quæ fuerit negligens in ſervando ſententiam ſive laudum tam arbitrorum, quam arbitratorum & amicabilium compoſitorum. Tunc ſuper pœna petenda, ſervetur ordo judiciarius, quemadmodum fit in aliis quæſtionibus ordinariis, ſi hoc placuerit reo vel reis.

Quod compromiſſum ſimpliciter factum, habeatur pro ſolemni. *Cap. CCLX.*

ITem ſtatuimus, quod ſi contigerit aliquas perſonas ſe compromittere in aliquos vel in aliquem, tam arbitros ſimplices, ut puta ſi dicatur: Stemus dicto vel facto talis perſonæ, quod in arbitratores ſine pœna, nihilominus valeat tale compromiſſum, ac ſi eſſet factum & ſtipulatum ſolemniter cum additione pœnæ, dummodo inde fiat inſtrumentum publicum per notarium bonæ famæ & opinionis de civitate Belluni & diſtrictu, vel probetur per duos teſtes. Et de prædictis cognoſcatur ſummarie, ſine ſtrepitu & figura judicii.

Quod unus ex Arbitris procedere & ſententiare poſſit, hoc denuntiatio ſociis. *Cap. CCLXI.*

STatuimus, quod ſi in plures, ſcilicet, duos, vel tres, vel plures fuerit compromiſſum ſive de jure, ſive de facto ſuper aliquibus quæſtionibus, quod unus ipſorum audire & examinare, & ſententiam & laudum ferre poſſit, dummodo in ſententiando vel arbitrando denuntiet aliis ſuis conſociis, ut ſint in tali loco cauſa ſententiæ & laudiferendæ, vel ferendi. Et valeat & teneat quod per majorem partem fuerit ſententiatum, diffinitum, & arbitratum, ac ſi omnes concordes fuerint, & unus arbiter vel arbitrator poſſit committere vices ſuas alii vel aliis de conſociis ſuis tantum in cognoſcendo, ſed non in diffiniendo.

Quod

Quod Compromiſſum in laico ſuper uſuris, decimis, & dotibus valeat. Cap. CCLXII.

STatuimus, quod ſi compromiſſum fuerit ſuper uſuris vel ſuper decimis, vel ſuper dote, vel donationibus cauſſa mortis, & propter nuptias in laico vel laicum valeat compromiſſum, & vigore ejus poſſit ſententia fieri.

De mercede, & ſalario Arbitrorum. Cap. CCLXIII.

QUoniam ſcriptum eſt, quod quilibet mercenarius eſt dignus ſua mercede; Statuimus, quod licitum ſit, & eſſe debeat impune arbitris & arbitratoribus accipere a partibus, quæ compromiſerint ſe in eos ſportulam ſive judicaturam, ſcilicet, ſoldum unum pro libra, & in ratione libræ a partibus, ſcilicet, denarios ſex pro qualibet parte, pro eorum labore & ſalario. Nec cogi poſſint ferre ſententiam vel laudum, niſi habeant dictas ſportulas ſive judicaturam ſi voluerint accipere, dummodo non excedat ſummam quinque ducatorum. Quod ſtatutum locum non habeat in Vicario ſpeciali civitatis Belluni, qui reddit jus. Qui Vicarius civitatis Belluni teneatur & debeat omnes ſententias ſine aliquo ſalario diffinire, & ſine debito terminare ſecundum formam ſui juramenti & ſtatuti poſiti in primo libro ſub rubrica de ſacramento Vicarii ſpecialis, & ejus officio. Et ſi aliquid perciperet contra prædicta ratione prædictorum, quod tam ipſe Vicarius, quam ille vel illi qui dederint, cadant ipſo facto in pœnam librarum quinquaginta parvorum quolibet & qualibet vice, abſque aliqua ſententia ferenda. Et quod omnis ſententia lata per ipſum D. Vicarium, de qua ſalarium aliquod pro ipſa ferenda, vel pro labore in videndo proceſſum, vel quoquo alio modo directe, vel per obliquum perceperit, ipſo jure ſit nulla, & nulla dici poſſit omni tempore. Non obſtante aliquo ſtatuto vel lege loquente ſuper tempore nullitatis.

De Arbitro eligendo loco defuncti Arbitri. Cap. CCLXIV.

STatuimus, quod ſi unus vel plures de arbitris electis vel arbitratoribus fuerit mortuus, vel abſens, vel alia juſta de cauſſa impeditus, cognoſcere vel diffinire teneat perſona illa pro qua electus fuerit talis eligere alium loco impediti vel mortui. Et tales ſurrogari loco mortui, vel impediti, poſſint inchoata coram aliis proſequi, & finire, aut de novo inchoare, prout videbitur electis novis & antiquis: hoc addito, quod ſi talis mortuus vel impeditus fuerit electus

de communi voluntate, tunc ad inſtantiam alicujus partium Rector teneatur loco impediti vel impeditorum aut mortui vel mortuorum tot ſurrogare, quot mortui aut impediti fuerint.

Quod Arbitri intelligantur, quibus peritis Rector commiſerit quæſtionem.
Cap. CCLXV.

ITem ſtatuimus, quod ſi Rector de voluntate partium commiſerit quæſtionem alicui vel aliquibus forte peritis in facto, talis, vel plures dati a Rectore ut arbitratores & compoſitores amicabiles intelligantur, niſi forte ſapientes, cui ut prudenti quæſtionem commiſerit conſulendam.

Si quis Arbiter incipit cognoſcere, non propter hoc reducitur ad formam juris. Cap. CCLXVI.

ITem Decernimus, quod ſi arbitratores & amicabiles compoſitores cognoverint, vel inceperint cognoſcere ut arbitri, non propter hoc videantur ad formam juris redacti.

De auctoritate Arbitrorum, & de forma, qua fiunt compromiſſa.
Cap. CCLXVII.

ITem Statuimus, quod ſi quæſtio verteretur inter attinentes, videlicet, inter aſcendentes & collaterales uſque ad quartum gradum ex utraque linea, quod Rector civitatis Belluni, coram quo mota fuerit, ſeu incœpta dicta quæſtio, teneatur conſtringere dictas partes ad compromittendum ſe in arbitros, arbitratores, & amicabiles compoſitores eligendos per partes. Qui arbitri poſſint & debeant diffinire, & arbitrari, & ſententiare de jure, & de facto inter ipſas partes, ſolemnitate juris aliqua non obſtante. Et quod ſententiatum fuerit per ipſos arbitros vel arbitratores valeat, & obſervetur per partes, ac ſi eſſet ſententia lata per Rectorem Belluni. Et ſi dicti arbitri concordes eſſe non poſſent in diffiniendo, tunc addatur eis per Vicarium una perſona amica communis utriuſque partis. Et ſecundum quod per majorem partem ipſorum diffinitum fuerit, habeat firmitatem. Et quod prædicti arbitri teneantur dictam quæſtionem diffinire infra quadraginta dies a die compromiſſi facti, ſub pœna librarum vigintiquinque parvorum pro quolibet, applicanda communi Belluni. Et nihilominus teneantur quæſtionem diffinire, aut remanere carcerati, donec diffinierint. Et quod in dictis quæſtionibus non fiat proceſſus aliquis, niſi ſolummodo petitiones hinc inde produci poſſint, & exceptiones contra eas; & ſuper ipſis teſtes examinentur abſque poſitionibus,

bus, ſive capitulis, ſive interrogatoriis, quorum dicta ſcribi poſſint, & in ſcriptis reduci ad voluntatem arbitrorum & arbitratorum ſuper dictis petitionibus per partes productis. Et ſimiliter ſententia oretenus, & in ſcriptis fieri poſſit ad voluntatem dictorum arbitrorum & arbitratorum in actis Notarii de medio ſcribi. Et quod ſententiare poſſint dicti arbitri & arbitratores omnibus diebus feriatis & non feriatis, etiam introductis in honorem Dei. Quod etiam locum habeat in omnibus compromiſſis, factis etiam inter diverſas perſonas, nedum inter conjunctos & affines.

HÆC SUNT STATUTA DE VARIIS JURIBUS.

De his, qui emerunt Rem mobilem; & qualiter ad ſolutionem vergatur. Cap. CCLXVIII.

STatuimus, & ordinamus, quod quandocumque contingerit aliquem vel aliquos vendere aliquam rem mobilem, vel res mobiles in civitate & burgis, ſive diſtrictu Belluni facto mercato, Emptor aut emptores teneantur ſtatim ſolvere prætium ipſarum rerum per eum, vel per eos emptarum eidem venditori, aut venditoribus, ad voluntatem venditoris aut venditorum. Quod prætium ſi non ſolverit, Rector teneatur & debeat ad voluntatem dicti venditoris, & venditorum conſtringere & compellere realiter per pignorum captionem, & eorum ſubhaſtationem fiendam ad voluntatem creditoris, ac perſonaliter detineri facere dictum emptorem vel emptores pro dicto prætio ſolvendo, donec ſolverit: ſalvo, quod ſi in dicto mercato fuerit poſitus terminus de voluntate contrahentium, quod tunc venditor aut venditores teneantur ſtare termino & expectare emptorem aut emptores uſque ad terminum conventum inter partes. Et ſi emptor aut emptores non ſolverint ad terminum prædictum, tunc tranſacto termino ſimiliter Rector ad voluntatem creditoris teneatur & debeat convenire & conſtringere dictum debitorem ut ſupra. Et hoc etiam locum habeat in fidejuſſore & conſtituente ſe ſoluturum cauſſa prædicta, etiam nulla excuſſione facta in principalem. Et hoc ſalvo, quod ſi de dicto mercato, ſeu prætio fuerit ſtipulatum & factum inſtrumentum, aut præſa, ſeu ſcriptura; tunc Rector debeat agere & conſequi jus ſuum contra dictum debitorem vel debitores ſecundum formam ſtatutorum loquentium de præſis & inſtrumentis, & aliter non. Quod ſtatutum etiam vendicet ſibi locum in mercatoribus dantibus vinum tabernariis ad vendendum, & in tabernariis ſimiliter vendentibus ad minutum.

Digitized by Google

De eo, qui conſtituit ſe ſoluturum pro aliquo Detento, vel Carcerato. Cap. CCLXIX.

STatuimus inſuper, quod quicumque fidejuſſerit, ſeu ſe ſoluturum conſtituerit pro aliquo carcerato, vel detento in quolibet loco diſtrictus Belluni, ad petitionem alicujus perſonæ pro aliqua re, vel cauſſa talis fidejubens, ſeu conſtituens ad petitionem illius, penes quem fidejuſſerit, ſeu ſe conſtituerit eodem modo, & de facto valeat detineri, & de ejus bonis capi ad voluntatem illius, penes quem fidejuſſerit, ſeu ſe conſtituerit ſoluturum, ſicut erat ille, pro quo fidejuſſit.

De Debitis communis Solvendis. Cap. CCLXX.

STatuimus, quod omnes, qui debent habere aliquid a commune Belluni cum aliquo proficuo, vel in futurum habere debebunt, vel ab aliquibus ſingularibus perſonis obligatis pro communi, poſſint, & debeant recipere a dicto communi, etiamſi de dicto proficuo non haberent aliquam præſam vel inſtrumentum. Et hoc cum toto illo, & tali proficuo, quod proficuum ordinatum eſſet, ſeu primo poſitum fuiſſet in primo inſtrumento ſeu præſa, faciendo rationem in capite cujuslibet anni a termino in antea contento in prima præſa, ſeu inſtrumento. Et quod deputatores qui emerunt deputati ad rationem faciendam, ſive deputationes faciendas pro ſolvendis dictis debitis pro commune Belluni teneantur & debeant dictum proficuum poſt dicta debita eiſdem debitoribus ponere modo ſimili in dictis deputationibus. Non obſtante, quod de ipſo proficuo, præſa, vel inſtrumentum ſit pœna ſold. centum parvorum cuilibet deputatori contrafacienti, ſeu non adimplenti prædicta. Et ſit præciſum.

De Inſtrumentis Communis regiſtrandis. Cap. CCLXXI.

STatuimus, quod omnes locationes, affictationes, emptiones, venditiones, omnia mutua, omneſque ſolutiones debitorum ex mutuis, qui, vel quæ pro communi fient, vel recipientur, debeant poni & ſcribi in regiſtro communis Belluni infra octo dies, poſtquam dicti contractus fuerint celebrati. Et teneatur Rector facere regiſtrari dictos contractus & omnia alia, quæ videbuntur regiſtranda. Et quod cancellarius teneatur ipſa regiſtrare infra dictum tempus pœna ſold. viginti parvorum pro quolibet inſtrumento & præſa regiſtranda. Et ſit præciſum.

HÆC

HÆC SUNT STATUTA DE PRIVILEGIIS, ET PRIVILEGIANDIS.

De nonnullis exemptis ab omnibus angarijs, & perangarijs. Cap. CCLXXII.

STatuimus, quod ille, qui fuerit deputatus ad officium infraſcriptum, eſſe debeat abſolutus ab omnibus angarijs, & perangarijs. Et ipſe teneatur tenere & manutenere inconcio & coperto ſedilia ædificata in contrata S. Stefani de ſuo. Ita quod omnes poſſint ad dicta ſedilia ire ad ſuam neceſſitatem. Similiter debeat eſſe, & ſit abſolutus ab omnibus oneribus, angarijs, & perangarijs communis Belluni ille, qui deputatus fuerit ad cuſtodiendum pontem Plavis, & ipſum mundandum a zoſchis & lignis, & denuntiandum ſi plueret domus, ita quod cooperiatur ſi detecta eſſet in aliquo. Et ſi prædicta non faceret, puniatur arbitrio Rectoris & conſulum Belluni, & alius in ejus locum conſtituatur. Et teneatur ille talis deputatus tenere claves pontis Plavis, & claudere, & aperire portas dicti pontis die, noctuque, ſecundum, quod ei fuerit injunctum per Rectorem communis Belluni & conſules. Et idem obſervetur in Jurato de Agrono, qui teneatur pontem poſitum ſuper aquam Cordubii de Agrono, tenere & cuſtodire modo prædicto mundificatum a zoſchis, & repletum de ſablono, ut eſſe ſolet, & facere illum eſſe coopertum per illos, qui hoc ſacere debent. Et quilibet prædictorum non adimplens prædicta, condemnetur in ſol. centum parvorum qualibet vice, & quilibet poſſit accuſare, & habeat medietatem banni. Et prædicta etiam habeant locum in quolibet deputato ad purgationem & aptationem fontium communis Belluni. Et in deputato ad purgandum palatium, & loca communis Belluni.

Quod Medici, & Chirurgici ſalariati, & non ſalariati ſint excepti. Cap. CCLXXIII.

STatuimus, & ordinamus, quod omnes medici phyſici, chirurgici civitatis Belluni ſalarium habentes a commune Belluni vel etiam non habentes, ſint exempti & abſoluti ab oneribus, collectis, cuſtodiis, ſchiravaitis, itineribus, & aliis publicis factionibus per commune Belluni fiendis. Et hoc idem obſervetur in quolibet magiſtro docente grammaticam in civitate Belluni: ſalvo, quod teneantur ſolvere datia & mudas, ſicuti faciunt alii cives & diſtrictuales Civitatis Belluni.

Quod

Quod filiusfamilias a Patre emancipatus ſit exemptus. Cap. CCLXXIV.

STatuimus, quod quilibet filiusfamilias vel emancipatus recedens a patre, qui familiam inchoaverit, in auxilium maſſariæ ſit exemptus a collectis & oneribus realibus & perſonalibus, datiis, & mudis dumtaxat exceptis per triennium continuum, a tempore familiæ inchoatæ.

De Immunitate loci de Trotali. Cap. CCLXXV.

CUm comperimus alias quamdam latam ſententiam per egregium Militem D. Gerardum de Nigris de Padua, olim Poteſtatem, & Capitaneum civitatis Belluni pro excelſo, & magnifico D. Franciſco de Cararia, Paduæ, Belluni, & Feltri, &c. Domino Generali, ſuper quadam quæſtione alias vertente inter ſer Catarinum quondam D. Ciſonis de foro, & homines plebis Sancti Felicis, pro quibuſdam differentiis inter ipſas partes exortis, occaſione poſſeſſionum, quas ipſe ſer Catarinus habet in loco de Trotali ſub dicta plebe, & propter colonos & famulos, quos ibi tenebat. In qua ſententia inter cætera continetur, quod ipſe ſer Catarinus ſuis ſumptibus conſtrui facere debeat unum idoneum pontem lapideum ſuper aquam Ardi ibi juxta locum Trotalis currentem. Per quem pontem ſecure tranſire poſſit per quoſcumque cum plauſtris & equis oneratis, & vacuis. Et quod ipſe ſer Catarinus in perpetuum debeat ipſum pontem ſuis ſumptibus reficere, & inconcio tenere, ita quod per ipſum ſecure tranſiri poſſit. Et quod propter hoc coloni, & habitatores dicti ſer Catarini, ac famuli, quos tenet, vel in futurum habebit in loco prædicto de Trotali, debeant eſſe abſoluti ab omnibus factionibus, angarijs, & perangarijs communis Belluni, & plebis Sancti Felicis, perpetuo imponendis. Prout de ipſa ſententia latius conſtat publico inſtrumento ſcripto per Cambium notarium de terra arſa de Padua, notarium, & officialem prædicti D. Gerardi in ejus poteſtaria. Et ipſe ſer Catarinus juxta formam dictæ ſententiæ, ipſum pontem lapideum bonum, & idoneum conſtrui fecerit, & ſuper ipſam aquam hodie ſufficiens ſit. Idcirco utilitati communis Belluni providere volentes, Statuimus, quod dictus ſer Catarinus, & hæredes ejus, ſive habentes cauſſam ab eo in omnibus poſſeſſionibus ipſius ſer Catarini, ſitis in ipſo loco de Trotali, de cætero in perpetuum teneantur, & debeant dictum pontem in concio tenere, & reficere omnibus ſuis ſumptibus, & expenſis. Ita quod per ipſum quilibet tranſire poſſit ſecure cum plauſtris,

Digitized by Google

ſtris, & animalibus oneratis, & non oneratis. Et ad hoc ipſa poſſeſſio de Trotali dicti ſer Catarini ſit, & remaneat in perpetuo obligata. Et quod propter hoc quilibet colonus, ſeu habitator, ſive famulus, quem ipſe ſer Catarinus, vel habentes cauſſam ab eo in dictis poſſeſſionibus de Trotali haberent, vel tenerent in dicto loco de Trotali quamdiu ibi ſteterint, vel habitaverint, in perpetuum ſint exempti, immunes, & abſoluti ab omnibus factionibus realibus, & perſonalibus communis Belluni, & plebis Sancti Felicis, angarijs, & perangarijs quibuſcumque. Non obſtante aliquo Statuto, lege, vel conſuetudine in contrarium loquente. Et nihilominus, licet non faciant factiones, habeantur pro veris diſtrictualibus, & civilibus Belluni, ad omnia ipſorum commoda, & honores, & gaudeant omni privilegio, & gratia, quibus gaudent alii cives Belluni, ſubeuntes realiter, & de facto cuncta onera, & factiones cum commune Belluni, alio Statuto, vel Lege in contrarium loquente non obſtante. Quibus in hac parte derogatum eſſe volumus, ac ſi de ipſis hic facta foret expreſſa, & ſpecialis mentio.

De Elemoſyna Fratrum Minorum fienda. Cap. CCLXXVI.

QUoniam nihil commodato dignius eſt devotius, & ſaluti ſanctius, quam bonis, religioſiſque viris, & maxime miniſtris catholicæ fidei, & largientibus veniam peccatorum, in neceſſitatibus liberaliter providere. Et ad hoc ut altiſſimus Deus, Belluni civitatis in bono, & pacifico ſtatu conſervet, Statuimus, quod ſingulis menſibus pro commune Belluni dentur pro elemoſyna loco fratrum Minorum habitantium, ſeu commorantium in loco fratrum Minorum, ſeu Eccleſia Sancti Petri in civitate Belluni, libras ſexdecim parvorum. Et debeant eſſe ſaltem ſex fratres. Et ſi pauciores eſſent, detrahantur groſſi viginti pro quolibet deficiente.

HÆC SUNT STATUTA DE NUNDINIS.

De illis, qui debent intereſſe Nundinis, tamquam cuſtodes ad capiendos malefactores, & rixantes. Cap. CCLXXVII.

NUndinæ, ſeu mercata Sancti Luchani de menſe Julii, & Sancti Martini teneantur, ſi viſum fuerit Conſulibus, & Sapientibus civitatis Belluni, vel majori parti eorum, & aliter non, fiant & durent per duos dies ante feſta prædicta, & per tres dies poſt. Et ad dictas nundinas cuſtodiendas debeant eſſe duo Conſules, qui habeant in die ſoldos decem parvorum, & duo notarii ex officio majori, & unius notarius maleficiorum, qui habeat ſoldos quinque par-

parvorum in die pro quolibet, & duodecim cuſtodes eligendi per conſules. Dum tamen aliquis ex dictis cuſtodibus non habeat ſtationem, vel tabernam in dictis nundinis, nec ſint familiares alicujus, & habeant in die unum groſſum pro quolibet. Qui omnes cum armis ſuis teneantur ſollicitam, & diligentem cuſtodiam die, & nocte facere in dictis nundinis, & capere rixantes & malefactores, & prohibere, ne arma portentur per nundinas contra formam Statuti.

Quid exigere, & accipere poſſint Conſules, & Notarii pro qualibet re conducta, aut vendita in ipſis Nundinis. Cap. CCLXXVIII.

STatuimus, quod poſſint Conſules, & Notarii officii majoris accipere de littera ſoldos duos parvorum pro ſoma, & plauſtro ſoldos ſex parvorum; pro caretta ſoldos quatuor parvorum. Item pro qualibet beſtia minuta vendita in foro, quæ conducitur extra diſtrictum Belluni denarios duos. Et denarios duodecim pro qualibet beſtia bovina. Item de pannis unum denarium pro libra, ſacramento mercatoris credendo de prætio, & nulla alia muda per ipſos, nec per alios accipi debeat, vel poſſit in dictis nundinis. Exceptis datiis communis Belluni, & Muda hæredum, quod D. Romani de Caſtro antiquo, ſemper ſolita accipi in nundinis Sancti Luchani. Et muda D. Epiſcopi, quæ accipitur in nundinis Sancti Martini, quæ muda Domini Epiſcopi exigi debeat. Et volumus, quod ipſa exigatur modo infraſcripto, videlicet: Pro qualibet ſtatione cooperta facta in nundinis Sancti Martini a tenènte eam ſoldum unum parvorum. Item pro qualibet taberna, beccharia, & hoſteria factis in nundinis cauſſa nundinarum ultra ſolitum ſoldos duos, & denarios octo. Item pro qualibet beſtia bovina, porcina, equina, & aſinina vendita in nundinis prædictis, a venditore ſoldum unum parvorum. Item pro qualibet beſtia minuta vendita in ipſis nundinis a venditore denarios duos parvorum. Item pro quolibet brachio panni non garzati, vendito in ipſis nundinis a venditore denarium unum. Item pro qualibet ſoma fructuum conductorum in ipſis nundinis ſuper mulis, vel equis ſoldum unum. Item pro qualibet ſoma fructuum conductorum in ipſis nundinis ſuper aſinis denarios ſex parvorum. Item pro quolibet plauſtro allii conducto in ipſis nundinis, centenarium unum alli. Item pro quolibet plauſtro cæparum conducto in nundinis prædictis, macium unum cæparum. Et dicti Notarii & Conſules prædicta ad invicem participare communiter teneantur cum omnibus aliis ſuis ſociis.

Quod

Quod Rector teneatur eſſe in Nundinis omni die ante tertiam, & poſt meridiem. Cap. CCLXXIX.

TEneatur, & debeat Rector eſſe in dictis nundinis, & ſtare ante tertiam, & poſt nonam omni die, & cognoſcere, & terminare de omnibus cauſſis emergentibus in ipſis nundinis ſummarie, & ſine ſtrepitu judicii, libelli oblatione, & litis conteſtatione, & ommiſſa omni juris ſolemnitate, quæ aliquibus in cauſſis ſecundum formam juris, & ſtatutorum requireretur. Et de aliis cauſſis in dictis nundinis non debeat ſe intromittere. Idem obſervetur in quæſtionibus cœptis, vel ortis in dictis nundinis, vel tempore ipſarum nundinarum, de quibus etiam poſtea quandocumque ſimiliter cognoſcatur, dummodo ipſas quæſtiones diffiniat infra quindecim dies.

De mercato Sancti Luchani. Cap. CCLXXX.

MErcatum Sancti Luchani fieri debeat ultra pontem Ardi, & nullus ſupra pontem tenere debeat beſtias, vel aliquid aliud ad vendendum, pœna ſoldorum viginti parvorum pro quolibet, & qualibet vice. Et per octo dies ante dicta mercata teneatur Rector, vel Miles ſimul cum Conſulibus dare, & deſignare omnes ſtationes, tabernas, & totum mercatum, & terminos, & confines ponere, & deſignare. Et ſi quis ultra terminos ſtationem faceret, condemnetur in ſoldis viginti denariorum. Et ſtationem removere teneatur. Et ſi quis ſtationem pro taberna, vel alia occaſione acceipiet, teneatur, & debeat ſtationem facere banno ſoldorum ſexaginta parvorum.

De armis non portandis in Nundinis. Cap. CCLXXXI.

STatuimus, & ordinamus, quod nullus homo, vel perſona debeat portare in dictis nundinis Sancti Martini, vel Sancti Luchani aliqua arma, neque cultellum a ferire, pœna ſoldorum ſexaginta parvorum cuilibet contrafacienti; ſalvo quod illi de conſilio triginta octo civitatis Belluni poſſint impune portare ſuos cultellos a ferire, & habentes bulletam a Rectore poſſint ferre arma.

Quod dies Nundinarum ſint feriati. Cap. CCLXXXII.

STatuimus, quod iſti dies, in quibus celebrantur iſtæ nundinæ, ſint, & intelligantur eſſe feriati, & pro feriatis habeantur quantum ad judicia civilia, & ordinaria.

Quod Nundinæ non proclamentur extra Civitatem.
Cap. CCLXXXIII.

STatuimus, quod ſi nundinæ Sancti Luchani tenerentur, quod dictæ nundinæ non debeant, nec poſſint proclamari, nec mitti ad proclamandum extra diſtrictum Belluni, expenſis communis. Sed ſolummodo debeant proclamari in civitate Belluni, & in montaneis, prout clamantur nundinæ Sancti Martini. Hoc addito, quod ad poſtulationem datiariorum, & eorum expenſis Rector debeat mittere litteras ad faciendum eas proclamari, ubicumque eis placuerit.

HÆC SUNT STATUTA DE ONERIBUS PUBLICIS CIVITATIS BELLUNI.

Quod Forenſes habitantes in civitate Belluni, & burgis cum familia ſuſtineant onera. Cap. CCLXXXIV.

STatuimus, & ordinamus, quod quilibet forenſis faciens maſſaritiam in civitate Belluni, vel burgis, ſtatim ſit ſuppoſitus oneribus realibus, & perſonalibus, ac miſtis hujus urbis. Ita quod ſubſtituatur ad onera, qui honoribus vult gaudere. Salva immunitate ſibi qualitercumque conceſſa ex forma ſtatutorum aliorum, vel proviſionis.

De Pontibus & Stratis, quod Rector teneatur manutenere, & reficere. Cap. CCLXXXV.

REctor quilibet teneatur facere manutenere & reficere pontes omnes diſtrictus civitatis Belluni, tam per civitatem, quam per villas, quæ conſueverunt eos facere & reficere, pœna ſui ſacramenti.

Quod nullus accipiat lapides ex ripis Ardi. Cap. CCLXXXVI.

STatuimus, quod nullus homo, nullaque perſona audeat vel præſumat accipere vel accipi facere de lapidibus riparum ſive cejorum Ardi ab utroque latere, nec prope ipſos cejos ſive ripas per unum paſſum, ſub pœna librarum decem parvorum pro ſingulo & ſingula vice.

Quod

Digitized by Google

Quod Rector aptari faciat ſtratas per conſuetos. Cap. CCLXXXVII.

STatuimus, quod Rector teneatur communes ſtratas maxime generales facere aptari & refici per villas, quæ conſueverunt eas aptare, ſub pœna ſui ſacramenti.

Obligatio plebis Fruſſedæ ad aptandum cannale S. Crucis.
Cap. CCLXXXVIII.

STatuimus, quod villæ omnes plebis Fruſſedæ teneantur in concio tenere & reficere ſtratam cannalis ſanctæ Crucis a ponte Polpetti uſque per totum diſtrictum Belluni, ita quod bene equitari & cariari poſſit.

De lapidibus teſtarum pontium Plavis non accipiendis.
Cap. CCLXXXIX.

STatuimus, quod nullus debeat accipere de teſta veteri pontis Plavis, vel de teſta novi pontis prædicti lapides, vel ipſos devaſtare, nec de lapidibus, qui ſunt inter utramque teſtam. Et ſi quis contrafecerit, condemnetur pro qualibet vice in ſoldis centum parvorum. Tertia pars cujus banni ſit accuſatoris, & emendare & reficere damnum teneatur.

De lignis Pontium non accipiendis. Cap. CCXC.

STatuimus, quod nullus debeat accipere de lignis alicujus pontis, nec ipſos devaſtare, nec diſcooperire. Et ſi quis contrafecerit pro qualibet vice in libris decem parvorum condemnetur, tertia pars cujus banni ſit accuſatoris.

Qua pœna puniantur non ſervantes ſupraſcripta Statuta.
Cap. CCXCI.

STatuimus, quod Rector teneatur & poſſit quoſlibet contrafacientes, ſeu inobedientes punire & condemnare pro qualibet vice in libris decem parvorum. Et quilibet poſſit accuſare, & habeat tertiam partem banni.

De Porticibus & Stratis in acconcio tenendis.
Cap. CCXCII.

STatuimus, quod quælibet perſona de civitate Belluni teneatur & debeat porticus, ſeu ſuas laſtatas ædificatas coram, ſeu ante ſuas domos aptare, & in concio tenere continue, ſub pœna ſoldorum quadraginta parvorum.

De cæmentis non portandis in foſſas Civitatis.. Cap. CCXCIII.

STatuimus, quod nemo audeat portare val portari facere aliquod terratium vel cæmentum, vel lapides ſupra ripas foſſarum civitatis Belluni vel penes ipſas foſſas, vel in ipſis foſſis, ſub pœna ſol. centum parvorum. Et ſimiliter in platea campedelli, niſi eſſent lapides cauſſa ædificandi domos, ſub pœna ſoldorum quadraginta parvorum. Et nihilominus ad reportandum ex illis locis terratium, lapides, vel cæmentum.

HÆC SUNT STATUTA DE CARCERATIS, ET CARCERANDIS. ET DE PŒNA INOBEDIENTIUM PRÆCEPTIS RECTORUM, AUT FRAUDEM COMMITTENTIUM.

De Perſonis in Domibus non capiendis. Cap. CCXCIV.

CUm jure civili cautum ſit, quod domus cuicunque tutiſſimum eſt refugium, Statuendo decernimus, quod nullus Rector, vel Officialis civitatis Belluni, nullaque perſona cujuſcunque ſtatus & conditionis ſit, & exiſtat, poſſit & valeat capere, vel capi facere aliquam perſonam habitantem in civitate Belluni & diſtrictu pro debitis aliquibus ſingularium perſonarum civilibus in domibus, in quibus talis perſona habitat per ſe, vel cum alio, ſive propria, ſive conducta, ſive aliter ad habitandum conceſſa. Et in ſtationibus, in quibus eſſent ſoliti ſtare ad ſua mercimonia vendendum, vel de arte ſua ad laborandum, etiam ſi eſſent ſeparatæ a domibus, in quibus habitaret talis perſona, nec extra ipſas domos vel ſtationes poſſit etiam dicta perſona invite trahi per aliquem præconem aut familiarem domini Rectoris, vel per quamlibet aliam perſonam cujuſcumque conditionis exiſtat, occaſione debitorum civilium ſingularium perſonarum. Et pœna Rectori & officialibus, qui ſcienter prædicta committerent vel facerent, librarum centum parvorum de ſuo ſalario, & cuilibet alii perſonæ contrafacienti librarum vigintiquinque parvorum. Et

nihi-

Digitized by Google

nihilominus talis perſona, quæ contra formam hujus ſtatuti capta eſſet in domo ſuæ habitationis vel ſtationis, ut ſupra, vel quæ fuiſſet extra dictas domos vel ſtationes invite extracta, debeat libere reduci in ipſum locum, in quo capta fuiſſet, vel ex quo foret extracta. Ad dictam pœnam etiam teneatur quilibet dans auxilium & favorem ad prædicta committendum. Salvis pactis datiorum.

Quod Mulier non poſſit pro Debito carcerari. Cap. CCXCV.

STatuimus, quod occaſione alicujus debiti pecuniarii alicujus ſingularis perſonæ, nulla mulier civis, vel habitatrix civitatis & diſtrictus Belluni poſſit per Rectorem, vel aliquem Officialem communis Belluni in carcerem poni vel detineri in Palatio, vel alibi ad petitionem alicujus perſonæ, quæ aſſeret ſe aliquid ab ea muliere habere debere ratione alicujus contractus, vel diſtractus, vel aliqua alia quacunque cauſſa, quæ non tangeret cauſſam criminalem. In cauſis autem criminalibus, & pro eruenda veritate ſuper cauſis criminalibus liceat Rectori ipſas mulieres carcerari facere & detineri, prout idem videbitur fore decens. Et ſi quis Rector vel officialis contra formam hujus ſtatuti fecerit aliquam mulierem detineri vel carcerari, condemnetur in libris quiuquaginta parvorum. Et nihilominus tempore ſui ſindicatus poſſit condemnari pro injuria in hoc illata dictæ tali mulieri carceratæ vel detentæ, ad requiſitionem ipſius mulieris, vel ejus mariti, ſi maritum habuerit. Et ſi fuerit detenta, relaxetur.

De ſolutione carcerationis. Et quod Carceratus eo die relaxatus nihil ſolvat pro carcere. Cap. CCXCVI.

STatuimus, quod ſi aliquis fuerit carceratus per Rectorem Belluni, vel aliquem officialem communis Belluni, ſive de ipſorum mandato, & ipſe talis carceratus relaxatus fuerit, ea die qua poſitus fuerit, quod tunc nihil ſolvere teneatur pro carcere ſive cuſtodia carceris alicui officiali ſupra carcere deputato, vel alicui alteri perſonæ. Et ſi ipſe talis carceratus ſtaret in carceribus ultra unam diem, quod tunc ſolvere teneatur officiali ad cuſtodiam carcerum deputato pro introitu & exitu carceris ſoldos quinque parvorum. Et ultra dictos ſoldos quinque ſoluat unum ſoldum pro quolibet die, quo ſtetiſſet in carceribus. Dum tamen ipſe carceratus non debeat ſolvere, nec poſſit compelli per aliquem directe vel per obliquum ad ſolvendum pro ipſa incarceratione, & cuſtodia carcerum, ſive manſione, quam in ea feciſſet ultra ſoldos quadraginta parvorum, etiam ſi in carceribus ſtetiſſet. Et hoc ſtatutum Rector, & Vicarius civitatis Belluni debeant,

beant obſervare, & facere obſervari ſub vinculo ſacramenti. Et quicunque ultra prædictum ordinem aliquid exigerit, condemnetur in quadruplum ejus, quod ultra exigiſſet. Et debeat de hoc inquiri & condemnari quilibet Rector vel Officialis tempore ſui ſindicatus. Et ſit præciſum.

Quod cum non ingeritur pœna ſanguinis quis non debeat carcerari, præſtita fidejuſſione. Cap. CCXCVII.

STatuimus quod nullus Rector, ſive Vicarius, vel Miles, ſeu alius de ſua familia poſſit, nec debeat aliquam perſonam occaſione alicujus delicti, ex quo non ingeratur pœna ſanguinis ex forma juris ſeu ſtatutorum communis Belluni ponere, ſeu poni facere in carceribus communis Belluni, ſeu alibi detineri facere: dummodo ille talis velit facere & faciat ſecuritatem communis maſſario de parendo mandatis domini Rectoris, ſeu Vicarii, & ſolvere condemnationem, ſi ei contingerit condemnari. Et hoc pœna & banno librarum centum parvorum communi Belluni ſolvendarum cuilibet contrafacienti, & refectione damni injuriæ, & expenſis ipſius carcerati, ſeu detenti, & pœna periurii & infamiæ. Et ſit præciſum. Exceptis in caſibus præmiſſis in ſtatutis communis Belluni. Salvo quod ſi Rectori videbitur habere indicia pro veritate dicenda & reperienda poſſit detinere & carcerare.

De Pœna non parentis D. Rectori Præceptis factis occaſione ſententiarum, & præceptorum. Cap. CCXCVIII.

STatuimus, quod ſi per Rectorem vel Officialem aliquem communis Belluni fuerit factum præceptum alicui perſonæ, quod debeat dediſſe, vel ſolviſſe, aut feciſſe aliquid ad certum tempus ſive terminum eidem in ipſo præcepto aſſignatum, & ipſe talis, cui fuerit præceptum factum, ſpreverit dictum præceptum, quia non attenderit ad dandum, ſolvendum, vel faciendum id, quod ſibi præceptum fuerit per Rectorem ſive officialem, juxta formam dicti præcepti ad terminum in ipſo appoſitum; tunc talis perſona debeat condemnari per Rectorem Belluni abſque aliquo proceſſu ad petitionem ſui creditoris contenti in ipſo præcepto, vel habentis cauſſam ab eo in ſoldis duobus parvorum pro qualibet libra denar. contenta in dicto præcepto, vel valoris, aut intereſſe ejus, quod debuiſſet dari, vel fieri ipſi creditori, declarandi ſacramento creditoris. Taxatione tamen Rectoris, qui habebit facere condemnationem, præcedente, vel ſtatim ſequente juramentum. Ita tamen quod dicta condemnatio non valeat tranſcendere ſummam librarum quinque parvorum. Cujus condemnationis.

Digitized by Google

nis medietas ſit communis Belluni, alia creditoris, ſi fuerit petita per ipſum, vel de ipſa proteſtatum coram Rectore Belluni uſque ad unum menſem, a die condemnationis factæ.

Quod Fidejuſſor pro condemnato, vel occaſione delicti liber ſit, præſentato eo, pro quo fidejuſſit. Cap. CCXCIX.

STatuimus, quod quotieſcumque aliquis fidejuſſerit, vel quocumque alio modo promiſerit pro aliqua perſona, occaſione alicujus delicti, vel condemnationis de eo in cauſſa criminali fiendæ, vel pro aliqua contumacia de aliquid ſolvendo pro ipſa tali perſona in caſu, in quo condemnaretur, vel de ipſa perſona præſentanda, vel de parendo mandatis Rectoris, quod ſi talis fidejuſſor vel promiſſor præſentaverit in fortiam communis Belluni illam perſonam, pro qua fidejuſſerit vel promiſerit, ut ſupradictum eſt, infra terminum infra quem deberet ſolvi condemnatio facta de ipſa perſona ratione ſui delicti ſive contumaciæ, quod eo ipſo facta tali præſentatione ad dictum terminum de ipſa perſona, ipſe fidejuſſor & promiſſor ſit in toto liberatus ab omni promiſſione, quam feciſſet pro tali perſona, etiam ſi permiſiſſet de ſolvendo, vel pignus dando, ſive alteri ſatisfaciendo pro ipſa tali perſona, vel etiam ſi ſuper hoc aliquid interveniſſet ſacramentum. Et quod pro ipſa tali promiſſione vel fidejuſſione nullo modo valeat per Rectorem vel aliquem officialem communis Belluni, ſive per aliquem maſſarium vel exactorem moleſtari, & aggravari, facta dicta præſentatione, ſub pœna dupliciter dictæ condemnationis, ad quam gravaretur ſolvendam, & ſub pœna infamiæ & perjurii Rectori, qui contra prædicta faceret vel fieri pateretur. Et huic ſtatuto nullatenus renuntiari poſſit. Et ſit præciſum.

De Notariis Maleficiorum, & Prætio, quod accipere debent pro Chartis, & Sctipturis. Cap. CCC.

STatuimus, quod notarii Maleficiorum communis Belluni poſſint, & valeant de eorum ſcripturis factis in eorum officio, accipere ſolutionem ab illis hominibus & perſonis, quibus aliqua acta ſcripſerint hoc modo, videlicet, pro qualibet inquiſitione ſold. triginta unum. Pro conſtituto ſold. viginti. Pro accuſa ſoldos quinque. Pro defenſione cum fidejuſſione ſold. quinque. Pro teſtificatione ſold. quinque. Pro pace facta a qualibet parte ſold. quinque. Si vero eſſent plures, pro quolibet ſold. quinque. Pro termino ſold. unum. Pro relatione & citatione ſine litteris ſold. duos. Pro juramento Teſtium, pro quolibet teſte ſold. unum. Pro ſcribendo productio-

ductionem inſtrumentorum, &. aliarum ſcripturarum ſold. duos. Pro quolibet ſalvo conducto ſold. viginti. Pro qualibet ſumma criminali, a libris decem infra ſold. ſex. A libris vero decem ſupra ſold. duodecim. Pro qualibet ſententia criminali bannitoria, & ad membrum incidendum ſold. quadraginta. Pro qualibet ſententia, ex qua ſecuta ſit mors libras tres. Pro equitatione & occaſione officii ſui in die libras duas. Pro incarcerato quolibet ſold. tres. Pro relaxatione ſold. tres. Et ſi plures fuerint creditores, qui carceratum interdixerint, pro quolibet ſold. duos. Et pro poſitionibus, capitulis, replicationibus, articulis proteſtationibus, & generaliter de omnibus aliis actis, & atteſtationibus, & exemplis actorum, debeat & poſſit percipere & habere prout habent notarii officii majoris de eorum actibus, & ſecundum formam ſtatutorum ſub rubrica notarii officii majoris. Et hoc ubi talia acta eſſent ſpecificata, & declarata in illo ſtatuto. Et ubi non forent ſpecificata ſecundum quod taxatori ad hoc electo juſtum viſum fuerit, reducendo acta unum ad ſimilitudinem alterius quam magis poterit. Item pro cancellatura cujuslibet condemnationis pecuniariæ poſſit percipere ſold. duos parvorum. Pro cancellatura de banno mortis, qualitercumque ſit, libras tres parvorum. De cancellatura condemnationis membrorum, vel alicujus pœnæ corporalis, groſſos duodecim, & non ultra accipere poſſit. Pro cancellando aliquem de libro ſorbannitorum pro cauſſis civilibus ſold. duos parvorum quantacumque magna ſit ſumma. Item a Juratis villarum vel civitatis Belluni de denuntiatione per eos porrecta, nil poſſint accipere. Et ſi quis notarius communis Belluni vel cancellarius perciperet, plus quam ſupraſcriptum eſt, condemnetur in duplo, dando eidem a quo plus accepiſſet, & in ſoldis ſexaginta parvorum ſolvendis maſſario communis Belluni. Si vero contingerit dictos notarios maleficiorum, vel cancellarios aliqua acta vel proceſſus ad petitionem alicujus facere in publicam formam, poſſint accipere duplum prætii ſupra taxati.

De pœna Molendinariorum fraudem facientium. *Cap. CCCI.*

STatuimus, quod nulli molendinario, aut ejus famulo, vel alicui de ejus familia liceat quoquo modo facere aliquam fraudem vel dolum in blado eidem dato ad macinandum, vel in farina, quam macinaſſet, vel in ſacchis, vel alio quocumque modo, ſub pœna librarum decem parvorum pro ſingulo contrafaciente, & pro ſingula fraude, & plus realiter & perſonaliter arbitrio D. Rectoris, & ad reficiendum damnum, quod appareret ipſum talem, eujus fuit bladum propter talem fraudem percepiſſe, & ad reddendum quicquid defecerit eidem. Cujus pœnæ pars tertia ſit accuſatoris, & quili-

Digitized by Google

quilibet de hoc poſſit accuſare. Et credatur accuſatori cum ejus ſacramento probandum per unum teſtem, & teneatur in credentia ſi voluerit.

Quod contra Molendinarios fraudem facientes ſummarie procedatur.
Cap. CCCII.

STatuimus, quod Rector civitatis Belluni ſub vinculo ſacramenti teneatur, & debeat ſuper quærimoniis, petitionibus, accuſis factis contra molendinarios ſupraſcriptis ſtatutis contrafacientes in caſibus prædictorum ſtatutorum, & ſimilium procedere, & cognoſcere breviter, de plano, ſummarie, & ſine ſtrepitu, & figura judicii, & omni juris ſolemnitate prorſus expulſa, & ſuper ipſis procedere & cognoſcere omni tempore & die, etiam ſolemni, in honorem Dei introducto.

Explicit Liber Secundus.

Digitized by Google

STATUTORUM
MAGNIFICÆ COMMUNITATIS CIVITATIS
BELLUNI.
LIBER TERTIUS.
HÆC SUNT STATUTA GENERALIA DE MALEFICIIS, ET ALIIS DELICTIS.

De Accuſationibus, uſque ad quem terminum fieri poſſit. *Cap. I.*

STatuimus, quod Accuſatio, denuntiatio, & inquiſitio fieri poſſit, uſque ad unum annum a tempore Maleficii perpetrati; tranſacto autem anno, minime poſſit, & nullus audiatur. Excepto quod ſolummodo in crimine falſi, in quo annus currat ſolummodo a die in antea, quo quis ſciverit inſtrumentum tale contra ſe fore productum, & teſtes fuerint publicati. Excepto etiam in homicidiis, in quo delicto poſſit inquiri, & accuſari, & denuntiari, & omnimode procedi, uſque ad quinquennium a die homicidii commiſſi. Et exceptis criminibus hæreſis, leſæ majeſtatis, conſpirationis, ſeu conjurationis, aut proditionis: & cujuslibet alterius tractatus contra Illuſtriſſimam Dominationem noſtram & commune Belluni; quibus caſibus quandocumque poſſit procedi.

Quod accuſatio poſſit fieri in ſcriptis, & oretenus. Cap. II.

ITem ſtatuimus, quod quilibet volens accuſare alium, poſſit ipſam accuſam facere oretenus, vel in ſcripris. Et accuſator condemnetur in ſoldis ſexaginta parvorum, ſi non probaverit: ſalvo ſi eſſet accuſa, qua probata ingeretur pœna ſanguinis; tunc in libris vigintiquinque parvorum accuſans vel excipiens de falſo, lite pendente, majori pœna afficitur. Pro quo vide ſtatutum ſupra ad chartas XXVIII., quod incipit: item quod ſi proponens. Excepto quod ſi probaverit ſemiplene, tunc in nullo condemnetur, niſi arbitrio judicis a decem libris infra; & non probaſſe intelligatur, ſi nullos teſtes produxerit, vel produxerit aliquos vel aliquem teſtem, qui dixe-

Digitized by Google

dixerit ſe nihil ſcire: excepto quod in caſibus, in quibus non ſunt neceſſarii teſtes; & eodem banno puniatur ille, qui accuſam non fuerit proſecutus: ſalvo, quod in accuſationibus & denuntiationibus accuſator, & denuntiator teneatur nominare & ponere teſtes tempore accuſationis & denuntiationis porrectæ, vel poſtea, uſque ad octo dies: ſalvo, quod in accuſatione, inquiſitione, vel denuntiatione facta ſuper poſſeſſione turbata, poſſit producere teſtes infra dilationem ſibi aſſignatam a Rectore quandocumque. Et ſi aliquis renuntiaverit alicui accuſæ, ſeu denuntiationi, condemnetur in ſoldis viginti parvorum. Et nihilominus Rector, ſeu Vicarius quantum ad pœnam, ſeu ad bannum communi, ſi ſibi videbitur procedere etiam poſſit ſuper ipſam accuſam, ſeu denuntiationem ad condemnationem, vel abſolutionem faciendam, ita quod dicta renuntiatio præjudicet ſolummodo accuſanti vel denuntianti in omni ſuo jure.

Quo termino ſcribi debent accuſationes. Cap. III.

ITem, quod quamlibet accuſam, ſeu denuntiationem faciat judex, ſeu Rector reduci in ſcriptis per notarium maleficiorum, & ſcribere in quaterno infra ſecundam diem poſtquam fuerit porrecta pœna ſoldorum decem parvorum notario pro qualibet accuſa, & plus arbitrio judicis, ſeu Rectoris, uſque ad ſummam ſoldorum ſexaginta parvorum.

De accuſis accipiendis per Rectorem. Cap. IV.

ITem, quod omnes accuſas, denuntiationes, quærimonias de quocumque delicto, ſeu occaſione quorumcumque delictorum maleficiorum, quocumque modo factas, Rector, ſeu Vicarius recipere teneatur, & ſuper ipſis procedere, & veritatem inquirere, etiam ex officio ſuo, ut diffiniat ipſas ſecundum probationes factas & habitas, non conſiderata aliqua ſolemnitate in accuſis & denuntiationibus, & eorum proceſſibus, ommiſſa etiam quoad teſtes, qui jurare poſſint abſente parte: ſalvo, ubi accuſa eſt facta, debeant teſtes jurare parte præſente, vel citata. Et in accuſa de poſſeſſione invaſa, turbata, vel intromiſſa poſſint fieri capitula, & poſitiones, & interrogatoria, & aliæ ſolemnitates fieri conſuetæ, quæ requiruntur in judiciis ordinariis civilibus. Et etiam poſſint committi tales quæſtiones ſapientibus, vel ſapienti. Et in qualibet accuſa, ſeu denuntiatione, vel poſtea, uſque ad ſententiam poſſit ille in quem delictum, ſeu maleficium factum fuerit, petere etiam damni ſui emendationem. Et de inquiſitionibus judex, ſeu Rector tenea-

Digitized by Google

tur facere condemnationem, etiam ad ipſam emendationem damni injuriato etiam non petenti. Et quod ſolemnitas juris ceſſet in libello accuſationis, & denuntiationis, & inquiſitionis, & in omni & toto proceſſu, & qualibet parte ipſius. Excepto quam ſuper poſſeſſione turbata, in qua quæſtione procedatur ordinario judicio, non conſiderata ſolemnitate expreſſe conteſtationis litis.

De excuſatione facienda per accuſatum. Cap. V.

Accuſatus, & denuntiatus, vel inquiſitus omnino excuſationem ſui faciat in ſcriptis, vel oretenus, non obſtantibus aliquibus exceptionibus. Salvis tamen poſt excuſationem omnibus exceptionibus & defenſionibus ſibi competentibus ante accuſationem, vel poſt. Et ſi negaverit ea, quæ continentur in accuſa, vel denuntiatione tempore ſuæ excuſationis, & poſtea aliquid ultra addere voluerit, teneatur judex eam aſſertionem recipere, & in ſcriptis redigi facere, & teſtes ad hoc nominatos in ſui defenſionem recipere.

Quod ſemel ad minus Judex audiat allegationes partium. Cap. VI.

IN omni accuſatione, denuntiatione, & inquiſitione ad minus ſemel audiat Judex jura & allegationes partium, antequam ad abſolutionem, vel condemnationem procedatur. Et teneatur judex antequam faciat condemnationes vel abſolutiones per tres dies facere proclamari in ſcalis Palatii, & ſuper foro civitatis Belluni, quod quilibet accuſatus, denuntiatus, vel inquiſitus veniat ad allegandum de jure ſuo, & allegari faciendum, ſub pœna ſui ſacramenti, & librarum decem parvorum.

In homicidio, & quolibet alio crimine, & delicto, & maleficio, excepto crimine adulterii, ſuper quo non poſſit procedi, niſi denuntia, vel accuſa facta per maritum, vel patrem ipſius mariti, vel filiorum eorum mariti & uxoris poſſit Judex, ſive Rector procedere per inquiſitionem: & ſi incœpta inquiſitione ſuperveniat accuſator, qui velit accuſationem inſtituere, judex teneatur ipſam accuſationem recipere & procedere tam ſuper inquiſitione, quam ſuper accuſa, & condemnationem facere, & ſententiam ferre, ſuper qua melius probatum fuerit.

Quod

Digitized by Google

Quod accuſatus in accuſa debeat nominari nomine, & pronomine.
Cap. VII.

ITem, ſi quis accuſatus fuerit, & propter ipſam accuſam debuerit condemnari, in ipſa condemnatione debeat inſeri, & nominari ipſe accuſator, & nomine, & pronomine. Et idem in denuntiationibus fiat. Et quandocumque ante condemnationem, & abſolutionem in accuſis, denuntiationibus, & inquiſitionibus detur utrique parti copia actorum, & omnes proceſſus ſi petita fuerit, & detur terminus utrique parti poſtquam habuerit proceſſum, ſive copiam proceſſus, ad probandum de eorum jure, & ad producendum ſua jura.

De citationibus accuſatorum. Cap. VIII.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quod quiſlibet accuſatus, denuntiatus, & inquiſitus citari debeat bis per intervalla octo dierum inter utramque citationem: Excepto quam in accuſa, ſeu denuntia, facta occaſione revelli, ſuper qua citetur accuſatus, ſeu denuntiatus occaſione revelli, quod compareat uſque ad octo dies ex parte Rectoris Belluni, per præconem perſonaliter, vel ad domum per ipſum & ejus familiam habitatam in civitate Belluni, vel diſtrictu, ſi habet domicilium, & habitationem alta voce præconia ad habitationem ſuam, ut ſe veniat ad excuſandum de tali delicto, ſeu crimine, de quo inculpatur, notando delictum, & ipſum declarando. Et ſi habitationem non haberet in civitate Belluni, vel diſtrictu, tunc citari debeat alta voce per præconem communis Belluni de mandato judicis, ſeu Rectoris in foro civitatis Belluni ſuper ſcalis palatii civitatis Belluni modo prædicto, ut veniat ad ſuam defenſionem faciendam ad terminum ſupradictum. Et ſi citatus non fuerit, condemnari non poſſit, nec valeat condemnatio. Si vero citatus fuerit, & non comparuerit ad dictos terminos ad ſuam defenſionem faciendam, habeatur pro confeſſo. Et hoc locum habeat in maleficio, ſeu in accuſatione, denuntiatione, vel inquiſitione, quæ requirit condemnationem aliquam pecuniariam ex forma ſtatutorum communis Belluni quantacumque, vel qualiſcumque ſit ipſa pœna. Si vero pro prædicto crimine, vel maleficio ingeri debeat ex forma dictorum ſtatutorum pœna abſciſionis membri alicujus, vel perditionis perſonæ, ſeu deſtructionis. Tunc citetur, & citari debeat perſonaliter, ſi inventus fuerit perſonaliter, vel ut ſupra in principio. Vel ſi non habuerit habitationem, tunc ſuper ſcalis palatii communis Belluni in foro civitatis Belluni, & ſuper pontem portæ doioni, quod uſque ad dies quindecim, a die citationis ſupraſcriptæ debeat comparere coram Re-

ctore

ctore Belluni ad omnem ſuam excuſam, & defenſionem faciendam, contra accuſationem, vel denuntiationem, vel inquiſitionem contra ſe factam, nominando delictum, & crimen, de quo criminatur, ſeu culpatur. Et ſi non comparuerit infra dictum terminum perſonaliter ad ſuam defenſionem faciendam, tunc condemnetur, & condemnari debeat per Rectorem civitatis Belluni ſecundum formam ſtatutorum perinde ac ſi fuiſſet confeſſus dictum crimen, vel foret convictus. Salvo tamen, quod uſque ad ſententiam examinandam poſſit quandocumque comparere, & audiatur etiam elapſo termino ſupraſcripto quindecim dierum, ſupraſcripto ſtatuto non obſtante. Quo caſu ſi quando eſſet examinata, habeatur pro publicata ipſa ſententia quantum ad hunc actum ſi fuerit contumax. Si autem diſtulerit venire, ut ſupraſcriptum eſt, & in contumacia perſeveraverit uſque ad publicationem ſententiæ, & fuerit condemnatus, ut ſupra dictum eſt, tunc licitum ſit ipſi condemnato per ejus contumaciam poſſe quandocumque poſt latam ipſam ſententiam purgare ipſam contumaciam hoc modo, videlicet: Si fuerit condemnatus ad abſciſionem, ſeu perditionem alicujus membri, ſolvendo Maſſario communis Belluni pro ipſo communi recipiendo libras centum den. parvorum. Si autem fuerit condemnatus ad ammiſſionem, ſeu deſtructionem perſonæ totaliter ſolvendo Maſſario dicti communis, pro dicto communi recipienti libras ducentas parvorum, & ſe ſubjiciendo juri, & ſtare in carceribus, & fortia communis Belluni, donec fuerit cognitum de crimine, de quo propter contumaciam fuerit condemnatus, & ibidem remanendo detentus: & uti omnibus ſuis defenſionibus, & excuſationibus poſſit. Et aliter contra ipſam ſententiam ad aliquam defenſionem, & ſuæ contumaciæ purgationem admitti non poſſit. Quas condemnationes in infraſcriptis caſibus perditionis membri, vel perſonæ antequam audiatur talis condemnatus per contumaciam Maſſarius communis Belluni debeat poſuiſſe in introitu ſuæ maſſariæ abſque aliqua gratia, vel remiſſione dictæ condemnationis fienda. Et ſi aliqua gratia, vel remiſſio facta foret ipſi condemnato taliter, quod non perveniat in commune ejus condemnatio, ipſo jure non valeat, & uſque ad quinque annos poſt prædictam gratiam, vel remiſſionem poſſit exigi dicta condemnatio ab ipſo condemnato, nullo in contrarium obſtante, & ſit præciſum: & prædicta omnia habeant locum in condemnatis propter ipſorum contumaciam, nullis aliis probationibus ſubſecutis. Sed ſi contra dictum talem contumacem ante ſententiam contra ipſum latam fuiſſet per tres, aut plures teſtes integræ opinionis, & famæ, omni ſuſpitione carentes, facta plena, & legitima fide Rectori Belluni dictum talem inculpatum commiſiſſe crimen, de quo eſt inculpatus, & de ipſo crimine per dictos teſtes foret manifeſte convictus, ita quod ratio-

Digitized by Google

ratione ipſarum probationum, & ejus contumaciæ ſententia aliqua lata eſſet contra eum ammiſſionis membri, ſeu perſonæ. Tunc nullo modo admittatur talis condemnatus ad purgationem ſuæ contumaciæ, volendo etiam ſolvere condemnationes pecuniarias ſupraſcriptas. Sed ipſa ſententia firma ſit contra ipſum, & contra eum mandetur executioni, ſi pervenerit in fortiam communis, ac ſi ſua voce fuiſſet ſponte confeſſus, nulla alia exceptione in contrarium obſtante. Et ſit præciſum.

De Dilationibus. Cap. IX.

ITem, quod ipſo jure, qui comparuerit, etiam poſtquam ſe excuſaverit negando, vel confitendo ad ſuam defenſionem faciendam, ſaltem terminum quinque dierum, vel plurium habeat ad arbitrium Rectoris, vel judicis, ubi forte non eſſet tempus limitatum per Statutum.

Quod nulla accuſatio, vel defenſio valeat ſine ſecuritate. Cap. X.

ITem excuſatio, vel defenſio alicujus non valeat ipſo jure, vel pro non facta habeatur, niſi bonam fecerit ſecuritatem penes Maſſarium communis, vel alium recipientem ejus nomine de ſolvendo, quod erit condemnatus, vel detentus permanſerit uſque ad publicationem ſententiæ.

Qualiter Contumaces ſententiari debeant. Cap. XI.

SI quis citatus ad ſui defenſionem non venerit, & ſecundum formam ſtatutorum habere debuerit pro confeſſo, puniri, ſeu condemnari poſſit, ac ſi præſens eſſet, ac confeſſus. Et teneat condemnatio, ac ſi ſecundum omnem formam, & ſolemnitatem, & ordinem juris, & ſtatutorum communis Belluni proceſſum eſſet. Idem obſervetur ſive ſecundum formam juris communis haberi debeat pro confeſſo, ſive ſecundum formam ſtatutorum, ut prædictum eſt. Salvo eo, quod ſupradictum eſt de purgando contumaciam ſuam ſolvendo quantitatem pecuniariam contentam ſupra proximo ſtatuto quarto, ut ſupradictum eſt.

Quod

Quod pro contumacia non detur major condemnatio, quam daretur pro banno. Cap. XII.

PRo nulla contumacia detur majus bannum, nec fiat major condemnatio contra illum, qui non venerit ad præcepta D. Rectoris aut judicis, quam deberet eſſe bannum, vel condemnatio maleficii, ſi ipſum maleficium foret probatum contra præſentem. Excepto in homicidiis, quæ Deus avertat, in quibus ſervetur forma ſtatutorum loquentium de homicidiis.

Quod accuſæ determinari debeant infra ſexaginta dies. Cap. XIII.

STatuimus, quod omnes accuſæ, denuntiationes, vel inquiſitiones a die, qua inceptæ, ſive factæ fuerint, infra ſexaginta dies omnino terminentur per condemnationem, vel abſolutionem. Hoc ſalvo, quod ſi accuſatio, denuntiatio, aut inquiſitio infra dictum terminum non eſſet legitime probata, quod differatur, donec veritas melius poſſit haberi, prout videbitur Rectori. Dum tamen Rector nihilominus teneatur ad eam terminandam infra menſem ſequentem.

De peremptione inſtantiæ accuſarum. Cap. XIV.

STatuimus, & ordinamus quod tranſactis ſex menſibus a die porrectæ accuſæ per accuſatorem, abſque aliqua declaratione ſeu ſententia, ipſo jure ſit, & intelligatur eſſe perempta inſtantia cauſſæ, nec vitium litigioſi accuſantis duret dictis ſex menſibus elapſis. Et talis accuſans, dicta inſtantia perempta, non poſſit de cætero accuſare eumdem accuſatum ſuper eadem re. Et teneatur talis accuſans ſolvere & reſarcire dicto accuſato communes expenſas, ſecundum judicis taxationem, vel alterius, cui commiſſæ fuerint. Et nihilominus talis accuſans propter ejus negligentiam ipſo facto pro qualibet accuſa incidat in pœnam trium librarum parvorum. Cujus medietas ſit accuſantis. Quam pœnam, perempta dicta inſtanti, incontinenti ſolvere teneatur, abſque aliqua ſententia ferenda. Nec etiam judex ſive vicarius poſſit procedere per inquiſitionem contra talem accuſatum pro tali re, ſive delicto, de quo prius per accuſam fuerit proceſſum.

Quod

Digitized by Google

Quod accuſæ per Accuſatores ſecrete datæ non valeant. Cap. XV.

NUllus Rector, ſive Judex, vel Conſules debeant ponere vel habere exploratores, accuſatores, vel denuntiatores cælatos, & accuſationes, vel denuntiationes, quæ fierent per dictos, vel aliquem ex prædictis, non teneant, & ex eis nulla condemnatio fiat. Et ſi facta fuerit, non teneat ipſo jure, quod totum ſtatutum intelligatur etiam cancellatum accuſatoribus, vel denuntiatoribus, ſeu exploratoribus. Manifeſti autem fieri & eligi poſſint & debeant ſecundum formam aliorum ſtatutorum, & reformationem conſilii.

HÆC SUNT STATUTA DE INSULTU, PERCUSSIONIBUS, ET VULNERIBUS.

Qualiter reſpectu locorum inſultus puniatur. Cap. XVI.

ITem quod nullus faciat inſultum contra aliquem in aliquo loco. Et qui fecerit inſultum contra aliquem cum armis ad domum, vel in curtivo, vel ad porticum dictæ domus habitatæ per illum, in quem factus fuerit dictus inſultus per decem paſſus communis longe a dicta domo, vel porticu, vel curtivo; etiam per viam publicam, ubi eſt poſita dicta domus, condemnetur pro banno libras quinquaginta parvorum. Et ſi ſine armis qui fecerit dictum inſultum, condemnetur in libris decem. Et quod ilie qui fecerit inſultum cum armis in domo communis, vel curia majori, vel foro civitatis Belluni, vel in aliquo loco religioſo vel ſacro, in libris quinquaginta parvorum condemnetur. Et ſi in præſentia D. Rectoris vel Vicarii in libris centum parvorum. Et ſi ſine armis factus fuerit dictus inſultus, in libris vigintiquinque parvorum condemnetur. Si vero in aliquo alio loco quam ex prædictis fecerit quis inſultum contra alium cum armis, libras decem denar. componat. Et ſi ſine armis, libras quinque parvorum componat. Et in omnibus ſupraſcriptis caſibus ſi percuſſio, ſeu percuſſiones factæ vel ſubſecutæ fuerint, condemnetur etiam nihilominus percuſſor ipſe propter percuſſiones vel percuſſionem ſecundum formam ſtatuti, vel ſecundum jura communia, & bonas conſuetudines, & bonum regimen ubi deficerent ſtatuta. Salvo plus arbitrio Rectoris & Conſulum ſecundum qualitatem facti, & conditionem perſonarum. Dum tamen non poſſit excedere duplum dictorum bannorum. Et intelligatur quis maxime feciſſe inſultum arbitrio domini Rectoris & Conſulum.

Digitized by Google

Scapillantes aliquem qualiter puniantur. *Cap. XVII.*

STatuimus, quod quicunque ſcapillaverit aliquem in palatio communis Belluni, condemnetur in libris quindecim parvorum; ſi vero in foro vel platea communis Belluni, in libris decem parvorum condemnetur, & ſi in aliis locis civitatis Belluni, in ſol. centum parvorum. Si fuerit in villis, in ſol. ſexaginta parvorum pro banno communi condemnetur, ſalvo plus arbitrio judicis & conſulum ſecundum qualitatem facti & conditionem perſonarum, & loci. Dum tamen non excedat duplum dictorum bannorum; Et nihilominus ſecundum qualitatem facti & conditionem perſonarum, arbitrio Judicis & Conſulum.

De impellentibus ſive ſpingentibus aliquem. *Cap. XVIII.*

ITem, quod quicunque truderit, vel ſpinxerit alium, ſol. ſexaginta parvorum pro banno communi componat. Et ſi per talem impulſum, ſeu ſpenctam ceciderit quis in terram, condemnetur trudens ſeu ſpingens in libris decem parvorum. Salvo quod ſi occaſione talis impulſus vel ſpenctæ ſanguis exierit, condemnetur ſecundum formam ſtatutorum, quæ ſtatim ſequuntur loquentium de percuſſionibus. Salvo plus & minus arbitrio Judicis & Conſulum ſecundum qualitatem facti & conditionem perſonarum & loci. Dum tamen non excedat duplum & etiam minus arbitrio Judicis & Conſulum.

De verberantibus vel percutientibus ſine armis. *Cap. XIX.*

SIquis verberaverit vel percuſſerit ſine armis, excepto baſtone, uxorem ſuam, vel familiam, videlicet filios vel nepotes & alios deſcendentes, etiam fœminas & famulos & famulas, & alias perſonas ſecum morantes ad unum panem & vinum. Vel magiſter diſcipulorum cauſſa correctionis, non teneatur ad aliquam pœnam, niſi percuſſus vel percuſſi aliquod membrum perdiderint, vel ipſum inutile fuerit factum ex percuſſione prædicta. Salvo quod teneatur facere mederi ſi opus fuerit, omnibus expenſis & ſumptibus percutienris. Salvo etiam, quod frater major poſſit etiam percutere & verberare fratrem & nepotem minorem ſexdecim annorum, ut prædictum eſt.

De-

Digitized by Google

De percuſſione cum ſanguine, & ſine ſanguine. Cap. XX.

SIquis ſine armis aliquem percuſſerit ſine cruentatione ſanguinis coram D. Epiſcopo, vel D. Rectore, vel Vicario, aut Judice in palatio D. Epiſcopi, vel Communis, vel in Eccleſia, vel in foro, vel in curia majori, ſolvat libras quindecim parvorum vel plus, uſque ad vigintiquinque libras, arbitrio judicis & conſulum pro banno communis, pro qualibet vice & percuſſione. Si vero cum cruentatione in libris vigintiquinque denar. vel plus uſque ad quinquaginta arbitrio judicis & conſulum pro banno condemnetur communi civitatis Belluni. Et ſi alibi quam in locis prædictis facta fuerit percuſſio ſine cruentatione, ſolvat percuſſor ſol. centum parvorum pro qualibet percuſſione. Et ſi cum cruentatione, libras decem pro banno componat. Et hoc habeat locum in percuſſionibus factis cum manu, vel bacculo, vel lapide. Salvo plus & minus arbitrio judicis & conſulum ſecundum qualitatem facti & conditionem perſonarum & loci. Dum tamen non tranſcendat duplum damnum prædictum.

Alapha illata qualiter puniatur. Cap. XXI.

STatuimus, quod ſi quis dederit alapham alicui ſine cruentatione in palatio communis, vel in foro, vel in Eccleſia, vel in curia majori, condemnetur in libris vigintiquinque parvorum. Et ſi coram Rectore vel Vicario ubique fuerit; pœna duplicetur. Si in aliis locis, in libris pecem parvorum. Si cum cruentatione in palatio, vel in foro, vel in eccleſia, in libris trigintaquinque parvorum. Et in aliis locis, in libris quindecim parvorum. Salvo tamen plus & minus inſpecta qualitate facti & conditione perſonarum arbitrio Rectoris & Conſulum.

De evaginantibus arma non admenando, vel etiam admenando. Cap. XXII.

SIquis evaginaverit cultellum, vel ſpatam, vel alia arma ferea, vel modo aliquo in manibus acceperit lanceam, ſploitum, ronchonum, vel aliqua alia arma ferrea non admenando cum eis contra aliquem quocunque modo coram D. Rectore, ſeu Vicario in quocunque loco, condemnetur in libris quinquaginta parvorum pro qualibet vice. Si autem non in præſentia ipſorum, ſed in palatio Epiſcopi vel communis, vel in platea, vel in foro, vel in Eccleſia, pro qualibet vice condemnetur in libris vigintiquinque parvorum. Et ſi alibi quam in prædictis locis, in ſoldis centum parvorum condemne-

Digitized by Google

tur. Et hoc locum habeat, cum nulla percuſſio fuerit ſubſecuta. Salvo plus & minus arbitrio Rectoris ſeu Vicarii & conſulum ſecundum qualitatem facti & conditionem perſonarum. Dum tamen pœna non excedat duplum. Et nihilominus condemnetur de armis ſecundum formam ſtatutorum. Si vero cum prædictis armis vel aliquo ipſorum quis contra aliquem admenaverit, condemnetur etiam in tantundem, ut condemnatur pro evaginatione ipſorum.

De percutientibus cum armis cum effuſione ſanguinis, ſive non.
Cap. XXIII.

SIquis autem percuſſerit cum cultello, lancea, vel ſpata, vel aliis armis ferreis ſine cruentatione coram D. Epiſcopo, Rectore, vel Vicario, vel in Eccleſia ſolvat pro qualibet vice & qualibet percuſſione libras quinquaginta parvorum pro banno communis. Si vero cum cruentatione percuſſerit, tunc in centum libris condemnetur. Et ſi in palatio D. Epiſcopi vel communis, & curia, vel in foro civitatis Belluni aliquis percuſſerit cum dictis armis alium ſine cruentatione, ſolvat libras vigintiquinque parvorum pro banno communis pro qualibet vice & percuſſione. Si cruentatio intervenerit, quinquaginta libras parvorum componat, vel plus vel minus arbitrio Judicis & conſulum uſque ad libras centum parvorum ſecundum qualitatem facti & conditionem perſonarum.

De aliis percuſſionibus. Cap. XXIV.

SIquis alibi, quam in prædictis locis alium percuſſerit cum prædictis armis ſine cruentatione, in libris decem parvorum condemnetur pro quolibet de eadem percuſſione. Et ſi cum cruentatione, in libris vigintiquinque parvorum pro qualibet percuſſione condemnetur, vel plus vel minus ad arbitrium judicis & conſulum uſque ad libras triginta quinque parvorum conſideratis perſonis & locis & qualitate facti. Et prædicta locum habeant, ſi percuſſio facta eſt alibi quam in vultu. Si vero in vultu facta eſt percuſſio, ita quod cicatrix appareat, vel deformatio aliqua, tunc in libris quinquaginta parvorum condemnetur. Si vero non appareret deformatio vel cicatrix, tunc condemnetur in libris vigintiquinque parvorum vel plus, ut ſupradictum eſt, arbitrio Rectoris & conſulum. Et prædicta omnia intelligantur in rixis & percuſſionibus factis de die; ſi vero de nocte factæ fuerint, duplicetur bannum & pœna in quolibet capitulo ſupradicto. Et in omnibus prædictis caſibus contentis in quolibet capitulo hujus tituli, ſeu rubricæ de Inſultu, percuſſionibus, & vulneribus, delinquens condemnetur ſolvere ei, in quem de-

lique-

Digitized by Google

liquerit pro ſua injuria vel mendo tantam quantitatem pecuniæ, quanta eſt medietas condemnationis & banni, quæ ſit ad commune Belluni. Item ſolvere & ſatisfacere pro medicinis & medico, qui habuerit curam ejus qui paſſus fuerit malum, ſi ipſe paſſus petierit mendum in proceſſu ante ſententiam, vel infra quadraginta dies poſt ſententiam, etiam ſi nihil declaratum fuerit in ſententia. Et tranſacto termino prædicto quadraginta dierum non audiatur. Et quod delinquens teneatur ſtare taxationi factæ inter medicum & percuſſum, ipſo delinquente citato vel requiſito ad videndum committi taxationem medici & medicinarum.

De percutientibus Baraterium, vel publicam Meretricem.
Cap. XXV.

SI quis verberaverit, vel percuſſerit publicum baraterium, vel publicam meretricem, & intelligatur publicus baraterius, & publica meretrix, de quibus eſt publica vox, & fama; puniatur arbitrio Rectoris, & Conſulum, dum tamen non excedat banna impoſita aliis perſonis. Si autem eum, vel eam occiderit, vel eum in membro debilitaverit, ſubjaceat pœnis legitimis, & ſtatutis.

De incidentibus, & inutile reddentibus aliquod membrum.
Cap. XXVI.

STatuimus, quod ſi quis inciderit, ſeu amputaverit pedem, manum, vel aliquod membrum alicui perſonæ, ita quod ſeparetur ab alio ſuo membro, in libris ducentis parvorum condemnetur. Si vero vulneraverit, ſeu percuſſerit, ita quod ſit prorſus inutile, ita quod eo adjuvari non poſſit, ſeu operari, in libris centum parvorum communi condemnetur. Membrum etiam intelligamus naſum, & oculum. Si vero inciderit, vel omnino inutile fecerit digitum, vel auriculam, libras quinquaginta parvorum pro banno communi componat. Et in quolibet capitulo in hoc ſtatuto contento delinquens condemnetur, & ſolvere cogatur ei, in quem deliquerit etiam in tanta quantitate, in quanta condemnatur communi. Et ſi delinquens in quolibet capitulo ſupradicto non ſolverit quantitatem condemnationis contra ipſum factæ uſque ad unum menſem poſt ipſas condemnationes ſimile membrum amputetur eidem, & plus & minus arbitrio Rectoris, & Conſulum ſecundum qualitatem facti, & conditionem perſonarum, & loci, dum tamen pœna, ſeu bannum non tranſcendat duplum ejus, quod ſuperius dictum eſt.

Digitized by Google

Medicus tenetur denuntiare vulneratum, quem curat. Cap. XXVII.

INſuper, quod quilibet Medicus habitans in civitate Belluni, vel diſtrictu ejuſdem teneatur, & debeat ſub vinculo ſacramenti quotieſcumque medicaverit, ſive iverit ad medicandum aliquem in diſtrictu Belluni ratione alicujus vulneris, ſeu plagæ, quæ ipſi infirmo illatæ eſſent per aliquem quocumque modo, vel etiam per ſe ipſum infirmum, poſtquam ipſi medicaverit ſemel denuntiare D. Rectori Belluni, quis eſt ille infirmus, & in quo loco habet plagam, ſeu vulnus, & illum qui eumdem percuſſit, ſi ſcire poterit. Et hoc ſub pœna perjurii, & librarum decem parvorum.

De quarto remittendo condemnationis, pace facta. Cap. XXVIII.

STatuimus, quod ſi procedetur quocumque modo, & forma contra aliquam ſingularem perſonam, vel univerſitatem pro quocumque delicto ingerente pœnam pecuniariam ſecundum formam ſtatutorum communis Belluni, & ante condemnationem ille, ſeu illi, qui diceretur fuiſſe paſſus, ſeu paſſi injuriam per ſe, vel interpoſitam perſonam, legitime comparuerit coram judice cognoſcente de cauſſa, & ſacramento affirmaverit ſe liberaliter, & ſponte pacificatum eſſe cum ſuo, ſeu ſuis adverſariis in condemnatione remittatur quarta pars condemnationis ejus ad quod condemnari debuiſſet, & etiam ſi non remitteretur, tamen remiſſa intelligatur facta condemnatione.

Confitenti delictum remittatur quarta. Cap. XXIX.

INſuper etiam ſtatuimus, quod ſi in ipſa excuſatione reus confeſſus fuerit ſponte ſe commiſiſſe maleficium, vel delictum in accuſatione, denuntiatione, vel inquiſitione contentum, remittatur eidem quarta pars condemnationis cujuſcumque quantitatis debeat eſſe condemnatio, quæ ipſo non confitente, vel aliter probato maleficio, imponi debuiſſet, ita quod condemnetur ſolum in tribus partibus ejus, quod condemnari debuiſſet, ipſo non confitente, ſeu aliter maleficio probato. Et in quantum ſpontanea confeſſio relevat confitentem, in tantum ipſum negantem per teſtes probationibus ſubſecutis aggravet. Et hoc locum non habeat in datiis, & datiorum occaſione in negando, vel confitendo.

Dan-

Dantes auxilium qualiter puniantur. Cap. XXX.

STatuimus, quod quicumque ad prædicta maleficia committenda, ſeu aliquod prædictorum maleficiorum committendorum dederit auxilium cooperativum, ſeu facto, condemnetur, & ſimili modo puniatur, ut ſuperius dictum eſt de eo, qui commiſerit maleficium. Si vero dederit auxilium poſt commiſſum maleficium faciendo fugere, vel non permittendo malefactorem capi, puniatur in ejus medietatem, in qua punitur principalis delinquens.

Turbantes poſſeſſiones qualiter puniantur. Cap. XXXI.

STatuimus, quod nullus invadat, ſeu occupet poſſeſſionem alicujus, vel quaſi ſua auctoritate per ſe, vel per alium taliter, quod privet cum ſua poſſeſſione. Et qui contrafecerit libras vigintiquinque parvorum communi ſolvat, & plus, & minus uſque ad libras quinquaginta, in arbitrio Rectoris, & Conſulum. Et poſſeſſio, vel quaſi, reſtituatur ſine quæſtione, & quærela, cum damnis, expenſis, & intereſſe. Si autem intromiſerit, vel turbaverit aliquem in ſua poſſeſſione, vel quaſi, condemnetur in libris decem parvorum.

HÆC SUNT STATUTA DE HOMICIDIIS.

De pœna Committentis homicidium. Cap. XXXII.

STatuimus, quod ſi quis interfecerit aliquem in civitate Belluni, vel ejus diſtrictu, ultimo ſupplicio puniatur, niſi ad ſuam defenſionem fecerit: & eiſdem pœnis ſubjaceat quicumque committi fecerit homicidium aliquod, & eadem pœna ſive ſupplicio puniatur, ſi captus fuerit. Et ſi non eſſet captus, forbanniatur. Et quod medietas ſuorum bonorum, intelligendo omnia ſua bona eſſe, detractis partibus ſecundum formam ſtatuti ſequentis, ſit communis Belluni, & alia medietas ſit hæredum defuncti: & idem ſervetur, ſi aliquis civis Belluni occiderit aliquem civem Belluni extra diſtrictum Belluni. Si vero forenſis aliquis extra diſtrictum Belluni aliquem Bellunenſem interfecerit, ſi in civitate Belluni vel diſtrictu repertus fuerit, contra ipſum poſſit, & debeat procedi de prædicto homicidio, & puniri ſecundum formam ſtatutorum communis Belluni: Et ſi repertus in civitate vel diſtrictu non fuerit, de civitate & diſtrictu perpetuo banniatur. Si vero ipſe forenſis vulneraverit tantum, vel aliter offenderit civem Belluni extra diſtrictum Belluni, puniatur ſecundum formam

mam ſtatutorum communis Belluni: Et quod Rector, ſeu Vicarius contra talem forenſem procedere poſſit etiam per inquiſitionem, dummodo in prædictis omnibus caſibus civis Belluni occiſus habitet continue, vel pro majori parte in civitate Belluni, vel diſtrictu, aut ſuſtineat, & ſit ſcriptus ad ſuſtinendum onera & factiones cum commune Belluni, vel cum aliqua villa Belluni diſtrictus. Et dummodo non ſit forbannitus, vel pro forbannito debeat tractari. Si vero civis Belluni occiſus extra diſtrictum non habitaverit in civitate Belluni vel diſtrictu, vel pro majori parte anni, aut non ſuſtineret, aut non eſſet ſcriptus ad ſuſtinendum onera, & factiones cum civitate Belluni, vel cum aliqua villa Belluni diſtrictus, vel ſi eſſet forbannitus, vel pro forbannito tractari deberet contra culpabiles de homicidio, per Rectorem procedi non poſſit: Et ſi facta inquiſitione per Rectorem non conſtiterit de homicidio, videlicet, quis fuerit homicida, liceat hæredibus defuncti, vel eorum tutoribus, ſeu curatoribus accuſare homicidam, niſi conſtiterit hæredes defuncti ipſius ſciviſſe, vel denuntiatum fuerit ex commiſſione D. Rectoris, vel judicis hæredibus defuncti, vel ad domum habitationis eorum de proceſſu ſuper inquiſitione. Et ſi inculpatus de homicidio venerit ad mandata D. Rectoris, & abſolutus fuerit ab inquiſitione homicidii, de quo fuerit inculpatus, contra abſolutum non poſſit de homicidio, de quo fuerit cognitum, & a quo fuerit abſolutus, ulterius aliquo modo procedi. Et quilibet, qui ad homicidium committendum dederit auxilium cooperativum, ſeu facto condemnetur, & ſimili modo puniatur, ut ſuperius dictum eſt ultimo ſupplicio. Si vero dederit auxilium poſt commiſſum homicidium in faciendo fugere, vel non promittendo eum cavi, condemnetur in libris trecentis, & plus arbitrio Poteſtatis, uſque ad libras quingentas parvorum ſecundum qualitatem facti & perſonarum; & quod quicumque puniretur homicida ultimo ſupplicio, omnia bona, quæ perveniſſent in commune, relinquantur hæredibus ipſius homicidæ. Et quod teſtamenta, & ultimæ voluntates, & codicilla, quæ fierent per aliquos, qui punirentur ultimo ſupplicio, valeant, & teneant, & obſerventur. Non obſtantibus condemnationibus prædictis. Et ſit præciſum.

Quod pater, & bona patris non teneantur pro delicto filiis.
Cap. XXXIII.

STatuimus, quod ſi filius pro diſcordia, vel pro ſuo proprio ſtomacho homicidium, ſeu maleficium, vel delictum fecerit, ſeu commiſerit, quod bona patris non pullicentur, etiam pro illa parte, quæ filio tangeret, mortuo patre ab inteſtato ſecundum numerum filiorum. Ita quod pater, vel ejus bona pro ipſo maleficio, homicidio,

dio, vel delicto per ipſum filium commiſſo nullatenus teneatur. Et ſi pater fecerit homicidium, bona ipſius patris dividantur pro virilibus portionibus eiſdem tangentibus ſecundum formam juris communis, inter ipſum & debentes ei ſuccedere ab inteſtato ex forma ſtatutorum, vel eis deficientibus ex forma juris communis: ſalvo jure filiæ, nepti, & ſorori in dote eis conſtituenda ſuper ſuas conditiones de bonis ipſius homicidæ. Et deinceps pars ipſorum bonorum patri contingens tantummodo publicetur. Et hoc locum habeat tam in filio emancipato, quam in filio in poteſtate conſtituto, facta collatione ejus portionis, quam in ipſa emancipatione habuerit. Et bona filii emancipati homicidium committentis, nihilominus publicentur, ſi non habuerit filios. Si autem habuerit filios, vel alios deſcendentes, tunc fiat publicatio, ut ſupradictum eſt de patreſamilias. Et in omni caſu, ſit ſalvum jus legitime aſcendentibus.

De Homicidio penſato. Cap. XXXIV.

STatuimus, quod ſi quis commiſerit, vel committi fecerit homicidium penſate, & penſate intelligatur propoſitum cum deliberatione habita ante commiſſum maleficium, nunquam poſſit habere pacem. Et ſi eam habuerit nunquam poſſit, nec debeat ei in aliquo prodeſſe caſu. Sed ultimo ſupplicio puniatur, ac ſi pacem non haberet, & nunquam habuiſſet. Et utrum homicidium fuerit penſate commiſſum, vel non ſit in determinatione D. Rectoris, & Conſulum, Statuto aliquo non obſtante.

De accuſatione facta per extraneum. Cap. XXXV.

STatuimus, quod ſi quis extraneus venerit ad accuſandum de homicidio, ejus accuſatio non admittatur, niſi hæredis vel tutoris voluntas fuerit primo requiſita per Rectorem vel ejus judicem; & hæres, vel ejus tutor primo admittatur. Alioquin extraneus admittatur, ſervata forma ſtatutorum communis Belluni.

Qualiter ſententiari debeant contumaces pro homicidio. Cap. XXXVI.

STatuimus, quod ſi accuſatus, vel proprio modo inculpatus de homicidio, voce præconia fuerit exclamatus, ut veniat ad præcepta Rectoris pro homicidio; Si uſque ad xv. dies non venerit ad præcepta Rectoris, licet non conſtet ipſum homicidium commiſiſſe, inculpatus de homicidio forbanniatur, & bona ipſius publicentur, & in publicum ſerventur, donec venerit ad præcepta Rectoris. Intelligendo bona ſua, detractis partibus ſuccedentium ſecundum for-

mam ſtatuti ſuperioris. Et quando voluerit exire de libro, pro banno teneatur dare communi libras ducentas parvorum. Et ſtare debeat extra civitatem & diſtrictum Belluni per biennium a tempore ſententiæ computandum, ſi ſolverit. Ita tamen, quod quando exierit de libro, teneatur facere idoneam ſecuritatem de ſtando ad confinia, uſque ad finem biennii, ſi nondum eſſet finitum tempus biennii. Et aliud bannum propter contumaciam non poſſit ei inferri, nec imponi debeat ei ſub occaſione, quod non venerit ad præcepta Rectoris. Et ſi intra dictum biennium deprehenſus fuerit in civitate Belluni vel diſtrictu, teneatur in carceribus communis, uſque ad finem biennii, etiam ſi ſolverit communi Belluni libras ducentas parvorum. Ita tamen, quod per hoc ſtatutum non derogetur ſtatuto ſuperiori, quod incipit: quod ſi aliqua perſona: ſalvo etiam eo, quod quamdocumque inculpatus pervenerit in fortiam communis Belluni contra eum occaſione homicidii procedi poſſit, & debeat non obſtante condemnatione facta propter contumaciam. Et ſi maleficium fuerit probatum, poſſit, & debeat ferri ſententia in abſentem, ac ſi eſſet præſens, & confiteretur maleficium, & executioni mandari quamdocumque capiatur, nulla alia de novo ſententia expectata.

De Adulteriis, & primo, quod non cognoſcens uxorem alterius violenter, capite puniatur. Cap. XXXVII.

STatuimus, quod ſi aliquis uxorem alterius violenter carnaliter cognoverit, vel eam duxerit a marito ſuo per vim, & contra ipſius mulieris voluntatem, ipſa uxore manente caſta cum marito, vel alibi caſte vivente, capite puniatur. Ipſa vero uxor nullam pœnam patiatur.

De virginibus, & viduis cognitis carnaliter per vim. Cap. XXXVIII.

PRo virgine, & vidua honeſtæ vitæ carnaliter cognita, violentia vel rapina præcedentibus, capite puniatur, niſi matrimonium fuerit ſecutum. Quo caſu pecunialiter puniatur arbitrio Rectoris, & Conſulum. Et inſuper ſi matrimonium non fuerit ſecutum, committens projecta de ſuo dare cogatur mulieri taliter raptæ, vel violatæ pro ea maritanda, vel monacanda, ad arbitrium D. Rectoris, & Conſulum, inſpecta qualitate facti, & perſonarum.

De eo,

De eo, qui mulierem ſolutam carnaliter cognoverit. Cap. XXXIX.

SI vero prædicta, vel aliquod prædictorum commiſerit in perſonam mulieris ſolutæ non viduæ, neque virginis honeſte viventis, condemnetur in libris centum parvorum, niſi ſecutum fuerit matrimonium inter eos. Quo caſu mitius condemnetur ad arbitrium D. Rectoris, & Conſulum.

Si vero in alterius mulieris perſonam ſolutæ, tamen honeſtæ vitæ, condemnetur in libris quinquaginta parvorum, niſi cum virgine, vel vidua, aut ſoluta factum fuerit matrimonium. Quo caſu mitius, aut in nihilum condemnetur arbitrio Rectoris & Conſulum, inſpecta qualitate facti & perſonarum.

De raptu mulierum ſine cognatione carnali. Cap. XL.

SI vero in perſonam alicujus prædictarum mulierum virginum, uxoratarum, vel viduarum honeſte viventium interveneri ſolummodo raptus ſine cognitione carnali, condemnetur communi Belluni raptor in libris quingentis parvorum. Si vero rapiens aliquam ex prædictis abduxerit extra diſtrictum Belluni capite puniatur: ſalvo, quod ſi matrimonium fuerit ſubſecutum in aliquo ex prædictis caſibus: tunc condemnetur pecunialiter arbitrio Rectoris, & Conſulum.

Quod raptores mulierum, & ſocii capite puniantur. Cap. XLI.

CUm in Statutis ſupraſcriptis in titulo de adulteriis ſint certa Statuta imponentia pœnam pecuniariam raptoribus mulierum, propter quod multi raptus mulierum perpetrantur; idcirco ne facilitas pœnæ incentivum tribuat delinquendi, & ut multis craſſantibus locus ſit exemplo, & nunc, Statutum ſit, & ordinatum, quod dicta Statuta, & quæcumque alia quocumque caſu, & quolibet imponentia pœnam pecuniariam tam raptoribus, quam eorum ſociis ſint de cætero caſſa, irrita, & nullius valoris, atque momenti, & penitus inefficacia: & quod in futurum raptores mulierum quarumcumque, & eorum comites, & ſocii, & præſtantes opem, vel auxilium cooperativum, capite puniantur. Reſervato tamen arbitrio Poteſtatis, & Capitaneo civitatis Belluni procedendi etiam ad majorem pœnam pœna capitali ſecundum qualitatem, & conditionem caſuum, qui occurrerent, & exceſſuum, qui perpetrarentur; & quod eis, vel eorum alicui non profit aliqua confeſſio mulieris, quod volens ierit, facta poſt raptum prædictum, vel etiam ſi fuerit confeſ-

ſa, quod ante raptum contraxerit matrimonium; niſi expreſſe probatum fuerit per teſtes fide dignos, vel per inſtrumenta, quod revera matrimonium fuerat contractum; & ſi non venerit in fortiam communis, perpetuo banniatur de civitate, & toto diſtrictu. Reſervato tamen arbitrio Poteſtati, & Capitaneo civitatis Belluni de majori banno. Et condemnetur etiam abſentes ad decapitandum quotieſcumque in fortiam Poteſtatis, & Capitanei civitatis Belluni pervenerint, non derogando arbitrio prædicto de majori pœna; & ita de cætero in perpetuum obſervetur, & habeat vim ſtatuti. Et ſit præciſum; & deſcribatur in libro ſtatutorum communis Belluni in titulo de Adulteriis.

Quod uxor ſponte adulterium committens, comburatur. *Cap. XLII.*

SI vero uxor alterius ſponte cum aliquo adulterium commiſerit, adulter condemnetur in libris ducentis parvorum, & plus arbitrio Rectoris, & Conſulum, dummodo non excedat duplum; & ipſa adultera igne comburatur, ita quod penitus moriatur. Dos quoque ejus in totum applicetur marito; & quod mulier non poſſit exponere marito exceptionem adulterii commiſſi per maritum quoquo modo; & quod nullus poſſit accuſare uxorem niſi maritus. Nec Rector poſſit procedere contra tales, niſi facta fuerit prius denuntia, vel accuſa, vel quærela per maritum.

De mulieribus viduis ſponte cognitis. *Cap. XLIII.*

SI mulier vidua honeſtæ vitæ, vel virgo carnaliter cognita ſponte, ſeu ſtuprata fuerit, ſtuprator, & cognitor in libris quinquaginta parvorum condemnetur, vel uſque ad libras centum parvorum, arbitrio Judicis & Conſulum, habita conſideratione perſonæ & facti. Et mulier vidua in libris vigintiquinque parvorum condemnetur. Et ſi ſolvere non poterit, expellatur de civitate Belluni, uſque ad annum, niſi matrimonium fuerit ſubſecutum inter eos, quo caſu mitius condemnetur arbitrio Rectoris & Conſulum. Et credatur de cognitione etiam teſtibus ſingularibus, arbitrio D. Rectoris, & Conſulum, fama publica præcedente.

De muliere ſoluta jam cognita per alium, quam per virum. *Cap. XLIV.*

PRo muliere vero ſoluta jam cognita per alium, quam per virum, ſua ſponte ſtuprata, nullam pœnam patiatur ſtuprator;

& ſi

Digitized by Google

& ſi violenter cognita fuerit, puniatur novus cognitor in libris centum parvorum. Antiquus vero cognitor, cui conſenſit ipſa mulier, in libris quinquaginta parvorum & minus, etiam, & in nihilum arbitrio Rectoris & Conſulum, habita conſideratione perſonæ & facti.

De inceſtibus, & eorum pœnis. Cap. XLV.

PRo inceſtu vero, cum aliqua muliere ſcienter commiſſo cum aſcendentibus vel deſcendentibus, ſorore, vel noverca, vel uxore fratris, Mares, & fœminæ ultimo ſupplicio puniantur. In aliis vero inceſtibus puniantur pęna adulterii, quæ in ſtatutis communis continetur, ſive maritum habuerit mulier, ſive non, & ſive virgo fuerit, ſive non.

De cognitoribus monialium carnaliter. Cap. XLVI.

PRo ſacra moniali vero ſtetur in totum diſpoſitioni juris civilis. Poſſint & aliter pecunialiter, & corporaliter puniri ad arbitrium D. Rectoris & Conſulum, delinquentium, & delicti conſideratione habita. Et ſemper etiam in quolibet prædictorum caſuum, patiens ſponte ſtuprari poſſit juſte & rationabiliter exhæredari, & ſuo etiam debito bonorum ſubſidio privari per parentes utriuſque ſexus. In aliis autem nefariis coitibus & inceſtibus puniatur pecunialiter & corporaliter ad arbitrium Rectoris & Conſulum.

De mulieribus a decem annis infra cognitis carnaliter. Cap. XLVII.

SI mulier virgo a decem annis infra fuerit ſtuprata, pęna capitis puniatur, vel concremetur ad arbitrium Rectoris & Conſulum ſtuprator, ſi in decennio, & ab inde ſupra, nondum tamen viripotens, capite puniatur, niſi caput redimatur poſt quindecim dies poſt condemnatioem factam pro libris quingentis parvorum.

De pœna committentium Sodomiam. Cap. XLVIII.

SI vero mulierem vel virum contra naturam polluerit, igne comburatur. Patiens vero conſiderata qualitate delicti & perſonæ, & ætate ipſius, arbitrio Rectoris & Conſulum puniatur vel caſtigetur, aut etiam abſolvatur.

De oſ-

Digitized by Google

De oſculationibus, & inhoneſte tangentibus mulierem. Cap. XLIX.

SI vero aliquis aliquam mulierem uxoratam, virginem, viduam, honeſtæ vitæ viventem, dum tamen jam viripotens contra earum voluntates animo ipſas carnaliter cognoſcendi, oſculatus tantum fuerit, vel tantum pannos ejus modo prædicto ſquarciaverit, vel dilaniaverit, aut eos eodem animo in terram projecerit, vel eas modo prædicto diſcooperuerit, vel proceſſerit ad alium actum veneris, in arbitrio Rectoris, & Conſulum. Vel iverit de nocte, volendo per vim intrare domum, vel etiam aliter intrando domum prædictam de nocte, eodem tamen animo, condemnetur in libris centum parvorum, & plus, vel minus uſque ad ducentas, in arbitrio Rectoris, & Conſulum, niſi matrimonium fuerit ſubſecutum inter eos, quo caſu mitius condemnetur, ad arbitrium Rectoris & Conſulum.

De ſtuprantibus virginem nondum viripotentem. Cap. L.

SI vero aliquis ſtuprare voluerit aliquam mulierem nondum viripotentem, & viripotens intelligatur major duodecim annorum, perveniendo ad aliquem de actibus, ſupra proximo ſtatuto ſpecificatis, puniatur in libris ducentis parvorum, & plus vel minus arbitrio Rectoris, & Conſulum.

De uxoribus ſponte carnaliter cognitis. Cap. LI.

SI vero prædicta, vel aliquod prædictorum commiſerit in aliquam mulierem uxoratam volentem, condemnetur in libris quinquaginta, & plus arbitrio Rectoris, & Conſulum, uſque ad libras centum parvorum.

De mulieribus ſponte prædicta committentibus. Cap. LII.

SI vero in aliquam aliam prædictarum mulierum etiam volentium prædicta, vel aliquod prædictorum commiſerit, condemnetur in libris vigintiquinque parvorum, & minus arbitrio Rectoris, & Conſulum uſque ad libras decem parvorum. Et eadem pœna puniantur mulieres ad hæc conſentientes, & ſi in aliquam mulierem ſolutam jam cognitam per alium, quam per virum invitam commiſerit, puniatur in libris decem, & plus uſque ad libras vigintiquinque parvorum arbitrio Rectoris, & Conſulum, habita conſide-

ſideratione perſonæ, & facti. Et ſemper in quolibet prædictorum caſuum roſiani, lenones, mediatores, vel conſentientes, præbentes domum, vel quocumque alio modo aliquod auxilium, vel opem ad prædicta, vel aliquid prædictorum committenda, puniantur ſimili condemnatione, qua prius delinquens puniri deberet, vel minus condemnetur ad arbitrium Rectoris, & Conſulum; ſalvo ſemper, quod prædicta, vel aliquod prædictorum caſuum non vendicent ſibi locum in publicis meretricibus.

Quando intelligantur violentia, & rapina. Cap. LIII.

STatuimus, quod in omnibus ſupradictis, ubi fit mentio de violentia, vel rapina, intelligatur quando violentia, vel rapina intervenerit actualiter, & de facto, non autem ſi verbis adulatoriis, perſuaſionibus, aut promiſſionibus fuerit inducta, vel cognita: quibus caſibus ſpontaneus actus intelligatur. Et ubicumque fit mentio de virgine in caſibus ſtatutorum poſitorum ſub iſta rubrica, non intelligatur majorem viginti annis fore virginem, niſi probatum fuerit ipſam fore honeſtæ converſationis, & vitæ, & publice pro virgine reputari.

De cognoſcentibus carnaliter famulam propriam. Cap. LIV.

STatuimus, quod ſi quis carnaliter cognoverit aliquam ſuam famulam voluntarie, & intelligatur voluntarie, ſi non cridaverit prius quam eam cognoſceret, nullam pœnam patiatur.

Si quis habens uxorem, & cum alia muliere matrimonium contraxerit, condemnetur in libris ducentis. Cap. LV.

STatuimus, quod ſi quis habens uxorem, cum alia muliere honeſte vivente, matrimonium contraxerit, libras ducentas parvorum communi Belluni ſolvat. Quas ſi non ſolverit infra menſem eruantur ei teſticuli, & manus dextra amputetur, & plus, & minus ad arbitrium Rectoris, & Conſulum ſecundum qualitatem facti, & perſonæ.

HÆC

Digitized by Google

HÆC SUNT STATUTA COMPREHENDENTIA DELICTA DE FALSIIS, UNA CUM CRIMINE LESÆ MAJETATIS, AC PRODITIONIS.

De pœna facientis falſum inſtrumentum, ac committentis aliam falſitatem. *Cap. LVI.*

STatuimus, quod quicumque fecerit, vel fieri fecerit, vel mandaverit, vel tractaverit aliquid falſum inſtrumentum, aut aliam falſitatem ſcienter commiſerit in ſcripturis publicis in faciendo, vel omittendo, condemnetur ad abſcindendum ei manum dexteram. Salvo, quod poſſit eandem redimere infra xxx. dies a die publicationis ſententiæ pro libris ducentis parvorum, vel plus arbitrio &c. inſpecta qualitate &c.

De producentibus ſuo, vel alieno nomine falſum inſtrumentum. *Cap. LVII.*

QUicumque vero ſcienter ſuo nomine falſum inſtrumentum produxerit, vel produci fecerit, aut mandaverit, & perſeveraverit uſque ad ſententiam, condemnetur in libris ducentis parvorum, vel plus ad arbitrium Rectoris, & Conſulum ſecundum qualitatem facti, & perſonarum. Idem qui alieno nomine produxerit falſum inſtrumentum, vel teſtem, aut atteſtationem, ſi interrogatus reſponderit ſe eis velle uti. Salvo, quod ſi contingerit aliquem tutorem, vel curatorem producere in judicio aliquod inſtrumentum, quod reperiatur falſum, dum tamen ſit mentio de eo in inventario per ipſum tutorem, vel curatorem facto pro productione talis inſtrumenti, ipſe tutor, vel curator nullatenus teneatur, niſi probaretur talem tutorem, vel curatorem ſciviſſe inſtrumentum per eum productum falſum fuiſſe, vel veriſimiliter præſumatur ſciviſſe, de qua præſumptione ſtetur arbitrio Rectoris, & Conſulum.

De pœna producentis ſuo, vel alieno nomine falſum teſtem. *Cap. LVIII.*

QUicumque perhibuerit, vel perhiberi fecerit ſcienter, & doloſe coram quocumque judice juriſdictionem, vel notionem habente, tam Eccleſiaſtico, quam civili falſum teſtimonium, vel produxerit ſuo nomine, vel produci fecerit, ſeu mandaverit, vel eo uſus fuerit, condemnetur ad abſciſionem naris dextræ, niſi eam redimeret pro centum libris parvorum, aut plus uſque ad ducen-

Digitized by Google

centas, vel minus arbitrio ut ſupra; inſpecta qualitate &c. Et ſuper prædictis, videlicet utrum producens ſuo nomine, vel produci faciens, fuerit ſciens, reſervetur inquiſitioni D. Rectoris, & Conſulum. Et poſſit Rector de prædicta ſcientia etiam per tormenta ſi ſibi videbitur, præcedentibus tamen legitimis indiciis, inquirere.

Et in prædictis omnibus, & ſingulis caſibus condemnetur de falſo, & in libro, qui dicitur de Falſis, ſcribatur; & pro falſario habeatur, & nullum officium, vel aliquod civile munus habere poſſit in civitate Belluni, vel diſtrictu; & depingatur, & coronetur.

De falſis relationibus Præconum, & eorum pœnis. Cap. LIX.

SI quis præco falſam commiſerit relationem, vel aliquid aliud falſi commiſerit circa officium ſuum ſcienter, puniatur in truncatione linguæ, niſi eam redemerit pro libris quinquaginta parvorum, vel pluri, vel minori arbitrio Rectoris, & Conſulum ſecundum qualitatem facti, & nihilominus privetur perpetuo ab officio.

Et in omnibus prædictis caſibus quilibet prædictorum condemnetur ad emendationem totius damni, & intereſſe, quæ paſſa fuerit illa perſona, in cujus damnum aliquod prædictorum commiſſum fuerit. Ita tamen, quod uno ſolvente dictum bannum, cæteri liberentur.

Et in omnibus etiam ſupradictis, & aliis quibuſcumque falſitatibus puniatur, & puniri poſſit quilibet ipſas committens pecunialiter, vel corporaliter ad arbitrium Rectoris, & Conſulum, inſpecta qualitate facti, & conditione perſonarum.

De Proditionibus, & crimine leſæ Majeſtatis, hoc eſt, de pœna arengantis aut conſulentis publice, vel private aliquid contra Sereniſſimam Dominationem Venetiarum. Cap. LX.

STatuimus, quod ſi aliqua perſona diceret, vel arengaret, ſeu conſuleret, aut tractaret in conſilio aliquo majori vel minori, aut in concione aliqua, vel etiam aliter publice vel occulte quolibet modo, & quolibet loco tractaverit de civitate Belluni, vel aliquo loco ſeu caſtro & fortilitia diſtrictus ipſius civitatis, accipiendis de fortia & manibus Sereniſſimæ & Excellentiſſimæ Dominationis Venetiarum. Aut diceret, opponeret, conſuleret, vel tractaret contra ejuſdem Dominationis perſonas aliquod prodimentum, conſpirationem, colloquium, vel tractatum, etiam ſi effectu caruerit: ipſe & omnes ſui fautores & ſequaces, ſive auxilium, & conſilium præſtantes prædictis, qui prædicta tractarent, vel conſulerent, modo prædicto decapitentur, vel gravius, vel aliter in arbitrio Dominii noſtri puniantur. Et filii ſui & hæredes uſque ad quartum gra-

dum perpetuo ſint banniti, & expellantur de civitate Belluni, & ejus diſtrictu, & omnia ſua bona confiſcantur, & publicentur. Et ſi ſapientes, aut conſiles, vel aliqui alii proponerent ad ſuum conſilium, in idem bannum incidant. Et ſi Rector, qui pro tempore fuerit, vel aliquis de ſua familia proponeret ad ſuum conſilium aliquo modo vel ingenio, totum ſalarium perdat cum duplo, tam ſi receperit, quam non, & modo prædicto decapitetur. Si vero fuerit forenſis, qui prædicta tractaret, vel præſumeret & omnes ſui fautores, & ſequaces, ſeu auxilium eidem præbentes, aut conſilium, trahantur, vel trainentur per totam civitatem Belluni, & decapitentur, vel gravius aut aliter in arbitrio Dominii noſtri puniantur. Et ſint banniti eodem modo ſui filii & hæredes uſque ad quartum gradum, & ejus, ſeu eorum bona deveniant in fiſcum. Et ſi aliquis aſcenderit aliquem montem vel caſtrum, ſeu fortilitium, vel locum de civitate Belluni vel ejus diſtrictu cauſſa rebellandi a dicto Dominio, vel communi Belluni aut ſi tractaverit vel ordinaverit prædicta, vel aliquod prædictorum, vel ſi alicui vel aliquibus, qui prædicta facerent, vel tractarent, feciſſent, vel tractaviſſent, præſtaret auxilium, conſilium, vel favorem, incidat in pœnam in hoc ſtatuto inſertam, etiam ſi prædicta effectum ſuum non fuerint ſortita. Et ſi aliqua perſona erit forbannita de civitate Belluni vel diſtrictu occaſionibus prædictis vel aliqua ipſarum, & aliquis Rector Belluni proponeret ad conſilia, vel faceret proponi dictum forbannitum, vel dictos forbannitos extrahi debere de libro, vel extrahi facere aliquo modo, vel ingenio, ille Rector, vel illi, qui prædicta fecerint, vel fieri fecerint, perdant totum ſuum ſalarium tam ſi receperint, quam non. Et idem in omnibus & per omnia intelligatur de quolibet ſciente quocunque modo & non notificante, ſeu manifeſtante Dominio prædicto incontinenti poſt ſuam ſcientiam.

De Pœna Fabricantium falſam Monetam. Cap. LXI.

STatuimus, quod ſi quis fabricaverit, fabricarive fecerit falſam monetam aliquam, vel minus juſti valoris, vel tutunderit aliquam monetam, ſi venerit in fortiam communis, conducatur ad locum juſtitiæ, & ibi igne comburatur, ita quod penitus moriatur. Si autem non venerit in fortiam communis, tunc condemnetur ad pœnam prædictam pro falſario, & omnia ſua bona publicentur, & deveniant in commune Belluni, & publicata eſſe intelligantur. Et in quolibet caſu prædictorum in palatio communis Belluni pingatur.

De

Digitized by Google

De pœna expendentis falſam monetam. Cap. LXII.

SI autem aliquis ſcienter, in arbitrio D. Rectoris & Conſulum de ſcientia expendiderit falſam monetam, quantamcunque expendiderit, puniatur pecunialiter & corporaliter, etiam uſque ad mortem incluſive, arbitrio Rectoris & Conſulum, inſpecta qualitate facti & conditione perſonæ.

De pœna utentium falſis menſuris, & ponderibus. Cap. LXIII.

STatuimus, quod nullus homo ſcienter, in arbitrio Rectoris & Conſulum utatur, nec uti debeat falſa calvea, vel falſa ſtatera, nec falſa balantia, nec falſo marcho, ſeu pondere, vel falſo paſſu, vel falſa menſura in emendo, vel vendendo, vel cum aliis contrahendo, in arbitrio Rectoris & Conſulum. Et qui contrafecerit, pro qualibet vice, & pro quolibet ex prædictis ſoldos centum denariorum pro banno componat. Cujus banni tertia pars ſit accuſantis, & reſarcire duplum damnum paſſo.

De vendentibus cum falſis ſtateris. Cap. LXIV.

QUilibet vendens aliquas res ad ſtateram cum recta & juſta ſtatera ponderet juſte illas, alias puniatur in banno & pœna ſol. viginti parvorum pro qualibet vice, & qualibet libra, & ab inde inferius in ratione libræ. Cujus banni tertia pars ſit accuſantis, & credatur ſacramento illius, cui venditor dederit malam peſam. Et reſarcire damnum, ut ſuperius dictum eſt.

Quod vendatur ad balantiam modo tarviſino. Cap. LXV.

VEnditor rerum ad balantiam, ſeu libram balantiæ, debeat vendere ad modum libræ tarviſinæ de balantia, & recte & juſte ponderare cum eis. Et qui contrafecerit, ſolvat communi ſoldos decem parvorum pro qualibet uncia, & in ratione unciæ. Cujus banni tertia pars ſit accuſantis, & reſtituere damnum paſſo, ut ſuperius dictum eſt, & alia communi applicetur.

De vendentibus cum falſis menſuris. Cap. LXVI.

NUllus debeat cum falſo paſſu menſurare, nec cum falſa calvea, nec cum aliqua falſa menſura. Et qui contrafecerit ſol. centum parvorum pro banno componat pro qualibet vice. Et tertia

Digitized by Google

pars dicti banni ſit accuſatoris. Et in omnibus falſis menſuris, ponderibus, & penſis inquiratur per arbitrium Rectoris civitatis Belluni prout melius videbitur, & qnoties ſibi viſum fuerit. Et idem intelligatur de omnibus aliis menſuris.

Qualiter menſurari debeat cum paſſu. Cap. LXVII.

ITem quod quilibet volens aliquid vendere ad menſuram cum paſſo, debeat rem illam, quam vendit deponere de manibus ſuper tabulam, vel diſcum, vel alio ſimili loco extenſam, & non tirare ipſam aliter, quam a rugis. Et tunc ſuper eam ponere paſſum per unum palmum infra cimoſſam, & ibidem ſignare in capite paſſi, ſeu brachii, prout vendet. Et aliter menſurare non debeat, ſub pœna ſol. viginti parvorum pro qualibet menſura paſſi. Et quilibet poſſit accuſare, & habeat medietatem banni probando per unum teſtem.

Qualiter menſurari debeat cum Calvea. Cap. LXVIII.

ITem, quod quilibet vendens rem aliquam ad Calveam, ſive bladum, ſive ſalem, debeat, & teneatur calveam & quamlibet aliam menſuram rectam tenere menſurando ſub pœna ſoldorum decem parvorum pro qualibet menſura, & perdendi id, quod menſurat.

Quod ad pondus ſtateræ non vendatur ad uncias. Cap. LXIX.

ITem Statuimus, quod nullus homo, vel perſona, civis, vel forenſis modo aliquo vel ingenio audeat vendere ad pondus ſtateræ aliquid ad uncias, ſub pœna librarum trium parvorum cuilibet vendenti aliter quam ſupraſcriptum eſt, pro quolibet pondere, & ementi ſeu recipienti aliter quam ſupraſcriptum eſt, tantumdem. Et quilibet poſſit accuſare, & habeat medietatem banni. Et quod nullus beccharius, ſeu ſtationarius audeat tenere in domo ſtateras aliter factas, quam ſupradictum eſt, ſub pęna librarum trium parvorum pro quolibet & qualibet ſtatera. Et in omnibus ſupraſcriptis ſtatutis, poſitis ſub rubrica pręſenti, delinquens ipſo facto incidat in ipſam pęnam, & eam ſtatim maſſario ſolvere teneatur, abſque aliqua condemnatione fienda, ſeu publicanda.

HÆC

HÆC SUNT CŒTERA STATUTA DE FURTIS ET TRABUTATIONIBUS, ET EORUM PŒNIS.

De Variis pęnis Furum. *Cap. LXX.*

STatuimus, & ordinamus, quod ſi aliquis furtum fecerit ſoldorum viginti, vel ab inde infra, condemnetur in ſol. centum parvorum. A viginti vero ſupra, uſque ad ſoldos quadraginta parvorum condemnetur in libris decem parvorum. A quadraginta ſoldis ſupra uſque ad ſexaginta, condemnetur in libris vigintiquinque parvorum. Quam condemnationem ſi non ſolverit infra decem dies, poſtquam venerit in ſortiam communis, fuſtigetur per civitatem Belluni, a porta Dojoni, uſque ad illam de Rudo. A tribus libris ſupra, uſque ad ſoldos centum parvorum condemnetur in libris quinquaginta parvorum. Quam condemnationem ſi non ſolverit infra quindecim dies poſtquam erit in ſortiam communis, fuſtigetur, & bulletur in facie. A centum vero ſoldis ſupra, uſque ad decem libras parvorum condemnetur in libris centum parvorum. Quam condemnationem ſi non ſolverit, uſque ad viginti dies poſtquam venerit in ſortiam communis, fuſtigetur, & abſcindatur ei auricula dextra. A decem libris ſupra, uſque ad vigintiquinque, condemnetur in libris ducentis, quas ſi non ſolverit infra unum menſem, amputetur ei manus dextra. A vigintiquinque libris, uſque ad quinquaginta libras, condemnetur in libris trecentis, quas ſi non ſolverit infra duos menſes, amputetur ei manus dextra, & una ejus auricula. A quinquaginta libris ſupra, ſuſpendatur per gulam, ita quod moriatur. Si vero fuerit alias conſuetus furari, tunc a decem libris ſupra, ſuſpendatur, ita quod moriatur.

De Furibus ſuper ſtratis publicis. *Cap. LXXI.*

STatuimus, quod ſi quis publice in aliqua ſtrata, vel cannali diſtrictus Belluni fecerit aliquam derobationem vel depredationem animo robandi, vel depredandi, de quo animo ſtetur arbitrio Rectoris ſuſpendatur per gulam, ita quod moriatur.

De pęna extorquentium, & trabutantium aliquid. *Cap. LXXII.*

NUllus debeat extorquere, ſeu trabutare aliquid ab aliqua perſona aliqua ratione vel cauſſa, vel ſub aliqua ſpecie vel colore. Et ſi contrafecerit, condemnetur trabutator ad reſtitutionem ejus,

ejus, quod acceperit in duplum: & in libris vigintiquinque parvorum communi Belluni, ſi trabutamentum fuerit ſoldorum ſexaginta, & infra. A ſexaginta ſoldis ſupra, uſque ad decem libras parvorum condemnetur in libris quinquaginta parvorum. Et a decem libris ſupra, condemnetur in libris centum. Et in prædictis bannis ſufficiat fama publica, & dictum unius teſtis.

De accipientibus ſignamina alterius. Cap. LXXIII.

STatuimus, & ordinamus, quod ſi aliquis aliquod ſignamen alterius in aliquo loco civitatis vel diſtrictus Belluni acceperit, & dominus lignaminis de hoc querimonium expoſuerit, vel exponi fecerit coram Rectore, ille talis acceptor lignaminis ſubjaceat illis pęnis, quæ ſtatutæ ſunt de furtis & furibus, ſeu latronibus: ſi autem aliquis acceperit lignamen alterius ſine licentia domini, cauſſa operandi dictum lignamen in aliquo ſuo opere, & hoc fecerit palam & publice in præſentia duorum bonorum virorum, & poſtmodum ſolvere voluerit domino lignaminis, vel ejus factori, non ſubjaceat alicui pęnæ: ſalvo, quod ſi propter inundationem aut diluvium aquæ aliquod lignamen remotum de loco proprio in aliquo inventum fuerit per aliquem, quod inventor impune poſſit illum removere & conducere ad locum ſecurum, & denunciet de inundatione ipſius lignaminis, & locum ubi depoſuit ipſum domino lignaminis, ſi ipſum dominum cognoverit. Alias faciat cridari publice de prædictis infra tertium diem banno ſoldorum quadraginta parvorum. Et ſi prædictam denuntiationem vel cridationem fecerit fieri infra dictum terminum, habere debeat a domino lignaminis debitam ſatisfactionem pro ſuo labore. Et prædictum ſtatutum vendicet ſibi locum in lignamine ſignato ſigno alterius.

De incidentibus ſeu devaſtantibus ſigna alterius in lignaminibus. Cap. LXXIV.

QUicumque inciſerit, ſeu deleverit, ſeu deſtruxerit ſignum, ſeu nodum de lignamine ſive de ligno alterius, pro banno communi ſol. centum componat pro ligno ab igne. Pro ligno vero apto ſeu congruo ad ædificandum, ſeu ad ædificium & laborerium domus libras decem parvorum ſolvat communi. Et idem obſervetur in eo, qui mutaverit ſignum ſive nodum de ligno alterius. Et habeat locum pro quolibet ligno.

Quod

Quod vegetes & vaſa non bullentur niſi cum ferro vel bulla ignita. Cap. LXXV.

STatuimus, quod nullus homo, nullaque perſona audeat vel præſumat quoquo modo bullare ſeu ſignare per ſe vel alium vegetes, vel alia vaſſa, vel ſupelleſtilia ferro incidente, ſed ſolummodo bullare & ſignare ferro calido cum igne ſub pœna cuilibet bullanti & ſignanti cum ferro incidente ſold. viginti parvorum pro quolibet, & qualibet vice. Et veges ſeu vas talis ſigni non præſumatur veges ſeu vas aut ſupelleſtilia eſſe illius, qui ſignavit, ſeu bullavit cum tali ferro, ſed præſumatur eſſe fraudulenter ſignata.

De ſignis alienis abraſis ex vegetibus. Cap. LXXVI.

ITem, quod nullus audeat vel præſumat alienum ſignum ferro calido factum abradere, ſeu devaſtare, aut corrumpere de aliqua vegete, vaſe, ſeu ſupelleſtile, ſub pœna librarum trium parvorum pro quolibet contrafaciente. Et quod quilibet impune poſſit detrahere vel abradere ſignum factum in vegete, vaſibus, & maſſaritiis cum ferro incidente.

Quod requiſiti de trabutamento denuntient D. Rectori, ſeu Vicario. Cap. LXXVII.

STatuimus, & ordinamus, quod ſi aliquis fuerit requiſitus ſeu appellatus de trabutamento faciendo eidem, ſi trabutamentum habuerit effectum per aliquam perſonam teneatur, & debeat infra tres dies denuntiare & manifeſtare hoc D. Rectori ſeu Vicario, ſub pęna librarum viginti quinque parvorum pro qualibet vice. Et ſi fuerit de villa, in qua habitaret ſub pęna prædicta. Et Juratus cui hoc fuerit denuntiatum, teneatur infra tres dies poſtquam fuerit denuntiatum eidem, denuntiare D. Rectori ſeu Vicario, ſub pęna prædicta. Et quod nullus audeat, vel præſumat eſſe meſſeta, vel mediator, vel nuntius, ſeu tentator alicujus trabutamenti fiendi, vel aliquam perſonam requirere de aliquo trabutamento fiendo, ſive tamquam nuntius, ſive pro ſeipſo, ſub dicta pœna librarum vigintiquinque parvorum communi ſolvenda. Et nihilominus teneatur ad ſimilem pœnam ille, ad cujus poſtulationem procurabitur fieri trabutamentum, & quod in omnibus prædictis caſibus probandis, ſufficiant fama publica, & dictum unius teſtis bonæ famæ, & opinionis. Et quod in omnibus caſibus prædictis, & trabutamentis ſub hac rubrica contentis, Rector, ſeu Judex, & Conſules poſſint procedere

ad

ad tormenta de veritate inquirenda de prædictis, habitis prius claris indiciis, & præſumptionibus ſi trabutamentum illud fuerit majoris ſummæ librarum vigintiquinque parvorum.

HÆC SUNT STATUTA DE POSSESSIONIBUS ALICUJUS NON INTROMITTENDIS.

De pœna eorum, qui ingreſſi fuiſſent, aut intromiſiſſent bona, & poſſeſſiones aliorum. Cap. LXXVIII.

STatuimus, quod ſi quis poſſeſſionem alicujus rei, vel ad alium pertinentem ſeu poſſidentem per ſe, aut per ſuum livellarium, vel colonum, vel alium quempiam ingreſſus fuerit, ſeu intromiſerit ſua propria auctoritate ſine conſenſu poſſidentis, condemnetur pro qualibet vice in libris decem parvorum. Medietas cujus banni ſit ejus, cujus poſſeſſio fuerit intromiſſa: idem obſervetur in quolibet invadente, ſeu occupante poſſeſſionem alicujus rei apud alium conſtitutam, & poſſeſſionem dimittat primo poſſeſſori.

De auferentibus, & intromittentibus poſſeſſionem alterius, prætermiſſo juris ordine. Cap. LXXIX.

NEmini liceat cujuſcumque auctoritatis vel dignitatis ſit auctoritate ſua ingredi, vel auferre, nec intromittere, juris ordine prætermiſſo, poſſeſſionem rei, vel quaſi poſſeſſionem ad alium poſſeſſorem, vel quaſi poſſeſſorem quocumque titulo, vel ſine titulo pertinentem. Et quicumque putaverit ſibi jus aliquod competere in aliqua re, ſeu poſſeſſione per alium habita ſeu poſſeſſa, vel quaſi, invadere, nec occupare, nec auferre, ſeu intromittere ſua auctoritate præſumat, ſed eum advocet, ſeu advocare nitatur legitime, judiciario ordine nihilominus præcedente coram judice competenti ipſius poſſeſſionis, ſive poſſeſſoris. Et ſi quis cujuſcumque auctoritatis contrafacere præſumpſerit, vel præſumptuoſe fecerit, D. Rector per ſacramentum, & conſilium, & commune Belluni prædictum poſſeſſorem defendere & manutenere: & conſilium & opem præſtare ad recuperandam rem, & poſſeſſionem, vel quaſi ſibi ablatam, vel occupatam teneatur. Et hoc ſtatutum ſit præciſum.

Quod

Quod Villa, in qua ſit domus, ſeu poſſeſſio alicujus, qui ea propter minas poſſidere nequeat, teneatur ad affictum, & penſionem. Cap. LXXX.

STatuimus, quod ſi quis haberet domum aliquam, vel poſſeſſionem in aliqua villa diſtrictus Belluni, & ipſam non poſſet habitare, ſeu habitari, vel laborari facere propter minas vel potentiam alicujus, quod facta fide de prædictis coram D. Rectore per ſacramentum ipſius, & per unum teſtem bonæ famæ Commune illius villæ, in cujus territorio eſt facta vel ſita dicta domus, ſive poſſeſſio, teneatur reſpondere Domino dictæ domus, & poſſeſſionis de affictu, & penſionis dictæ domus & poſſeſſionis, ſecundum quod dominus conſuetus erat habere temporibus retroactis, niſi dicta domus, vel poſſeſſio eſſet deteriorata. Et tunc arbitrio bonorum virorum per D. Rectorem electorum, fiat æſtimatio ipſius redditus, & quod commune talis villæ poſſit talem domum habitare, & facere habitari. Et de prædictis omni die ſummarie, & ſine figura judicii cognoſcatur. Et quod ille talis inferens minas, nihilominus condemnetur in libris vigintiquinque denariorum communi Belluni: ſalvo, quod ſi commune dictæ villæ accuſaverit talem inferentem minas, & fidem dederit D. Rectori de prædictis, tunc dictum commune ad prædictam condemnationem non teneatur. Et in dictis caſibus inferens minas condemnetur in libris vigintiquinque parvorum pro qualibet vice.

Quod Maritus, Pater, & Dominus, teneantur ad condemnationem uxoris, filii, & famuli. Cap. LXXXI.

SI uxor alicujus, vel filius habitans cum patre, vel famulus alicujus invaſerit poſſeſſionem alicujus, ſeu occupaverit, vel blada, vel aliud fructiferum natum in poſſeſſione prædicta acceperit, ſeu aſportaverit de alieno campo de conſenſu prædictorum, maritus, pater, vel dominus condemnationem ſolvere teneatur, & damnum ſicut ipſe feciſſet.

HÆC SUNT STATUTA DE TABERNARIIS, ET EORUM OBLIGATIONIBUS, AC PŒNIS.

Ne quis teneat in ſuis Tabernis aliquem ultra horam debitam.
Cap. LXXXII.

STatuimus, quod nullus tabernarius per ſe, vel per alium det, ſeu tradat modo aliquo vinum alicui poſt ſonum tertiæ campanæ, nec tenere debeat aliquem civem, ſive forenſem in taberna ſua commorantem in civitate, vel burgis, vel alio loco morantem, in pœna, & banno ſol. ſexaginta denariorum. Et qui inventus fuerit, ſeu ſteterit in taberna aliena poſt ſonum tertiæ campanæ ſol. viginti denariorum pro banno communi componat. Et hoc ſtatutum locum non habeat in perſonis petentibus cum lumine, ita quod tabernarii eis impune dare poſſint de vino. Quod hoc etiam locum non habeat in hoſpitibus publicis pro illis perſonis, quæ in eorum domibus hoſpitantur. Sed vinum eis dare poſſint impune.

De pœna illius, in cujus domo inventum fuerit tabulerium, & ludi præparamentum. Cap. LXXXIII.

SI tabulerium inventum fuerit, vel diſcus poſitus, vel aſſis poſita parata ad ludendum in domo alicujus, quod ille, in cujus domo inventa fuerit, condemnetur in ſol. ſexaginta parvorum, ac ſi ſi ibi luderetur. Et qui ſteterit ſupra dictum tabulerium, vel prope, ſeu circa, pro banno communis ſol. quadraginta parvorum componat. Tabulerium autem paratum intelligimus quocumque modo fuerit repertum tabulerium taxillorum, & tabularum, & ſcacchorum repertum reverſum, vel rectum, ſine etiam ſcacchis, & tabulis.

De tenentibus ludum in domo ſua. Cap. LXXXIV.

NEmo poſſit, & debeat tenere in domo ſua ſcienter aliquem ludum taxillorum, nec biſcazariæ. Et qui contrafecerit, ſolvat qualibet vice ſi fuerit in die libras quinque parvorum; ſi fuerit in nocte libras decem parvorum ſolvat. Et nullus poſſit, vel debeat denarios mutuare ſuper ludo taxillorum, & biſcazariæ alicui, & qui contrafecerit, ſolvat qualibet vice de die ſol. centum, de nocte libras decem parvorum. Et quod quilibet Juratus villarum diſtrictus Belluni teneatur denuntiare quoſcumque ludentes in eorum villis, & pertinentiis ſuarum villarum infra quintam diem

facti

ſacti ludi, in pœna ſoldorum centum parvorum, pro quolibet Jurato.

De pœna ludentium, & ſuper ludos commorantium. Cap. LXXXV.

NUllus debeat ludere ad aliquem ludum biſcazariæ, nec ſuper ludo ſtare. Et qui contrafecerit, ſolvat qualibet vice communi ſoldos centum parvorum ſi fuerit in die; ſi fuerit in nocte, libras decem parvorum ſolvat ludens. Superaſtantes vero ſi de die ſoldos quadraginta, ſi de nocte, duplum communi ſolvant. Et nullus poſſit, vel debeat mutuare alicui taxillos, vel tabulerios ad ludendum ad ludum azari, vel biſcazariæ faciendum. Et qui contrafecerit, ſolvat communi ſol. ſexaginta parvorum de die, de nocte ſol. centum parvorum. Tertia pars cujus banni ſit accuſatoris. In omnibus capitulis ſupradictis, & prædicta non habeant locum in ludentibus vinum cauſa ſocietatis, nec inſtantibus ſupra dictum ludum, & teneatur accuſator in credentia.

De mutuantibus ſuper ludo, vel occaſione ludi. Cap. LXXXVI.

SI quis mutuaverit ſuper ludo, vel occaſione ludi taxillorum, vel biſcazariæ alicui, & receperit pignus, aut fidejuſſorem, vel inſtrumentum, aut præſam, vel promiſſionem aliquam directe, vel per obliquum compellatur mutuator pignora, & inſtrumenta omnia, præſas, & promiſſiones omnes factas occaſione prædicti mutui abſque aliqua ſolutione facienda ſibi reſtituere ei, qui mutuum acceperit, ſi fuerit ſui juris, vel patri, aut tutori, vel curatori ejuſdem, vel illi, in cujus fuerit poteſtate. Et ſuper prædictis ſine libello, & litis conteſtatione ſummarie per judicem procedatur, & quod dictæ promiſſiones, pignora, præſæ, & obligationes etiam acceſſoriæ, ipſo jure ſint nullæ, & nullius momenti, vel efficaciæ. Et quod nullus ex prædictis mutuantibus contra voluntatem ejus, cui mutuaverit, vel ejus, qui pro eo ſteterit, poſſit ſua auctoritate accipere pignus ei, cui mutuaverit, vel ei, qui pro eo ſteterit, ſub pœna librarum decem parvorum pro qualibet vice. Et quilibet poſſit accuſare, & habeat tertiam partem banni.

Quid ſit ludus Biſcazariæ. Cap. LXXXVII.

LUdi biſcazariæ intelligantur iſti, videlicet ludus taxillorum, & cujuslibet alterius maneriei; ludus habens punctos, ſeu punctas, ſive etiam inciſuras, ſive alia ſigna, & etiam ludus naretæ, & magregraſſorum, & chartarum.

Quando, & ubi ludere quis poſſit. Cap. LXXXVIII.

QUilibet poſſit ludere ad tabulas merlarum, vel ſcacchos cum taxillis, vel ſine in domo communis, vel in curia majori, vel in palatio Epiſcopali, & ubicumque, præter quam in taberna, vel ante tabernam, ſeu poſt; ſeu locis adjunctis tabernæ. Et quilibet poſſit ludere palam, & publice ad ludum azari biſcazariæ licite, & impune ſub logia communis, & in foro in die Nativitatis Domini, & per omnia feſta Nativitatis, uſque poſt diem Epiphaniæ Domini, & die Paſchatis Reſurrectionis cum tribus diebus ſequentibus. Et in nundinis Sanctorum Martini, & Luchani. Dum tamen de ſuis propriis denariis ludant, quos mutuo non inveniant ab aliqua perſona, & ſi quis mutuaret ſuper dicto ludo, ſibi jus non reddatur de denariis mutuatis. Et nihilominus cadat ad pœnam contentam in ſtatuto, quod aliquis non debeat, nec poſſit ſuper ludo mutuare denarios. Nec ludat aliquis in montonum, vel ad montonum, ſub pœna mutuanti librarum quinquaginta parvorum, & ludenti ſoldorum quadraginta. Et mutuans non poſſit habere jus de pecunia mutuata ad montonum. Et quilibet poſſit accuſare, & credatur ei cum ſacramento, & uno teſte fide digno, & habebit medietatem condemnationis, & tenebitur ſecretus.

Quinam intelligatur Ludus Biſcazariæ. Cap. LXXXIX.

OMnis ludus factus in taberna, vel ante tabernam, ſeu poſt, vel ſub porticu, & loco adjuncto tabernæ, intelligatur ludus biſcazariæ, excepto ludo de diſmentire, & inſcontro.

De pœna Tabernariorum vendentium vinum, ultra ordinatum. Cap. XC.

STatuimus, quod Tabernarius aliquis, ſeu tabernaria non poſſit nec debeat vendere vinum, ultra id quid fuerit per Conſilium, aut Sapientes ordinatum, & qui contrafecerit ſol. centum pro banno communi componat pro qualibet vice, & quilibet poſſit accuſare. Tertia pars, cujus banni ſit accuſatoris. Salvo alio minori banno, ſi quod per conſilium, aut ſapienter poneretur.

De

De illis, qui vendunt vinum ad minutum a Cluſa inferius, nec non a Cluſa ſuperius, ac de eorum obligatione, & pena.
Cap. XCI.

ITem, quod ſi aliqua perſona a Cluſa inferius in Agurdum, & Agurdi plebatum non poſſit, nec debeat, ſeu audeat vendere vinum ad minutum ultra quatuor denarios buzolum plus quam vendatur in civitate Belluni, ſeu fuerit ordinatum vendi per conſilium ipſius civitatis. Et ſiqua perſona non ſubjecta temporali juriſdictioni venderet vinum ultra ſummam prædictam in dictis locis, & etiam in civitate Belluni, & burgis, & villis, quod quilibet laicus, ſeu quælibet perſona ſubjecta temporali juriſdictioni condemnetur in ſol. viginti parvorum pro quolibet, & qualibet vice, qua iverit ad accipiendum vinum de dicta taberna, ſeu ad bibendum. Et quod quilibet poſſit accuſare, & habeat medietatem banni prædicti, & credatur ejus ſacramento. Et idem intelligatur in Zaudo, & in pertinentiis Zaudi. A Cluſa vero ſuperius non audeat, nec poſſit vendere vinum ad minutum ultra den. ſex pro buzolo ultra, id quod venditur in civitate Belluni, ſive fuerit ordinatum vendi, & hoc in pœnis, & bannis, & ordinamentis per Rectorem, Commune, & conſilium civitatis Belluni factis.

Quod quis habens libertatem a ſocietate condemnandi aliquem, condemnare non poſſit ultra ſoldos quatuor. Cap. XCII.

ITem, quod aliquis in taberna, vel alibi, cui data fuerit licentia, ſive ballia per aliquam ſocietatem, ſive brigatam hominum, non poſſit condemnare aliquem ultra quatuor ſoldos, etiam ſi pignus, vel pignora data fuerint. Et ſi quis fecerit contra prædicta, condemnetur Communi ſol. ſexaginta parvorum pro quolibet, & qualibet vice, & quolibet homine, quem ipſe condemnaverit ultra quatuor ſoldos, & reſtituat illi, quem condemnaverit totum illud, quod condemnaverit ultra quatuor ſoldos.

De Tabernariis tenentibus menſuras vetitas. Cap. XCIII.

STatuimus, quod ſi aliquis vendens vinum ad minutum, ſeu vendi faciens, repertus fuerit habere, vel tenere in ſua taberna, vel in alio loco ubi vendit vinum aliqua vaſa apta ad tenendum vinum minoris menſuræ, quam facere debeat, ſolvat pro qualibet phiala, ſive ingiſtaria ſol. viginti parvorum. Pro quolibet bochaleto, & cyatho a quartarola ſold. decem parvorum. Et quod nullus

Digitized by Google

lus Tabernarius, ſeu vendens vinum poſſit menſurare, ſeu trahere vinum, niſi cum buzolo, media, vel quartarola, & ipſas bene implere, & bene menſuratas, & plenas dare, ſub pœna ſoldorum viginti parvorum pro quolibet, & qualibet vice. Et quod quilibet tabernarius, vel tabernaria teneatur habere buzolum, metretam, & quartarolam in ſua taberna. Et cum ipſis menſuris menſurare poſtulantibus vinum, ſcilicet buzolum cum buzolo, metretam cum metreta, & quartarolam cum quartarola, ſub pœna ſoldorum viginti parvorum pro quolibet, & qualibet vice.

De perſonis non ſubjectis jurisdictioni Belluni, ludentibus, & ludum tenentibus. Cap. XCIV.

STatuimus, quod ſi aliqua perſona, quæ non ſit ſubjecta jurisdictioni Rectoris civitatis Belluni reperiretur ludere ad ludum azari, vel biſcazariæ, vel tenere ludum in domo ſua, vel taberna, vel in alio loco, & illa talis perſona recuſaret ſolvere bannum in ſtatuto communis contentum Maſſario communis Belluni allegando aliquod privilegium exemptionis, quod illa talis perſona ſit, & intelligatur ipſo jure eſſe exempta a petitione communis Belluni. Nec audiatur in aliqua ſua petitione, vel quærimonia, vel in aliquo ſuo jure, ſcilicet agendi, vel defendendi.

Quod Tabernarius habeat menſuras bullatas, nec majoris formæ. Cap. CXV.

ET ut fraudibus ipſorum tabernariorum obvietur, Statuimus, quod quilibet tabernarius teneatur habere menſuras buzoli, ingiſtaræ, phietæ, & quartarolæ in taberna ſua bullatas bulla Rectoris, quæ ſint juſtæ. Et quod nullus tabernarius debeat menſurare cum menſura majoris formæ. Nec menſuras majoris formæ in domo, nec taberna tenere, ſub pœna librarum trium parvorum pro qualibet menſura majori, & qualibet vice, qua menſuraverit cum tali menſura, & frangatur menſura. Quam pœnam incontinenti ſolvere teneatur ſine aliqua ſententia ferenda. Et quod quælibet menſura teneatur munda ſine aliqua miſtura, pœna decem ſoldorum pro qualibet menſura, & perdendi eam, & ſi qua menſura reperta fuerit non juſta, condemnetur tabernarius ad pœnam ſtatuti de falſis menſuris.

HÆC

HÆC SUNT STATUTA DE VERBIS INJURIOSIS, ET ALIIS DIVERSIS BANNIS, ET DELICTIS.

De variis pœnis Injurantium aliquem. Cap. XCVI.

SI quis dixerit injuriam alicui coram D. Epiſcopo, vel Rectore, vel Vicario civitatis Belluni ſolvat libras decem parvorum. Si autem in Eccleſia, vel in palatio, ſolvat communi ſol. centum parvorum pro banno pro qualibet vice. Si vero alibi in civitate Belluni vel burgis, vel diſtrictu dixerit quis injuriam alicui, etiam ſi non fuerit in præſentia prædictorum, ſolvat pro banno communi libras tres parvorum pro qualibet vice, & plus, & minus ad arbitrium Rectoris, & Conſulum in prædictis caſibus, inſpecta qualitate facti & conditione perſonarum, dum tamen non tranſeat duplum dictorum bannorum. Et de verbis injurioſis dictis coram Rectore, vel in palatio, vel coram Milite, non proſit pax, neque confeſſio. Et Rector ad pœnam decem librarum teneatur antequam injurians recedat de palatio, exigere dictam pœnam ſine aliqua ſententia ferenda.

De improperantibus alicui mortem, & eorum pęnis. Cap. XCVII.

STatuimus, quod ſi aliquis improperaverit, ſeu refutaverit alicui mortem ſui patris, vel filii, vel fratris, vel conſanguinei, ſiquidem hoc fecerit in palatio communis Belluni vel in præſentia Rectoris, condemnetur in libris viginti denar. Si autem in aliquo alio loco, condemnetur in libris decem parvorum. Si autem aliquis improperaverit, ſeu refutaverit aliquam aliam injuriam alicui factam in perſona, cui improperata, vel refutata fuerit vel ſupradictarum perſonarum, eidem conjunctarum. Si quidem hoc fecerit in palatio communis, vel coram Rectore, condemnetur in libris decem parvorum; Si autem in alio loco, condemnetur in libris quinqu. Et in omnibus prædictis caſibus poſſit minor pęna imponi arbitrio Rectoris ſecundum qualitatem facti & conditionem perſonarum.

De injuriantibus & opprobrium dicentibus Præconi. Cap. XCVIII.

SI præconi ſeu alicui nuntio eunti in ſervitio communis Belluni ſeu pro dicto communi de mandato D. Rectoris, ſeu Vicarii, vel officialium dicti communis aliquis dixerit opprobrium, vel injuriam, condemnetur communi in libris quinque parvorum pro qualibet

Digitized by Google

libet vice, & plus & minus ſecundum qualitatem facti & perſonarum, arbitrio domini Rectoris.

Quod nullus eat ſine lumine poſt horam vetitam. Cap. XCIX.

ITem, quod nullus debeat ire per civitatem Belluni ſine igne poſt ſonum tertiæ campanæ. Et quod contrafecerit qualibet vice qua fuerit inventus condemnetur communi in ſol. viginti parvorum. Tertia pars ſit accuſatoris, & quilibet poſſit accuſare. Ignem autem appellamus in arbitrio D. Rectoris, qui iverit tentando de nocte. Et de hoc nullus poſſit accuſare niſi dominus Miles, nec poſſit aliquis condemnari niſi fuerit repertus per dominum Militem, vel nuntium domini Rectoris.

De cuſtodiam non facientibus. Cap. C.

ITem, quod qui non iverit ſeu non fecerit per ſe vel aliam perſonam idoneam ſchiravaitum, ſeu cuſtodiam ſibi præceptam, ſolvat pro banno communi ſoldos quinque denar. qui denarii ſtatim ponantur in zocheto.

Quod conducens plauſtrum per civitatem Belluni debeat tenere manum ad temonem. Cap. CI.

ITem, quod quilibet boarius, qui vadit cum plauſtro per civitatem Belluni, & burgos, tenere debeat manum ad temonem per totam civitatem. In pena & banno ſoldorum quinque parvorum pro qualibet vice. Et cujuslibet accuſantis dicto credatur. Quod bannum incontinenti ſolvere teneatur ſine aliqua condemnatione, & ponantur ſtatim in zochetto tales denarii.

In quo loco fieri debeat curſus equorum. Cap. CII.

ITem, quod nullus debeat currere facere deſtrerium, vel alium equum in aliquo loco civitatis Belluni niſi in curia majori dictæ civitatis. In pœna & banno ſol. viginti den. Et quilibet per ſacramentum teneatur denuntiare. Cujus denuntiatoris medietas dicti banni ſit. Quod bannum ſi ſolvendo non fuerit, procedatur per dominum Rectorem ſeu Vicarium ad ſuum arbitrium. Quod ſtatutum locum non habeat in aſtiludiatoribus.

De

De Regibus non faciendis, nec Dominis per aliquam ſocietatem.
Cap. CIII.

ITem, quod aliqua perſona non audeat vel præſumat facere aliquem Regem vel reginam, ſeu Dominum, vel Dominam eorum, nec ſtare ſub aliqua dominatione in aliqua brigata, ſub pœna ſoldorum centum parvorum cuilibet contrafacienti qualibet vice, tam facienti Dominum, ſeu Regem, quam etiam regibus, ſeu dominis.

De plorantibus defunctos. Cap CIV.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quod nullus homo, nullaque mulier audeat, vel præſumat ire plorando ad ſepulturam alicujus defuncti vel defunctæ, nec ibi plorare, nec ſuper ipſam ſepulturam venire cum ſacerdotibus, niſi eo tempore, quo ſepelitur corpus. Nec ad miſſas ſeptefimi, vel annualis, nec trigeſimi; nec ad miſſas alicujus defuncti vel defunctæ poſtquam erit corpus ſeu cadaver poſitum in ſepulchro. Et qualibet mulier, quæ contrafecerit, puniatur in ſoldis quadraginta parvorum pro qualibet, & in quolibet caſu prædictorum. Et quod quilibet poſſit accuſare. Et quod Rector per ſacramentum teneatur mittere familiam ſuam ad inquirendum de prædictis. Quæ condemnatio debeat detrahi de dote ipſius mulieris. Et prædicta locum non habeant in die feſtivitatis omnium Sanctorum, & in die ſequenti.

Limitatio expenſarum funeris. Cap. CV.

ITem, ſiquis vel ſiqua perſona, quæ voluerit funerare aliquod corpus mortuum, vel facere funerari, vel expenſa facere circa funus ipſius corporis non poſſit, nec debeat expendere ultra quam quatuor duplerios ceræ, qui ſint duarum librarum ceræ pro quolibet duplerio, & non ultra. Et quod non poſſit facere dari ſive dare candelotos presbyteris & fratribus, qui eſſent ad funus, qui valeant ultra duodecim denar. pro quolibet candeloto. Et hoc ſub pęna librarum decem parvorum pro ſingulo & ſingula vice. Et de prædictis inquirendis ſtetur ſacramento ementis, & vendentis. Et ubi fraus videretur eſſe facta circa prædicta, ſtetur arbitrio Rectoris.

De ædificiis non faciendis habentibus foſſas circumcirca. Cap. CVI.

STatuimus, quod nullus homo, nullaque mulier cujuſcunque dignitatis, ſeu conditionis exiſtat modo aliquo, cauſſa, vel ingenio audeat,

Digitized by Google

deat, vel præſumat ædificare, ſeu facere ædificari de cætero per ſe vel per alium aliquam domum, ſeu aliquod ædificium in aliqua mota, ſeu monte, ſive plajo habente foſſas circumcirca in aliquo loco Epiſcopatus, ſeu diſtrictus Belluni nec motam aliquam, caſtrum, ſeu turrim, ſeu aliquam aliam fortilitiam, alias deruptam, ſeu deſtructam vel devaſtatam reficere, ſeu in ea aliquid de novo conſtruere, ſub pœna librarum quingentarum parvorum, & deſtructionis ædificii.

De pena auferentium de capite biretam, capellum &c. & cultellum a latere alicui. Cap. CVII.

ITem, quod nullus auferre, ſeu tollere de capite alicujus debeat caputium, capellum, biretam, zuriam, almuciam, aut infulam, nec cultellum a latere alicujus. In pœna ſol. decem parvorum pro quolibet & qualibet vice. Medietas cujus banni ſit accuſatoris, & alia communis. Si autem quis acceperit coram Epiſcopo, Rectore, ſeu Vicario, condemnetur in ſol. viginti parvorum. Et ſi quis manum poſuerit ad capucium alicujus irato animo, ſol. ſexaginta communi ſolvat. Et ſi pannos laniaverit, ſol. centum parvorum ſolvat communi, & emendet damnum.

De pœna illorum, qui confinati offenderint partem adverſam. Cap. CVIII.

SI quis confinatus per D. Rectorem civitatis Belluni in civitate Belluni vel diſtrictu pro morte, ſeu vulnere in aliquem commiſſis, offenderit partem adverſam, condemnetur in libris centum parvorum. Et nihilominus bannum offenſionis admittat. Et ſi non offenderit, ſed confinia abſque licentia exiverit. Et ſiquidem confinatus exstiterit occaſione homicidii, condemnetur in libris vigintiquinque parvorum. Et ſi occaſione vulneris, condemnetur in libris decem parvorum pro qualibet vice. Si vero habitator villarum vel diſtrictus confinatus occaſione mortis vel vulneris in aliquem commiſſis, offenderit partem adverſam, condemnetur in libris quinquaginta parvorum, & nihilominus bannum offenſionis admittat. Et ſi non offenderit, ſed confinia abſque licentia Rectoris exiverit. Siquidem confinatus exstiterit occaſione homicidii, condemnetur in libris decem parvorum. Et ſi occaſione vulneris, condemnetur in ſol. centum parvorum. Si vero habitator civitatis Belluni vel burgorum, vel forenſis confinatus per Rectorem civitatis occaſione alicujus offenſionis, vel injuriæ offenderit partem adverſam, condemnetur in libris quinquaginta parvorum & nihilominus bannum offenſionis admittat. Et ſi non offenderit, ſed confinia abſque licentia Rectoris exi-

exiverit, condemnetur in ſol. centum denar. Si vero habitator villarum vel diſtrictus partem adverſam offenderit, condemnetur in libris vigintiquinque denar. & nihilominus bannum offenſionis admittat. Et ſi non offenderit, ſed confinia abſque licentia Rectoris exiverit, condemnetur in ſol. ſexaginta denar. Si vero aliquis quacunque de cauſſa confinatus fuerit extra diſtrictum Belluni per Rectorem communis Belluni confinia fregerit, & venerit in civitate Belluni vel burgis, vel diſtrictum, in libris centum denar. condemnetur, & nihilominus bannum offenſionis admittat. Si aliquem offenderit in civitate Belluni vel diſtrictu, & ſi alibi iverit abſque licentia Rectoris Belluni condemnetur in libris quinquaginta parvorum.

De pena rixantium preceptum Rectoris contemnentium. Cap. CIX.

ITem, quod Rector civitatis Belluni occaſione alicujus rumoris, vel rixæ præceperit, vel præcipi fecerit aliquibus rixantibus, vel aliquibus perſonis, de quibus dubitaret, quod rixa poſſet creſcere, vel oriri, quod diſcedant a dicta rixa, ſeu rumore, ſive loco rixæ, & hoc facere contempſerint. Si rixa fuerit in palatio habitationis domini Rectoris, vel in domo communis, vel in platea, vel in foro civitatis Belluni, vel in quolibet alio loco, condemnetur qui contempſerit præcepta D. Rectoris, arbitrio D. Rectoris ſecundum qualitatem facti, & conditionem perſonarum.

De ſecuritatibus dandis, de non offendendo adverſarium. Cap. CX.

ITem, ſi quis habet guerram cum aliquo habitante in civitate Belluni, vel diſtrictu, quod una ſecuritas ad petitionem ſui adverſarii accipiatur de trecentis libris denariorum, vel pluris quantitatis, aut minoris, & prout videbitur D. Rectori de non offendendo ſuum adverſarium. Et ſi eam facere denegaverit, confinetur de civitate Belluni per Rectorem, & Conſules, & ſi quo tempore veniret in civitatem Belluni, vel diſtrictum, exiſtens confinatus, condemnetur in libris quinquaginta parvorum. Idem obſervetur in quolibet forenſe, quem habitator civitatis Belluni, & diſtrictus haberet ſuſpectum, ne offenderet eum, facta prius fide D. Rectori de ſuſpicione, & guerra, & intelligatur forenſes omnes illi, qui non ſunt de juriſdictione civitatis Belluni.

Digitized by Google

HÆC SUNT STATUTA DE PIGNORIBUS, ET RE VENDITA DUOBUS.

De Pœna Revellantis pignus Præconi. *Cap. CXI.*

SI quis revellaverit pignus Præconi, & hoc conſtiterit Judici per relationem præconis, & per unum teſtem, condemnetur communi in ſold. ſexaginta parvorum, & qualibet vice, in caſu, quo revellans negaverit. Et ſi teſtem non habuerit, & adverſarius negaverit, non valeat revellum. Medietas quarum condemnationum ſit communis, & alia medietas ſit illius, ad cujus petionem fieri debeat dictum pignus. Et teneatur præco ire ad domum habitatam per illum, quem debuerit pignorare pro pignore faciendo. Et teneatur præco nominare, & manifeſtare locum ubi factum fuerit dictum revellum, & aliter revellum non valeat, & intelligatur revellum factum eſſe, ſi perſonaliter repertus domi, pignus revellaverit, & ſi alibi in civitate Belluni, vel burgis, ſi in civitate, vel burgis habitaverit, requiſitus per præconem. Si vero perſonaliter non reperiretur, & præco iverit ad domum habitatam per debitorem, & uxor ſua, mater, frater, vel ſoror, ſeu filius, vel aliquis alius de ſua familia, majores tamen viginti annis, pignus prima voce non dederint, revellum non fiat per præconem, niſi ſecunda vice uno alio die redierit pro pignore faciendo. Et ſi denegatum fuerit pignus per aliquem ex prædictis; tunc Revellum fiat per præconem debitori tantum. Idem intelligatur, videlicet, quod poſſit fieri revellum per præconem, ſi præco petierit bis ad domum ſolitæ habitationis debitoris pignus ſibi aſſignari, vel reſtitui, & non reperierit aliquem, vel aliquam, qui pignus ſibi aſſignet, vel reſtituat. Et quod quilibet a quo, vel a qua petitum fuerit pignus per præconem, ſeu familiam Rectoris patienter dimittat ſe tentare in ejus habitatione, vel alibi, ubi præco voluerit, vel familia Rectoris, ſi habet pignus. Alioquin eo ipſo revellum intelligatur. Et teneatur ſtatim Rector facto revello omni die ad voluntatem creditoris debitorem detinere, vel detineri facere. Nec de carceribus relaxari poſſit debitor, niſi ſatisfaciat creditori, & de eorum bonis accipere, & pro pignore accipi facere ad voluntatem creditoris, & de ipſis bonis excuſſionem facere incontinenti. Et quod creditori per detentionem debitoris perſonaliter non præjudicetur circa pignorum captionem, vel e converſo. Sed poſſit ſimul, & ſemel, & ſeparatim, & diviſim utroque modo agere, & experiri. Et quandocumque Revellum factum fuerit alicui perſonæ per præconem, intelligatur dictum revellum fore legitime factum. Ita quod nullo

modo

Digitized by Google

modo poſſit annullari prætextu alicujus ſolemnitatis omiſſæ, in præſenti ſtatuto contentæ, vel aliqua alia ratione, vel cauſſa. Si illa perſona, cui factum fuerit revellum, uſque ad octo dies facto ſibi præcepto per præconem ſemel perſonaliter, vel bis ad domum habitationis ſuæ, non venerit ad ſe excuſandum, & ſe defendendum a dicto revello, de quo præcepto citationis prædictæ ſtetur relationi præconis. Illud idem intelligatur in revello facto occaſione pignoris non reſtituti. Exceptis in feſto Nativitatis Domini cum ejus vigilia, & duobus diebus poſt ipſum feſtum, & in feſto Circumciſionis, & in feſto Pentecoſtes cum ejus vigilia, Epiphaniæ cum ipſius vigilia, & in feſto Reſurrectionis Domini cum tota ſeptimana ſancta, cum duobus diebus poſt ipſum feſtum. Salvo, quod carcerati iſtis de cauſſis poſſint cedere bonis ſuis, & in feſtivitatibus Sancti Georgii, & Sancti Blaſii.

Quod nemo audeat contrahere cum perſona faciente revellum, ſi hoc proclamatum fuerit per Præconem. Cap. CXII.

NUllus homo, ſeu perſona aliqua audeat, vel præſumat contrahere, nec aliquem contractum facere cujuſcumque conditionis exiſtat cum tali faciente revellum, facta prius proclamatione per præconem ex parte Rectoris in foro civitatis Belluni, quod nullus homo, vel perſona audeat contrahere cum tali perſona revellante, & in ſcalis palatii civitatis Belluni nominando perſonam, quæ fecit revellum, & ad cujus petitionem, & pretium, ſive præſam, pœna contrahenti cum revellante, ſive cum eo, qui revellum fecerit ſoldorum centum parvorum, abſque aliqua alia ſententia ipſo facto. Et in eadem pœna incidat ipſe revellans, qui ſic contraxerit cum ipſo, & prædicta locum habeant ſive per ſe contrahat, ſive per interpoſitam perſonam, & prædicta durent, donec ſatisfecerit ſuis creditoribus, vel dederit ſufficiens pignus, vel in concordio fuerit cum ipſis creditoribus. Et de prædictis ſimiliter fiat proclamatio. Quarum pœnarum medietas ſit communis, & alia medietas creditoris, qui creditor de prædictis ſolus poſſit accuſare, & non alius, vel ejus procurator, & idem obſervetur in quocumque, & contra quemcumque, qui non reſtituerit pignus præconi ſecundum præceptum ei factum ex parte D. Rectoris alicui habitanti in villis, ſurnis, ſeu montaneis civitatis Belluni.

De pœna auferentium pignus Præconi. Cap. CXIII.

ITem, quod poſtquam pignus factum fuerit per præconem, nullus debeat ipſum pignus occupare, nec accipere, nec auferre præconi ſua

Digitized by Google

ni ſua auctoritate particulariter, vel in totum, in banno ſol. centum parvorum, & nihilominus reſtituat in præconem dictum pignus, vel æſtimationem. Tertia pars cujus banni ſit accuſatoris, & aliæ duæ ſint communis. Et ſi accipiens eſt debitor, detineatur in carceribus, donec ſolverit debitum, & pœnam.

De pœna alienantis, vel vendentis duobus eamdem rem mobilem, aut immobilem. Cap. CXIV.

SI quis venditor rem mobilem, vel immobilem duobus alienaverit, inſolidum ſeparatim, ſcilicet diverſis temporibus, libras vigintiquinque denariorum pro banno Communi componat. Et prima venditione dumtaxat remanente, cogatur venditor ſatisfacere ei, in quem ſecunda alienatio facta fuerit, & de omni ſuo damno, & intereſſe ſine ſtrepitu judicii, & ſine controverſia, & quærela, & debeat, & poſſit detineri, & incarcerari, nec inde relaxari, niſi primo reſtituerit prætium venditionis ejuſdem rei venditæ, cum damnis, expenſis, & intereſſe ei emptori, qui non habuerit rem venditam, nec habere poterit. Et prædicta locum habeant non ſolum in futuris, ſed etiam in præteritis, & ſit hoc ſtatutum præciſum, & quod dictum eſt de prima venditione rata tenenda, locum habeat: Niſi poſterior emptor apprehenderit corporalem poſſeſſionem rei venditæ prius quam emptor prior: quia tunc poſterior emptor ſit potior emptore priore in re, ſeu poſſeſſione qualibet vendita; ſalvo, quod in re mobili ſit arbitrio D. Rectoris in minus condemnare ſecundum qualitatem, & valorem rei.

HÆC SUNT STATUTA DE MOLENDINARIIS, ET PISTORIBUS.

Quod nullus Molendinarius debeat emere, aut vendere blavam, vel farinam ad ſuum Molendinum. Cap. CXV.

STatuimus, & ordinamus, quod nullus molendinarius debeat emere blavam, vel farinam, aut ſoventrum, vel ſemolas per ſe vel interpoſitam perſonam ad ſuum molendinum, nec alicui conſentiat vendere euntis ad ſuum molendinum ad maſinandum. Et ſi ſciverit aliquem nuntium, ſeu famulum contra prædicta facere, quod idem molendinarius teneatur, & debeat denunciare domino, vel dominæ illius famuli. Et ſi quis molendinarius contra prædicta fecerit, ſeu non adimpleverit, ut dictum eſt, pro banno communi ſolvat ſoldos ſexaginta parvorum. Tertia pars cujus banni ſit accuſatoris, & duæ communis.

Qua-

Qualiter Molendinarii recipiant rationem ſuam.
Cap. CXVI.

ITem, quod molendinarius teneatur recipere rationem ſuam molendinariæ in præſentia illius, cujus fuerit ſeges, vel blava, vel nuntii ſui. Et qui contrafecerit, qualibet vice ſolvat communi ſol. decem parvorum pro banno. Tertia pars cujus banni ſit accuſatoris, & duæ communis. Et quilibet molendinarius ſub dicto banno teneatur mittere nuntium ſufficientem cum aſino, qui poſſit omnia bladæ, vel farinas ponere ſuper ſuum aſinum, vel aſinam, & ipſum onus deponere ad domum domini bladæ, vel farinæ, pœna ſoldorum decem parvorum pro qualibet vice, & ad reſtitutionem bladæ, vel farinæ.

De pœna Piſtorum non vendentium panem bene coctum.
Cap. CXVII.

QUilibet piſtor, ſeu pancogolus, ſive pancogola faciens panem ad vendendum debeat, & teneatur facere panem bene coctum. Et qui contrafecerit, ſolvat qualibet vice communi denar. duodecim pro unoquoque pane male cocto. Item quilibet pancogolus, & piſtor panem faciens ad vendendum ponat ipſum panem in furno, ita quod unus non tangat alium, niſi a duabus partibus. Et qui contrafecerit, ſolvat denar. duodecim pro quolibet pane, & qualibet vice. Item, quod quilibet piſtor, ſeu pancogolus cum facit panem ad vendendum facere teneatur, & faciat illum de bona penſa, & juſta, & juſto pondere. Et qui contrafecerit ſoldos quinque denariorum ſolvat qualibet vice, & pro qualibet uncia panis minus ponderis. Si autem panis fuerit de mala penſa minus, quam de una uncia, condemnetur pro quolibet pane in ſoldis duobus parvorum, & panis falſus auferatur ei, & detur pauperibus in foro, vel in platea, & quod quilibet piſtor, ſeu pancogolus teneatur dictum panem factum ad vendendum bullare cum bulla datiariorum, ſub pœna duodecim denar. pro unoquoque pane, & perdendi ipſum panem: qui detur pauperibus, & quidquid dictum eſt de piſtore, & pancogolo, intelligatur etiam de piſtrice, & pancogola.

De propoſitione facienda de dando lapidem Pancogolis.
Cap. CXVIII.

ITem ſtatuimus, quod Rector civitatis Belluni teneatur ſingulis duobus menſibus proponere ad conſilium inter ſapientes de modo dan-

Digitized by Google

tre Leggi in tal propoſito, in tutto, e per tutto, come è diſpoſto, facendo perciò le preſenti intimare a chi occorerà, e ſara dal Preſentator nominato, ed avendo in contrario reſcriverne.

Datum in Noſtro Ducali Palatio die 26. Februarii Ind. VII. 1687.

Excelſi Conſ. X. Segr.
Antonius de Nigris.

Ordini della Camera de Pegni, e Tanſe de Officiali, e Commandadori.

L'Eſtorſioni praticate da' Sbirri nelle eſecuzioni civili contro i poveri Contadini del Territorio da molti anni in quà, e che anco hodiernamente ſi praticano coll'eſterminio de' poveri miſerabili, hanno neceſſitati gl' Intervenienti di queſto Territorio di far ricorſo al Conſeglio Maggiore della Città per implorarne la ſua aſſiſtenza al divertimento d'un tanto male, che tende alla total diſtruzione della povera Contadinanza, acciò le ſiano interpoſte le più proprie, e neceſſarie proviſioni; Laonde dal medeſimo Maggior Conſeglio ſiamo ſtati eletti Noi Deputati inſraſcritti, acciò maturata materia tanto importante colle proprie conſiderazioni aveſſimo a penſarne i rimedj più opportuni, che perciò abbiamo ſtimato, oltre gl' Ordini già ſtabiliti dalla Camera de Pegni, quali tutti abbino ad eſſer pontualmenre eſequiti, d' aggionger li ſeguenti, per ſupplicarne dalla Publica pietà l' approbazione, perchè tendono al ſolievo de' poveri debitori, ed alla maggior ſicurezza d' eſiggerſi da Creditori li loro Crediti, e al buon, e retto governo della Camera de Pegni, Officio diſtribuito dal medeſimo Conſeglio della Città.

1 Che non potendo gli Officiali, per gl' Ordini decretati dall' Eccellentiſſimo Senato 1685. 3. Giugno colle eſecuzioni Civili levar Pegni a' debitori per il credito, e ſpeſe, ſenza l' aſſiſtenza de' Giurati di quelle Ville, nelle quali fanno l' eſecuzioni, debbano, e ſiano tenuti eſſi Giurati, doppo, che dalli Officiali le ſaranno conſegnati li Pegni, condurli alla Camera, e conſegnarli al Cameriere nelli giorni deſtinati da gli Ordini Gritti ſudetti; non potendo, nè dovendo eſſi Giurati, doppo che averanno avuto dalli Officiali li Pegni in conſegna, reſtituirne alcuno, nè a debitori, nè a gli Officiali, nè meno condurne alla Caſa del Conteſtabile, nè degli Officiali medeſimi, ma debbano condurſi come ſopra alla Camera.

2 Che gli Officiali, che faranno l' eſecuzioni non debbano rice-

ver da debitori dinaro, nè per credito, nè per ſpeſe delle loro Tanſe, ma debbano levar li Pegni alli debitori, e conſignarli alli Giurati, acciò li conduchino alla Camera, come ſopra.

3 Che non poſſano, nè debbano li Officiali levar pegni a debitori per le Tanſe loro dell' eſecuzioni, ſe non aſſicurano per il credito, non potendo mai il Cameriere girar partita de pegni per le ſpeſe delli Officiali, ſe non ſaranno ſtati levati anco Pegni per il credito unicamente.

4 E perchè gli Officiali molte volte ſi ſono inteſi con li debitori, e da eſſi ricevono il dinaro per le ſpeſe delle loro Tanſe, tralaſciando d' aſſicurare per il Credito in pregiudizio non ſolo del Creditore, ma anco col danno de poveri debitori, tornando poi con le steſſe aſſicurazioni per il medeſimo Credito più volte, così che queſti ſi conſummano in ſpeſe, ſenza pagar il loro debito, che convengono poi pagar con tante ſpeſe repplicate; non debbano perciò li Officiali ricever il dinaro delle ſpeſe, ma ſiano tenuti di levar a i debitori li pegni, per il credito, e ſpeſe come ſopra.

5 E perchè eccedono di gran lunga il giuſto le ſpeſe delle Tanſe degli Officiali, che vanno annichillando la povera condizione de miſerabili Contadini, reſtino liquidate le loro Tanſe, come ſegue.

Quando fanno eſecuzioni per ſoldi cinque ſino alli ſoldi dieci, ſia la loro Tanſa	L. —: 4
Dalli ſoldi dieci ſino a L. 1 : 5.	L. —: 10
Dalle L. 1: 5. ſino a L. 2: 10.	L. —: 15
Dalle L. 2: 10. ſino a L. 5.	L. 1: —
Dalle L. 5. ſino a L. 10.	L. 1: 4
Dalle L. 10. ſino a L. 15.	L. 1: 10
Dalle L. 15. ſino a L. 20.	L. 1: 15
Dalle L. 20. ſino a L. 25.	L. 2: —
Dalle L. 25. a L. 50.	L. 2: 10
Dalle L. 50. a L. 100.	L. 3: 2
Dalle L. 100. a L. 300.	L. 4: —
E per qualſiſia maggior ſumma	L. *6*: 4

6 Che procedendo buona parte de' diſordini nella Camera dell' uſo praticato dagli Officiali col Cameriere di farſi dar il dinaro delle Tanſe loro, quando conſegnano in Camera li Pegni, e il Cameriere con ſuo particolar civanzo di darglielo prima di venderſi il Pegno levato per il Credito, e ſpeſe, non potendoſi in tal modo vedere, ſe ſia l'aſſicurazione ſufficiente per l' intiero debito, o per parte, acciocchè poſſino ad eſſi Officiali eſſer corriſpoſte le loro Tanſe, a proporzione di quello ſarà aſſicurato per il Credito; reſti

Digitized by Google

reſti perciò eſpreſſamente prohibito al Cameriere, per levare queſto abuſo, di dare dinaro a gli Officiali delle Tanſe loro, ma ſolamente col tratto, che ſeguirà della pegnora levata, doppo, che ſaranno ſpirati, e venduti li pegni per credito, e ſpeſe, che dovranno eſſer venduti in un medeſimo tempo, acciò che all' ora, e non prima, abbiano a contribuirſi ad eſſi Officiali le loro Tanſe a proporzione di quello s'averà ricavato dalla vendita de Pegni per il Credito, così che, ſe ſarà intieramente pagato il debito, abbiano a conſeguire anco l' intiera loro Tanſa, e ſe in parte ſarà pagato il debito a proporzione di quella parte, ſia anco data a' Miniſtri parte della loro Tanſa, e non altrimenti; E contrafacendo il Cameriere ſia perciò tenuto a pagar il credito intieramente col proprio.

7 Che dal Maggior Conſeglio ſiano ogn'anno creati due Deputati, quali abbiano da rivedere il Libro della Camera tenuto dal Cameriere, e trovando traſgreſſioni commeſſe da eſſo contro alli prenarrati ordini, e a tutte l' altre regole della Camera debbano riferirle nel Conſeglio, per quelle proviſioni, che pareranno proprie al medeſimo Conſeglio, perchè abbiano ad eſſer corrette dalla Giuſtizia, anco Criminalmente, in autorità de quali Deputati, e commiſſione ſia di far eſequire, durante la loro Deputazione, con pontualità tutti eſſi ordini della Camera, e preſenti.

8 Che avendo li Officiali l' eſecuzioni contro Debitori, ſe prima della loro partenza dalla Città, per farle, aveſſero li loro debitori pagato il loro debito, debbano fermare le medeſime eſecuzioni, nè poſſano pretender ſpeſe di Tanſa; Ed eſſendo in Campagna per far l'eſecuzioni, capitando ricevuta dal Creditore, prima che foſſe fatta l'eſecuzione, abbiano a conſeguire la metà della Tanſa ſolamente.

9 E perchè ſono ſtati introdotti quattro Commandadori per ſolievo de poveri Diſtrittuali dalle ſpeſe, che facevano li Sbirri con le predette eſecuzioni, cioè Intimazioni, Citazioni, e commiſſioni per forza, ſiano, e reſtino regolate le ſpeſe dei medeſimi Commandadori, che per le commiſſioni per forza di qualunque ſumma di Credito, non poſſa ecceder la ſpeſa loro di ſoldi trenta, ripartiti, come ſegue

Dalle L. 1. ſino a L. 10.	L.	— :	4
Dalle L. 10. ſino a L. 25.	L.	— :	6
Dalle L. 25. ſino a L. 50.	L.	— :	10
Dalle L. 50. ſino a L. 100.	L.	— :	15
Dalle L. 100. ſino a L. 300.	L.	1 :	4
E per qual ſi ſia maggior ſumma	L.	1 :	10

Non potendo mai eſſi Commandadori dar a gli Officiali eſecuzione delle loro Tanſe, ma debbano eſſi per eſſe Tanſe levar Pegni a debitori, ſenza altra ſpeſa, e conſignarli al Giurato per portarli alla Camera.

10 Che li Commandadori debbano ogni Reggimento eſſer cambiati, così che uno, che foſſe ſtato in una Pieve non poſſa eſſere condotto ſopra la medeſima Pieve il Reggimento ſeguente.

11 Che tutti li prenarrati Ordini, e tutti li altri della Camera, debbano eſſer eſequiti, e obbediti, tanto dal Cameriere, per quello riguarda le ſue obbligazioni, ſotto pena di privazione della Carica, da incorrerſi ipſo facto, per qualunqne ſua traſgreſſione oltre il procederſi criminalmente dalla Giuſtizia Criminale, per le mancanze ſue nel proprio Officio di tanta importanza, quanto debbano pure eſſer obbediti, ed eſequiti dalli Officiali, e Giurati delle Ville in tutto quello, che riguarda le loro obligazioni prenarrate, ſotto pena a Sbirri della privazione del loro Officio da incorrerſi ipſo facto, per qualunque loro traſgreſſione, e di eſſer anco ſottopoſti a quei caſtighi, che pareranno alla Giuſtizia Criminale meritare le traſgreſſioni, e a Giurati, che traſgrediſſero le loro obligazioni ingionteli dalli prenarrati ordini, in pena d'eſſer puniti dalla medeſima Giuſtizia.

12 Che gli Eſatori delle Gravezze particolari della Città, Scrivani di Legne, e Mercato, non poſſino mandar eſecuzione, ſe prima non averanno fatto ſeguire un' intimazione ſenz' alcuna ſpeſa dell'Eſatore, o Creditori ſudetti, alla Caſa del particolar debitore, dovendo conſeguire il Commandadore per tali intimazioni un ſoldo per cadaun debitore.

13 Che acciò ſiano veduti da tutti tanto li prenarrati ordini, quanto gli altri concernenti la materia d'eſecuzioni, e dalla Camera, debbano eſſer ſtampati, ed affiſſi nel luoco della Camera, ad intelligenza d'ognuno, perchè abbiano ad eſſer con pontualità eſequiti.

Quali Capitoli ſiano, e s'intendino per Città, Borghi, e Territorio.

(*Prudenzio Giamoſa K. Deputato.*

(*Giacomo Antonio Miari q. Galeazzo Deputato.*

(*Brandolino Pagani Deputato.*

Girolamo Pagani Cancellier.
1689.

Digitized by Google

1689. 16. Genaro.

Preſentata dagl' Illuſtriſſimi Signori Conſoli della Città, ed Intervenienti del Territorio.

DOMINIUM VENETUM &c. Nobili, & Sapienti V. Leonardo Diedo de ſuo mandato Poteſtati, & Capitaneo Civitatis Belluni, fideli dilecto ſalutem, & dilectionis affectum.

UNiti alle voſtre Lettere 26. dei paſſato ſi ſono ricevuti i Capitoli ſtabiliti da coteſto Conſeglio con gl' Ordini da oſſervarſi nella Camera de Pegni a ſolievo de' Territoriali, e altri debitori della Città, per eſimerli dagli aggravj, e veſſazioni de Miniſtri, nel rifleſſo però, che mirano li Capitoli ſteſſi al benefizio de poveri Sudditi, e al buon governo della Camera de Pegni predetta, concorre il Senato ad approvarli, onde abbino a riportarne pontuale la loro eſecuzione, e a reſtar la Città, e Territorio medeſimo nel poſſibile ſollevato, e contento.

Datum in Noſtro Ducali Palatio die 13. Januarii Ind. XI. 1688.

Iſeppo Zuccato Segr.

Che le Oſtarie, e Beccarie della Città, e Territorio di Belluno reſtino in libero poſſeſſo della Città ſteſſa giuſto li ſuoi Privilegj.

DOMINIUM VENETIARUM, &c. Nobilibus, & Sapientibus Viris Leonardo Diedo de ſuo mandato Poteſtati, & Capitaneo Civitatis Belluni, & Succeſſoribus fidelibus dilectis ſalutem, & dilectiones affectum.
Significamus vobis hodie in Conſilio noſtro Rogatarum captam fuiſſe partem tenoris infraſcripti. Videlicet

ESſendo in poſſeſſo la Città di Belluno di diverſi Dazii, e trà queſti quelli dell' Oſtarie, e Beccarie di detta Città, e di quel Territorio fino dalla prima volontaria dedizione 1420. ed approvata 1424. con l'annua contribuzione di Ducati mille duecento V.C. è ricorſa con ſua ſupplicazione, perchè ſi ſia preſervato doppo tanto tempo il libero poſſeſſo, non oſtante la vendita decretata del Jus delle Oſterie, e reſtando dal Magiſtrato de' Preſſidenti ſopra l'Eſſazione del Denaro pubblico, e dal Podeſtà, e Capitaneo di Belluno

luno confermata la valida ſuſſiſtenza de' ſuoi Privileggj, e d'avere ſoddisfatto ſin ora preſente con pontualità al proprio obbligo; Riſolvemo anco d'eſaudire l'inſtanze della medeſima Città; però l'andarà parte, che per le ſopradette ragioni reſti incaricato il Magiſtrato de Preſſidenti ſopra l'eſſazione del denaro pubblico di far levar dalla Tavolella delle vendite l'Oſtarie, e Beccarie della medeſima Città di Belluno, così che abbia a continuare il godimento delle predette Oſtarie, e Beccarie, in ordine alli ſuoi antichi Privileggj, non dovendo però eſſer in quelli compreſi li nuovi Dazj impoſti. Has autem regiſtratas præſentanti reſtituite.

Datum in Ducali Palatio die 10. Aprilis Ind. XI. 1688.

Gio: Franceſco Marcheſini Segr.

Che nelle pubbliche funzioni, & accompagnamento de' Pubblici Rappreſentanti, li Conſoli della Città procedano agli altri Cittadini.

DOMINIUM VENETIARUM, &c. Nobili, & Sapienti Viro Jacopo de Rippa de ſuo mandato Poteſtati, & Capitaneo Belluni fideli dilecto ſalutem, & dilectionis affectum.

VEnendo per Privileggio, che gode queſta fideliſſima Città di tempo in tempo deſtinati dal loro Conſiglio quattro Conſoli del corpo del medeſimo, che rappreſentano la ſteſſa Città, ed aſſiſtono alle Giudicature Criminali, quali in ordine ad antique conſuetudini nelle Pubbliche fonzioni, e accompagnamento de' Pubblici Rapreſentanti, o ſuoi Vice-gerenti precedono agl' altri Cittadini tutti; Perciò a umiliſſimo ricorſo del Nonzio della Città ſteſſa, con la preſenza di Vicenzo Benetti Deputato eſſendo noſtra intenzione, che il detto Privileggio, con antique conſuetudini ſudette ſiino conſervate, e finalmente eſſequite. Vi commettemo con li Capi del Conſiglio Noſtro di X. che quelli facciate oſſervare, ed eſequire cariche eſſi Conſoli nelle funzioni predette, e accompagnamento de' Pubblici Rappreſentanti, o ſuoi Vice-gerenti, così nei Sindicati di Agordo, e Zoldo, come in qualunque altra pubblica funzione, che poteſſe occorrere, niuna eccettuata in quella Città, e Territorio, abbino la precedenza del luogo da cadun altro, come è giuſto, e conveniente, e ſe vi foſſe uſo, e alcuna coſa in contrario, reſcriverete.

Datum in Noſtro Ducali Palatio die 14. Julii Ind. I. 1693.

Excelſi Conſil. X. Joſeph Cavagnis Segr.

Che

Che la Viſita nel ſindicato d' Agordo, e Zoldo abbia a praticarſi nel tempo prefiſſo, e per una ſol volta nel corſo di cadaun Regimento dal Publico Rappreſentante, o ſuo Vicario, e con l' accompagnamento da deſtinarſegli dal Conſeglio della Città.

SYLVESTER VALERIO DEI GRATIA DUX Venetiarum &c. Nobilibus, & Sapientibus Viris Jacobo à Ripa de ſuo Mandato Poteſtati, & Capitaneo Civitatis Belluni, & Succeſſoribus fidelibus dilectis ſalutem, & dilectionis affectum.

Essendo conveniente, e giuſto, che ſiano preſervati à conſolazione di coteſta fedeliſſima Città li Statuti confirmatigli al tempo della ſua dedizione, dovemo alla Virtù voſtra notificare tale Publica volontà, perchè quanto ſia particolarmente alla Viſita determinata nel Sindicato d' Agordo, e Zoldo habbia queſta à praticarſi nel tempo prefiſſo, e per una ſol volta nel corſo di cadaun Reggimento, ò ſia perſonalmente dal Publico Rappreſentante, ovvero mandandovi il proprio Vicario, e con l' accompagnamento da deſtinarſegli dal Conſeglio della Città giuſta la forma dei Statuti medeſimi, e haverà pure intorno la precedenza dei Conſoli della Città ſteſſa ad oſſervarſi intieramente il preſcritto delle Ducali di queſto Conſeglio di 29. Maggio 1637., e 27. Luglio 1675., di che tutto doverà la voſtra pontualità far ſeguir dove occorreſſe le note neceſſarie, perchè anche da Succeſſori poſſa in conformità eſequirſi.

Datum in noſtro Duc. Palatio die 21. Aprilis Ind. 2. 1694.

Marinus Angelus de Nigris Sec.

Adì 25. *Giugno* 1694.

Reff. Franceſco Biſato V. Fante haver intimato le preſenti Ducali à D. Sargnan Sargnan Apollonio Conſole d' Agordo perſonalmente per nome anco di Fioravante Coſta ſuo Collega, nec non à Dom. Zuanne da Campo Sindico d' Agord per nome anco de ſuoi Collega.

Tratta da altra ſimile eſiſtente nel Libro Regiſtro delle Ducali eſiſtente nell' Archivio Pretorio per mano di me ſottoſcritto.

Data dall' Offizio ſudetto li 27. Maggio 1725.

Ottavian Solven Archiviſta Pret.

Non

Non ſiano fatti esborſi per conto di Gravezze, e Dazj della T. F., ſe non in Camera; e le pene non eccedano il dieci per cento.

1695. *Adì* 11. *Decembre. Recepta.*

SYLVESTER VALERIO DEI GRATIA DUX Venetiarum &c. Nobili, & Sapienti Vito Thomæ Marcello de ſuo Mandato Poteſtati, & Capitaneo Civitatis Belluni, & Succeſſoribus fidelibus dilectis ſalutem, & dilectionis affectum.

NElla materia molto importante dell' Eſazione de debiti in ragione di Tanſe, Campatici, e Dazj della T. F., che dopo il corſo limitato poſſano con l'ordine, e tempo ſtabilitogli dalle Camere dei Magiſtrati di queſta Dominante, ſi ſono ricevute diligenti informazioni dall' attenzione dei 3. Deputati alla Proviſion del Danaro, e così dalla virtù dei Rettori di Padova, e al zelo dei Proveditori ſopra le Camere, col motivo anco delle ſupplicazioni d' eſſa fedeliſſima Città, e Territorio per eſſer giuſtamente ſollevate dall' indebite veſſazioni, & aggravj de Miniſtri, e havuteſi ad ogni punto le conſiderazioni, e rifleſſi neceſſarj, dovemo dirvi eſſere di noſtra riſſoluta intenzione, e volontà, che pur à coteſta parte venga pontualmente eſequita la Terminazione de Sindici, e Inquiſitori in T. F. de 8. Zugno 1674. come parimente li Decreti de dì 24. Febraro 1690., e 21. Maggio 1691. che vi rimettemo, preſi ſopra l' inſtanze di all' hora nel propoſito ſteſſo della Città, e Territorio di Verona, così che non debbano ſotto qual ſi ſia immaginabile preteſto eſſer fatti esborſi per conto di Gravezze, e Dazj, come ſopra, ſe non in coteſta Camera con i ſoliti giri per la medeſima, dai Miniſtri della quale, e non da altri in modo alcuno habbiano ad eſſere prontamente rilaſciate le cauzioni de pagamenti agl' intereſſati; volendo pure, che quanto cadauno intendeſſe d' addurre à proprio ſollievo ſia eſpoſto à Voi, e Succeſſori voſtri per eſſergli amminiſtrata Giuſtizia, ſempre con l'aſſiſtenza degli Avvocati Fiſcali, e del Miniſtro, che ſi trovaſſe coſtà ſpedito da Magiſtrati. Quanto alle pene dalle Leggi preſcritte, doverete ordinare, che le medeſime non debbano in qualunque caſo, e tempo, ne per qual ſi ſia motivo ecceder in tutto, e per tutto le X. per cento, e che à maggiore esborſo ſotto alcun immaginabile preteſto non habbiano à ſoccombere i debitori, da eſſer il dinaro, così delle pene ſteſſe, come del Capitale, ſe l' eſazione ſegua negl' anni à Magiſtr. ſpettanti eſſer con pontualità, e con le neceſſarie note traſmeſſo reſpettivamente à Magiſtrati medeſimi, onde ſe ne faccia la ri-

par-

De mulieribus ſedentibus ex oppoſito alterius mulieris in porticibus. Cap. CXLVIII.

ITem, quod nulla mulier per ſtratam publicam a porta de Rudo uſque ad portam Dojoni non poſſit, vel debeat ſedere ſub porticu aliquo, tenendo ſpallas verſus ſtratam ex appoſito alterius mulieris ſedentis ſub eadem porticu, & tenentis ſpallas verſus domos. Et in pœna & banno ſol. viginti parvorum pro qualibet, & qualibet vice. Et quilibet poſſit accuſare, & habeat medietatem banni.

De altanis, vel ædificiis extra domos non faciendis verſus ſtratam publicam eminentibus. Cap. CXLIX.

STatuimus, quod nullus homo, vel perſona civitatis Belluni modo aliquo vel ingenio audeat, vel præſumat habere, facere, vel tenere extra domos ſuas verſus ſtratam publicam extra murum, vel parietem directum, quo conſtructa erit ipſa domus aliquam altanam, vel aliquod aliud ædificium, vel aliquod appenſum conſtructum ad formam alicujus ædificii. Pœna, & banno cuilibet contrafacienti ſol. centum parvorum pro quolibet, & qualibet vice. Et nihilominus ipſam altanam, ſeu quodlibet aliud ædificium removere teneatur. Et quilibet poſſit accuſare, vel denuntiare, & habeat medietatem banni. Et ille, qui electus fuerit de decena cauſſa manifeſtandi, ſive denuntiandi aquas, ſive immunditĭes projectas de domo alicujus in ſtratas publicas, prædicta ſimiliter teneatur & debeat denuntiare pœna ſol. quinquaginta, & vinculo ſacramenti. Et nullus beccarius, vel alia perſona audeat projicere, vel dimittere in foro civitatis Belluni, nec alibi in aliqua via publica caldumina, ſeu aliqua alia interiora, vel ſanguinem alicujus animalis, ſeu beſtiæ mortuæ, vel occiſæ, nec cornua, nec ſcoiras, ſeu ſcolaturas, foveas, nec aliquos agnos, vitulos, ſeu catellos mortuos, nec vivos, nec aliquam aliam turpitudinem ſub dictis banno & pœna. Et ille prænominatus de decena ad hoc etiam electus, denuntiare teneatur ſub dictis banno & pœna, modo & forma, prout continetur in proxima præcedenti Rubrica: Dominus Miles teneatur inquirere: & ei credatur.

Digitized by Google

HÆC SUNT STATUTA SUPER OPERARIIS, ET CASSIATORIBUS VINI.

Quod ſi quis locaverit operas ſuas alicui ad laborandum, perſeveret in laborerio, uſque ad complementum. Cap. CL.

SI quis fuerit in ſervitio alterius, ſeu alicui operas ſuas locaverit ad laborandum & ſerviendum pro prætio eidem operas ſuas præſtare, ſeu ſervire in laborerio, & perſeverare uſque ad complementum laborerii ſecundum conventionem inter eos habitam debeat & cogatur; & ipſum laborerium nullo modo imperfectum relinquat ſine verbo, & conſenſu illius, cui operas ſuas ad ſerviendum locaverit. Excepto, quod ſi ille, qui operas ſuas conduxerit ad ſerviendum ſive laborandum non ſatisfecerit ſecundum conventionem inter eos habitam, & excepto, ſi juſtiſſimum haberet impedimentum, arbitrio Rectoris & Vicarii. Et qui contrafecerit, ſol. viginti parvorum pro banno componat communi, & nihilominus laborerium perficiat, & operas ſuas præſtet ſecundum conventionem & formam, uſque ad finem. Tertia pars cujus banni ſit domini laborerii, ſive conductoris, & duæ communis Belluni.

De pæna proponentis in conſilio communis Belluni de dando plauſtra, vel operarios alicui ſingulari Perſonæ. Cap. CLI.

ITem, quod ſi aliquis Rector, vel Conſul, vel Officialis communis Belluni non poſſit vel debeat proponere in conſilio communis Belluni de dando plauſtra, vel operarios aliquos alicui ſingulari perſonæ; quod ſi propoſuerit aliquod contra prædicta, perdat libras vigintiquinque parvorum pro quolibet, & qualibet vice. Et ſi quis caſtaldio præceperit plauſtrum aut plauſtra alicui habitatori Belluni, vel aliquas operas in ſervitio alicujus perſonæ ſingularis, vel commiſerit alicui, quod præcipiat plauſtra, ſeu operas in ſervitio alicujus ſingularis perſonæ, condemnetur caſtaldio qualibet vice in libris vigintiquinque den. Et ille, qui præceperit plauſtra vel operas ex commiſſione alicujus caſtaldionis, pro qualibet vice condemnetur in ſol. centum den. communi Belluni. Et ille, cui præceptum fuerit plauſtrum vel operam, & dederit, ſeu fecerit plauſtrum vel operam ſibi præceptum, vel præceptam, condemnetur in ſold. quadraginta parvorum pro quolibet, & qualibet vice. Et hoc ſtatutum ſervetur præciſe.

Infra

Digitized by Google

Infra quantum tempus Mercatores curare debeant recipere ſolutionem, & prætium rei venditæ. Cap. CLII.

STatuimus ad obviandum fraudibus & malitiis aliquorum, quod quilibet ſtationarius, mercenarius, & artifex in civitate Belluni & diſtrictu teneatur & debeat inſtare & curare cum dant, & vendunt etiam alicui de rebus ſuæ merzariæ vel ſtationis, ſeu ſuæ artis habere & recipere ſolutionem ſibi promiſſam debitam, & prætium rerum per ipſos de eorum ſtationibus venditarum, & traditarum infra biennium poſtquam eas dederint & vendiderint. Alias autem elapſo biennio a die traditionis per eos factæ de rebus quibuſcumque ſuæ merzariæ, ſtationis, vel artis, non audiantur, nec eis jus aliquod reddi debeat: ſed omnino per lapſum biennii ſit omni ſuæ actioni & petitioni præcluſa via, quam haberent contra talem cui dediſſent, aut ejus fidejuſſores, & promiſſores, vel mandatores, vel conſtitutores. Quod etiam locum habeat in quibuſcumque artificibus vel magiſtris, ſeu operariis, qui aliquid habere deberent ab aliquo ratione mercedis, vel laborerii, ſeu magiſterii cujuſcumque per ipſos præſtiti, quod eorum actionibus & petitionibus cauſis ſupraſcriptis præſcribatur ſpatio ſive per lapſum biennii: Salvo, quod ſi ſupraſcripti haberent inſtrumenta publica vel privata, ſeu judicis præcepta de eo, quod ſibi aliquid teneretur aliqua occaſione ex ſupraſcriptis; tunc non obſtet ei præſcriptio aliqua, niſi ſolummodo, ut obſtat aliis inſtrumentis, & chartis publicis & privatis, ut continetur ſub Rubrica de præſcriptionibus & chartis inefficacibus &c. Salvo, quod hoc locum non habeat ſi facta fuerit interruptio, quo caſu a die interruptionis innata iterum currat biennium: & ſic ſucceſſive de anno in annum. Eo etiam ſalvo, quod ſi ſtare, etiam biennio elapſo, voluerit creditor ſacramento debitoris de eo, quod ſibi tenetur, teneatur jurare, vel referre, ut in alio ſtatuto continetur. Et prædicta vendicent ſibi locum etiam in famulis & famulabus pediſſequis: ſalvo ſi haberetur confeſſio debiti; tunc a die confeſſionis prædictæ incipiat currere biennium prædictum. Declarantes ad cautelam, quod hoc ſtatutum non habeat locum in advocatis, procuratoribus, & notariis.

De Cariatoribus devaſtantibus Vinum, & de eo accipientibus. Cap. CLIII.

NUllus Cariator vini debeat devaſtare vinum, quod conduxerit aliquo modo vel ingenio per ſe, vel interpoſitam perſonam, vel de eo accipere ſine verbo & licentia domini vini. Et qui contra-

traſecerit, qualibet vice condemnetur in ſold. centum denar. Cujus banni tertia pars ſit accuſatoris, & emendet damnum ſacramento patientis damnum. Et de prædictis cognoſcatur ſummarie ſine ſtrepitu judiciarii ordinis.

De vegetibus conſignandis per Cariatores ſine læſione bullæ.
Cap. CLIV.

STatuimus, quod ſi quis fecerit conduci vinum de alieno diſtrictu in vegetibus ad civitatem Belluni, ſi vegetes vini fuerint conſignatæ plenæ vino, & bullatæ ſuper cochonum cariatori ſive cariatoribus, qui conduxerint ipſam vegetem vini per cannale, ita quod bulla, vel aza, vel charta per ſe non poſſit removeri, quod tunc talis cariator teneatur ipſam vegetem ſic plenam, & ſic bullatam domino vini conſignare ad ejus habitationem, vel ubi fuerint in concordia conducendi. Quod ſi non fecerit, & bulla ſic remota, vel aliter deſtructa: ita quod cochonum potuerit removeri, quod tunc in tali caſu ſi dominus vini reperitur habere damnum de dicto vino propter miſſionem aquæ, vel alterius deterioris vini, vel propter diminutionem vini, dolus, & fraus præſumatur contra cariatorem, intantum quod cogatur ad ſatisfactionem damni & intereſſe, ſacramento patientis damnum: ſalvo, quod ſi cariator probare poſſet, quod fuiſſet præter dolum & culpam per bonos teſtes, quod tunc non teneatur.

Quod Cariator cum quo factum fuerit mercatum, teneatur pro famula, fraudem faciente in conducendo vinum.
Cap. CLV.

ITem ſi Cariator cum quo dominus vini fecerit mercatum de menando vinum ad civitatem Belluni vel diſtrictum, mitteret ſuum famulum, vel aliam perſonam extraneam, & ipſa talis perſona veniret, vel faceret contra ſtatuta loquentia de cariatoribus, & non haberet unde ſolvere damnum & intereſſe, & condemnaretur, quod tunc ille cum quo eſt factum mercatum, teneatur ad omnia prædicta ſolvenda.

De pœna effundentium vinum culpa, & negligentia. Cap. CLVI.

STatuimus, quod ſi dolo culpa vel negligentia aut imperitia cariatoris, vel non boni plauſtri vinum veniendo per cannale effundatur, vel effuſum fuerit, quod tunc cariator, ſive dominus plauſtri teneatur ad emendationem damni & intereſſe vini effuſi domino

mino

mino vini, ſine quæſtione & querela, & ſummarie ſine ſtrepitu & figura judicii per Rectorem cognoſcatur ſuper prædictis omnibus, & aliis contentis in ſtatutis loquentibus de cariatoribus.

De denuntiatione facienda Rectori de nominibus cariatorum.
Cap. CLVII.

STatuimus, quod poſtquam vinum fuerit exoneratum, vel diſcargatum in habitationibus domini vini, eo die, vel ſequenti debeat dominus vini ire ad Rectorem, & denunciare nomina cariatorum vini, qua denuntiatione facta Rector per ſacramentum deferendum domino vini, teneatur ab ipſo inquirere ſi tales ſui cariatores ſervaverint ſtatuta loquentia de Cariatoribus circa ſua vina conducta. Et ſi manifeſtaverit aliquem, vel aliquos, qui non ſervaſſent ſtatuta; tunc ipſum repertum culpabilem, teneatur condemnare ſecundum formam ſtatutorum, & recipiat bonam ſecuritatem a tali cariatore ſic manifeſtato, antequam recedat de Palatio de condemnatione ſolvenda, & de damno, & intereſſe domini vini. Et ſi dominus non manifeſtaverit infra dictum terminum poſtquam vinum fuerit exoneratum, vel diſcargatum; tunc ab inde in antea non poſſit proponere querelam de cariatore, qui ipſum domini vini damnificaverit.

HÆC SUNT STATUTA SUPER MURO CIVITATIS.

Ne Murus Civitatis frangetur, aut devaſtetur.
Cap. CLVIII.

STatuimus, quod nullus debeat, nec poſſit frangere, ſeu devaſtare murum civitatis Belluni, ſine licentia Rectoris communis Belluni in pœna & banno capitis cujuslibet devaſtantis, & murum aptetur, ſeu reficiatur de bonis ipſius devaſtantis. Et nemo debeat fodere, ſeu ſapare, ſeu plantationem facere aliquam prope murum civitatis Belluni a parte exteriori per tres paſſus, & plus pœna & banno librarum vigintiquinque parvorum. Arbitrio Rectoris & minus, & teneatur removere plantam.

De non deſtruendis foveis Civitatis. Cap. CLIX.

ITem nemo fodere debeat, nec deſtruere foſſatum civitatis Belluni ab aliqua parte foſſati, nec ortum, nec ædificium aliquod facere, vel habere ibidem. In pœna & banno ſol. ſexaginta parvorum & ortum & ædificium ibi poſitum cogatur deſtruere. Et hoc locum habeat.

habeat in præteritis, præſentibus, & futuris. Et hoc intelligatur de proximiori foſſato exteriori civitatis Belluni.

Qualiter puniantur exeuntes Civitatem aliter quam per portas.
Cap. CLX.

ITem, quod nullus homo, neque perſona debeat exire civitatem Belluni fortilitiam, vel caſtrum ipſius civitatis, niſi per januas, ſeu puſterlas apertas. Et ſi quis contrafecerit tranſeundo ultra dictos muros, vel aliter exeundo civitatem Belluni vel intrando dictam civitatem, fortilitiam, vel caſtrum, pecunialiter, vel corporaliter etiam, uſque ad mortem incluſive puniatur arbitrio D. Rectoris & Conſulum, inſpecta qualitate facti & conditione perſonarum, temporis, & loci.

De inquiſitione facienda pro Rectorem circa muros Civitatis.
Cap. CLXI.

STatuimus, quod Rector, qui pro tempore fuerit, una cum Conſulibus, teneatur & debeat ſingulis quatuor menſibus in principio conſulatus dictorum conſulum, vel ſaltem uſque ad octo dies poſt eorum officium inchoatum ire circa muros civitatis Belluni, & videre ſi muri dictæ civitatis in aliquo videntur devaſtati. Et ſi ſunt aliqui habentes feneſtras, vel alia foramina, quæ non bene ſtent, ita quod propter ea periculum aliquod imminere poſſet, & contrafacientes punire D. Rectoris, & Conſulum arbitrio. Et quod eis apparuerit iniquum, illico facere removeri, vel aptari, ſub pœna librarum vigintiquinque parvorum Rectori de ſuo ſalario defalcanda, & librarum decem parvorum cuilibet dictorum Conſulum pro condemnatione.

HÆC SUNT STATUTA, DE AUIBUS, ET SPARAVERIO.

De pœna non expouentis per quatuor dies ſub Domo communii auxellum inventum. Cap. CLXII.

ITem ſiquis Actorem, vel trizolum, aut ſalconum, accipitrem, vel ſparaverium, muſcardum alienum invenerit, ſeu ad ipſum pervenerit, ipſum ſub domo communis per ſpatium quatuor dierum ducere, & tenere debeat, dicens ſe inveniſſe, ſeu ad ipſum perveniſſe ipſam avem, ſive auxellum. Et ſi quis contrafecerit, banno librarum decem puniatur communi qualibet vice, & avem ſive auxel-

xellum reddat. Et ſi in dicto ſpatio dominus avis non apparuerit, quiete ipſum habeat & teneat dictus inventor.

Quod Paiſatores non intrent aliquod Bladum, Vineam &c. Cap. CLXIII.

ITem, quod nullus intret, vel vadat in aliquod bladum ad paiſandum. Et qui intraverit, vel iverit, qualibet vice ſoldos viginti parvorum pro banno componat, & damnum emendet. Salvo eo, quod ille ſolus qui habuerit avem, vel auxellum, poſſit ire & intrare, & alius non. In vineas vel clauſuras non intret, nec vadat quis ad paiſandum niſi poſt feſtum ſancti Michaelis uſque ad feſtum ſancti Georgii de menſe Aprilis. Et ſi vineam vel clauſuram aliquis intraverit cauſſa capiendi ſuam avem poſt feſtum ſancti Georgii uſque ad feſtum ſancti Michaelis de menſe Septembris in ipſa vinea vel clauſura, non accipiat, ſeu tollat aliquem fructum in pęna ſoldorum centum parvorum qualibet vice.

Quod nemo audeat ire ad paſcendum ante feſtum Santi Luchani. Cap. CLXIV.

ITem ſtatuimus, quod nullus homo, nullaque perſona audeat vel pręſumat ire ad paſcendum ante feſtum ſancti Luchani, ſub pœna ſoldorum centum parvorum pro qualibet vice.

De Avibus Mutatis non Capiendis. Cap. CLXV.

ITem, quod nullus capiat aliquam avem mutatam, quæ etiam non ſit alicujus, ſcilicet Trizolum, Aſtorem, Falconem, Sparaverium, vel Muſcardum. Et ſi quis eum cœperit, dimittat eum abire. Et qui contra hoc fecerit, condemnetur in ſoldis centum denariorum, cujus banni tertia pars ſit accuſatoris, & duæ Communis.

HÆC SUNT STATUTA DE FORBANNITIS PRO MALEFICIO, ET MALEFACTORIBUS, ETIAM PRO PRODITIONE CIVITATIS.

Ne quis per ſe, vel per alios, ſecreto, vel publice tractet quod aliquis bannitus pro proditione Civitatis cancellatur de libro condemnatorum. Cap. CLXVI.

STatuimus, quod nullus homo, nullaque perſona tam civitatis Belluni, quam aliunde audeat vel præſumat tractare ſecrete, ſeu publice,

Digitized by Google

blice, vel palam, ſeu alio quocumque modo faciendo cum aliquibus bannitis, vel interpoſitam perſonam, quod aliquis bannitus, ſeu aliqua perſona bannita, ſeu condemnata proditione civitatis Belluni poſſit vel debeat cancellari de condemnationibus & bannis civitatis & communis Belluni ſeu alio quocumque modo extrahi de libro forbannitorum, ſeu condemnatorum. Et ſi quis tractaverit arrengando, ſeu alio quocumque modo faciendo cum aliquibus bannitis de civitate prædicta occaſione ſecrete, publice, vel palam. Et ſi fuerit de nobilibus, condemnetur in libris quingentis denar. pro una quaque vice. Si fuerit de populo, in libris ducentis denar. & nihilominus banniatur de civitate Belluni, & diſtrictu. Et intelligatur tractare eos extrahi de banno ſecrete nulla audiente perſona, colloquium cum prædictis habendo. Et prædicta omnia intelligantur ſolummodo de tractatu. Si autem aliquis propoſuerit, vel proponi fecerit, ſeu arregaverint inter ſapientes, vel majori conſilio civitatis Belluni, quod aliquis ex bannitis prædictis extraheretur de banno, ſi fuerit de nobilibus, caput ei amputetur, ita quod moriatur. Si fuerit de populo, ſuſpendatur, ita quod moriatur, ſi fuerit in fortia communis. Et Belluni tabellio, qui ſcripſerit aliquid ex prædictis, ſuſpendatur per gulam, ita quod moriatur, ſi fuerit in fortia communis. Alias autem ſi non fuerit in fortiam communis, banniatur, & in libro bannitorum & falſariorum ponatur. Ita quod modo aliquo per ſe, vel per aliam perſonam interpoſitam aliquod officium in dicta civitate Belluni habere non poſſit, & omnia ſua bona publicentur & deveniant in fiſcum. Et Rector, qui pro tempore fuerit in regimine civitatis Belluni, qui aliquid fecerit de prædictis, pro quolibet, & qualibet vice condemnetur in libris quigentis denar. & ipſo jure, ſeu ipſo facto ſit a dicto officio privatus. Et nullo tempore poſſit per ſe, vel hæredes ſuos ad aliquod officium convocari, ſeu quocumque modo eligi in dicta civitate. Idem intelligatur de ſuis judicibus, Vicariis, vel aſſeſſoribus, ſive militibus. Si autem non fuerit ſubjectus temporali juriſdictioni, qui aliquid tractaverit ex prædictis, privetur protectione civitatis Belluni, & ſit rebellis ipſius civitatis, & impune poſſit offendi. Idem intelligatur de omnibus, qui aſſenſerint alicui ex prædictis.

De non proponendo, neque procurando quod bona bannitorum reſtituantur. Cap. CLXVII.

ITem ſtatuimus, quod nullus audeat vel præſumat tractare publice, vel occulte, vel etiam procurare, ſeu procurari facere, vel proponere, ſeu proponi facere in aliquo conſilio ſapientum, vel etiam in majori civitatis Belluni, quod bona aliquorum bannitorum

occa-

occaſione prædicta eiſdem reſtituantur, vel ad ipſos perveniat. Et qui contrafecerit, ſi fuerit de nobilibus, vel de conſulibus condemnetur in libris quingentis. Si fuerit de populo, condemnetur in libris trecentis. Et Rector, qui propoſuerit hoc, vel proponi fecerit in aliquo conſilio publico vel privato, condemnetur in libris quingentis denar. parvorum. Et nihilominus ipſo jure privatus ſit eſſe intelligatur ab officio Rectoriæ, nec ipſum officium poſſit amplius exercere, nec ad ipſum officium amplius eligi. Et notarius qui ſcriberet aliquid ex prædictis, condemnetur in libris trecentis den. & caſſetur ab officio tabellionatus. Et ſi contigerit, quod aliqua bona poſita in civitate Belluni vel ejus diſtrictu concederentur, vel reſtituerentur alicui ex prædictis forbannitis per aliquam perſonam cujuſcumque dignitatis exiſteret, vel per aliquam univerſitatem, vel per aliquod conſilium, quod tunc nulla perſona audeat vel præſumat ſe intromittere in dictis bonis, nec ea laborare, nec laborari facere, nec ipſa bona accipere aliquo titulo vel colore. Et hoc ſub pœna librarum ducentarum denar. pro quolibet contrafaciente. Tertia pars cujus banni ſit accuſatoris.

De præmio interficientis rebellem. Cap. CLXVIII.

STatuimus, & ordinamus, quod quilibet homo, vel perſona, qui interfecerit aliquem rebellem, ſeu bannitum occaſione proditionis civitatis Belluni habeat, & habere debeat a commune Belluni libras ducentas parvorum.

De præmio præſentantium rebellem vivum. Cap. CLXIX.

STatuimus, & ordinamus, quod ſi quis præſentaverit aliquem ex prædictis bannitis, & rebellibus vivum communi Belluni, habere debeat a commune Belluni libras quingentas parvorum, & illa talis perſona, quæ præſentaverit, vel occiderit aliquem ex prædictis bannitis communi Belluni. Si fuerit bannitus alia ratione, vel cauſſa, quam pro proditione civitatis Belluni ab ipſo banno, & condemnatione reali, & perſonali, quæ contra ipſum facta foret, penitus abſolvatur, & omnia ſua bona immobilia, quæ poſſidebat tempore bannitionis, reſtituantur.

Quod condemnati uſque ad ſummam librarum vigintiquinque poſſint impune offendi. Cap. CLXX.

STatuimus, quod condemnati criminaliter ad rengum in libris vigintiquinque denariorum parvorum, & ab inde ſupra in una,

Digitized by Google

vel pluribus condemnationibus, teneantur, & obligati ſint ſolvere dictam condemnationem, ſeu condemnationes integraliter infra terminum unius menſis a die publicationis earum, & facere ſe depennari, & cancellari in libro, ubi dicti condemnati deſcribuntur. Quod ſi non fecerint, poſſint impune offendi. Cum hoc, quod qui dictum, aut dictos condemnatos ad dictam ſummam offendendo occiderint, omnem condemnationem, ſeu condemnationes ipſorum interfectorum infra menſem ſolvere teneantur integraliter. Aliter poſſint, & ipſi offendi, ut ſupra. Et ſimiliter teneantur ipſi tales offendentes ipſas condemnationes depennari facere, ut ſupra. Et ita ſucceſſive.

De pęna præbentium auxilium bannito, & rebelli.
Cap. CLXXI.

STatuimus, & ordinamus, quod nullus homo, vel perſona aliqua de civitate Belluni, & diſtrictu audeat, vel præſumat dare, & præbere auxilium, conſilium, vel favorem alicui bannito, & rebelli de ſupraſcriptis, vel mittere aliquid dictis bannitis, vel alicui ipſorum. Sub pœna librarum centum denariorum parvorum, pro quolibet, & qualibet vice.

De pœna accipientis nuntium, vel litteras rebellium.
Cap. CLXXII.

STatuimus, & ordinamus, quod nullus homo, vel perſona de civitate Belluni, vel diſtrictu audeat, vel præſumat recipere aliquem nuntium, litteram, vel ambaſſiatam de aliquo rebelle civitatis Belluni de ſupradictis, vel mittere eis, ſub pœna librarum centum parvorum. Hoc ſalvo, quod ſi dictam litteram oſtenderit incontinenti D. Rectori die illa qua fuerit præſentata. Tunc ad dictam pœnam nullatenus teneatur. Et de prædictis adhibeatur fides uni teſti bonæ famæ, & opinionis, & quilibet poſſit accuſare, & habeat tertiam partem banni, & condemnationis, dummodo probet prædicta per unum bonum teſtem bonæ famæ, & opinionis. Et nuntius, qui portaverit, ſubjaceat pœnæ prædictæ ſecundum quod videbitur Rectori, & Conſulibus.

De pęna loquentium, & converſantium cum aliquo rebelle.
Cap. CLXXIII.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quod nemo audeat, vel præſumat loqui, vel aliquam converſationem habere cum aliquo bannito

occa-

Digitized by Google

occaſione proditionis civitatis Belluni ſine licentia Rectoris civitatis Belluni. Et qui contrafecerit, condemnetur in libris quinquaginta.

De pœna recipientis in domo proditorem civitatis.
Cap. CLXXIV.

NUllus in domo recipiat aliquem forbannitum, vel condemnatum pro proditione, vel occaſione proditionis, nec alicui forbannito prædicta occaſione præſtet auxilium, conſilium, vel favorem. Et qui contrafecerit, condemnetur in libris quingentis parvorum pro quolibet forbannito, & qualibet vice. Et quilibet poſſit accuſare, & habeat medietatem banni. Salvo ſi uſque ad quindecim dies a die publicationis condemnationis ipſum cœperint, & D. Rectori, & communi præſentaverint, non teneantur ad dictam condemnationem. Salvis ſemper pœnis appoſitis in præcedenti proximiori ſtatuto.

De pœna Juratorum, & hominum villarum non capientium rebelles, & bannitos cauſſa mortis, repertos in eorum villis.
Cap. CLXXV.

ITem teneatur Jurati, & homines villarum bannitos, vel condemnatos pro proditione civitatis, vel occaſione proditionis, vel occaſione alicujus maleficii ingerentis pœnam mortis, qui venirent, vel ſtarent in ſuis villis, capere, & D. Rectori & communi Belluni præſentare, & etiam denuntiare omnes, qui eos reciperent, vel tenerent, vel in quorum domibus irent, vel permaneret, & etiam eos qui eis aliquod auxilium, vel conſilium præſtarent, vel cum ipſis colloquium haberent. Quod ſi non fecerint, condemnetur villa in libris quinquaginta, & Juratus in libris decem, & quilibet de villa caput familiæ maſculus, major decem, & octo annis, & minor ſeptuaginta, in ſoldorum centum parvorum pro quolibet bannito, & qualibet vice. Salvo, quod ſi uſque ad quindecim dies a die condemnationis publicatæ dictum forbannitum, cujus occaſione fuerit condemnatus, cœperint, & D. Rectori, & communi Belluni præſentaverint, non teneantur ad dictam condemnationem, immo habere debeant a commune Belluni libras quinquaginta.

Quod bannitus cauſſa mortis, poſſit impune offendi.
Cap. CLXXVI.

ITem quicumque forbannitus fuerit pro homicidio, vel occaſione homicidii, aut alterius delicti, quod ingerat ultimum ſupplicium, ſeu mortem, aut condemnatus fuerit ad mortem, poſſit impune offendi, & interfici a quocumque.

De pęna recipientis bannitum in ſua domo, & auxilium dantis.
Cap. CLXXVII.

ITem quicumque ſuſceperit, aut tenuerit in domo ſua aliquem forbannitum, aut dederit auxilium, vel favorem alicui forbannito, aut condemnato pro homicidio, vel occaſione homicidii, vel alterius delicti ingerentis pœnam mortis, ſeu ultimum ſupplicium, condemnetur communi Belluni in libris vigintiquinque parvorum pro qualibet vice.

Qui intelligantur banniti, etiam non ſcripti in libro bannitorum, & qui non. Cap. CLXXVIII.

HOmicidæ, fures ſtratarum, incendiarii, mulierum violatores, condemnati pro furto, vel prædictis de cauſſis, vel alia occaſione, quæ ingerat pœnam ſanguinis, ſemper intelligantur banniti, licet non reperiantur in libro forbannitorum ſcripti. Condemnati autem aliis de cauſſis non intelligantur banniti, niſi fuerint in libro forbannitorum ſcripti.

Quod ſingulis tribus menſibus nomina bannitorum publicentur.
Cap. CLXXIX.

OMnia nomina bannitorum, ex quacumque cauſſa ſingulis tribus menſibus cujuslibet regiminis in Conſilio, vel concione cum condemnationes publicantur Rector ſacramento legi faciat, & publice faciat proclamari, quod nullus bannitus pro condemnationibus, & maleficiis recipiat in domo, vel eis præſtet auxilium, conſilium, vel favorem, ſub banno, quod in ſtatutis continetur.

HÆC

HÆC SUNT STATUTA SUPER JURATIS VILLÆ, SEU FURNI.

Quod quælibet Villa, ſeu Furnum habere debeat Juratum. Cap. CLXXX.

ITem, quod quælibet villa, ſeu furnum, ſeu homines cujuslibet regulæ, ſeu villæ, vel furni de diſtrictu Belluni continue habere debeant, & habeant Juratum ſecundum uſum, & conſuetudinem ſuam, ſub banno ſol. ſexaginta pro qualibet villa, ſeu regula. Et quælibet villa in qua habitant, & ſint tres maſſariæ tantum, vel pauciores, ſit & eſſe debeat de Juraria alterius villæ, ſeu regulæ proximioris, ſub pœna ſuperius nominata.

Qua ætate debeant eſſe Jurati. Cap. CLXXXI.

ITem, quod nullus imponatur Juratus minor decemocto annis, & major ſexaginta, nec aliqua vidua, quæ non habeat filium, vel nepotem in domo ſecum ſtantem majorem decemocto annis poſſit conſtringi ad dictum officium exercendum.

De Juramento Juratorum, & officio eorum, & de Fidejuſſione præſtanda. Cap. CLXXXII.

JUrati villarum teneantur infra quindecim dies poſtquam Rector intraverit in regimine civitatis Belluni jurare, & facere apud maſſarium ſingulas ſecuritates quinquaginta librarum parvorum, vel majoris ſummæ ad arbitrium Rectoris, & Conſulum ſecundum qualitatem villæ, quod ipſi denuntiabunt rixas, & maleficia ſecundum formam ſtatutorum. Et denuntiabunt omnes tenentes arma vetita, & portantes per villam contra formam ſtatutorum. Et quod capient malefactores, & forbannitos omnes ex quacumque cauſſa, non pro debitis ſingularis perſonæ. Salvo ſtatuto, quod loquitur de debitoribus commorantibus ad montaneas, ſub Rubrica de modo, & forma eundi in Agurdum. Et condemnatos ad ſuum poſſe facient de capiendo eos ſi ſteterint in ſuis villis, & eos D. Rectori communis Belluni præſentabunt, & eis non præſtabunt auxilium, conſilium, vel favorem. Et denuntiabunt omnes quos ſciverint, vel ſcire potuerint de ſua villa tenentes, & recipientes aliquem forbannitum, vel præſtantes auxilium, conſilium, vel favorem alicui forbannito, & cum præconibus, & nuntii communis Belluni ibunt ad capiendum forbannitos, & conductum ad accipiendum tenutas, & pi-

& pignora, etiam per vim, ſi eis mandatum fuerit per Rectorem, vel ejus Vicarium, & eis dabunt omne auxilium quid poterunt ad ea complenda. Et pignora accipient, & conducent, ſeu conduci, & portari facient ad civitatem, ad terminum ſibi datum, & illa creditori conſignabunt, vel Maſſario communis ſi pro condemnationibus, vel debitis communis accepta fuerint. Et generaliter omnia præcepta eis per Rectorem facta attendent, & obſervabunt ſecundum formam ſtatutorum, & reformationum conſilii communis Belluni, & ſi prædictam ſecuritatem non fecerint, & non juraverint, condemnetur quilibet Juratus in ſol. ſexaginta. Et totiens, quotiens non fecerint juxta præceptum factum, & clamationem, & commune illius villæ ſimiliter in ſol. ſexaginta condemnetur. Et quod infra tres, vel quatuor dies poſt introitum regiminis Rectoris eligantur per Conſules tres, vel quatuor boni homines pro quolibet furno de ditioribus, & potentioribus, qui infra dictum tempus quindecim dierum ſimile ſacramentum, & ſecuritatem facient centum librarum, pro quolibet, quod curabunt, & cum effectu facient, quod Jurati ſuarum Jurariarum ſupradicta omnia, & ſingula facient, & obſervabunt, & cum eis erunt ad complendum prædicta, & obſervabunt cum fuerint per nuntium communis Belluni, vel litteras requiſiti, vel pro ipſos Juratos, & omnia præcepta, & mandata Rectoris attendent, & obſervabunt ſecundum formam juris, & ſtatutorum, & reformationum Conſilii communis Belluni, & ſi prædictum ſacramentum, & ſecuritatum non fecerint, ſeu facere recuſaverint, quilibet eorum condemnetur in libris decem parvorum pro qualibet vice, qua ſibi præceptum fuerit per Rectorem, ſeu Vicarium. Et durare debeant prædictæ ſecuritates per unum annum, & ſingulo anno ſic debeant eligi, & ſecuritates, & ſacramentum renovari. Et intelligantur omnes ſupradictæ ſecuritates factæ Maſſario pro communi, & ſcriptæ per aliquem ex Notariis Maſſarii, vel ſapientum eſſe legitimæ, & de jure factæ, qualitercumque factæ, ſcriptæ, & ſtipulatæ fuerint. Nec eis, ſeu contra eas aliquid opponi poſſit de jure, vel de facto. Et tam principales, quam fidejuſſores, quem prius voluerit Rector, vel Vicarius communis Belluni poſſit facere detineri, & pignorari inſolidum, niſi fuerit aliquis, qui tantum ſe pro parte ſua voluerit obligare. Et poſſint, & debeant in dictis ſecuritatibus Juratorum, & illorum de furnis accipi de ſuis vicinis ditioribus de villa, ſi cives eas facere non poſſent arbitrio Rectoris.

Quod

Digitized by Google

Quod Jurati teneantur obſervare omnia, & ſingula quæ in ſuis ſecuritatibus continentur. Cap. CLXXXIII.

STatuimus, quod Communia villarum & Jurati, ac etiam de Furnis electi homines ad ſecuritates faciendas per Conſules ſecundum formam ſtatutorum, teneantur facere & obſervare, & obſervari facere cum effectu, & curare omnia & ſingula quæ in eorum ſecuritatibus continentur, ſub pœna ſecuritatis,

Quod Jurati denuntient maleficia. Cap. CLXXXIV.

Item, quod Juratus villæ in qua maleficium commiſſum fuerit infra tertium diem ab Agro & hoſpitali Zaudi inferius, & Jurati Agurdi & Zaudi, & eorum plebatus infra quinque dies a die commiſſi maleficii per ſacramentum teneantur denuntiare Rectori ſeu Vicario in civitate Belluni de maleficio perpetrato, & nominare quem dicunt feciſſe maleficium, & in quam perſonam dicitur commiſſum. & teſtes, qui ibi fuiſſe dicuntur. Quod ſi non fecerint, commune villæ in libris decem parvorum pro banno condemnetur. Et ſi ex delicto ſequeretur pœna mortis vel abſciſionis membri, in libris vigintiquinque parvorum communi Belluni condemnetur, & Juratus in ſoldis centum parvorum. Et ſi de abſciſione vel morte, pœna librarum decem parvorum pro banno condemnetur. Et teneatur Juratus incontinenti bona rixantium & delinquentium mobilia & immobilia intromittere, & ea in ſcriptis dare, & manifeſtare Rectori ſeu Vicario.

De pœna reſiſtentiam facientium ne capiatur pro debitis. Cap. CLXXXV.

SI quis debuerit capi vel pignorari per vim, & nuntio communis Belluni vel Jurato alicujus villæ vel loci, reſiſteret cum armis, & non dimitteret ſeu capi vel pignorari, condemnetur communi in libris decem denar. & ſine armis condemnetur in ſoldis centum parvorum communi.

Quod officium Jurati duret per annum, aut menſes ſex. Cap. CLXXXVI.

ITem, quod quilibet, qui electus fuerit per ſuam regulam ad officium Jurariæ, teneatur & debeat illud officium exercere per unum annum, vel ſaltem pro ſex menſes. Et quod nulla regula poſſit ipſum mutare, nec Juratum facere pro majori ſpatio ſex menſium, ſub pœ-

na

Digitized by Google

na librarum decem parvorum. Salvo omni juſto impedimento in arbitrio Rectoris & conſulum.

HÆC SUNT STATUTA NE CONVENTICULA FIANT CONTRA PUBLICAM UTILITATEM.

De pœna ſocietatis, vel Regulæ facientis Statuta contra communem utilitatem. Cap. CLXXXVII.

NUlla ſchola, ſeu matricula, vel ſocietas, vel regula, vel regulares communis diſtrictus Belluni, poſſint nec debeant in eiſdem ſcholis, ſeu matriculis, vel ſocietatibus facere aliqua Statuta vel ordinamenta contra publicam & communem utilitatem. Et ſchola, ſeu matricula, vel ſocietas, vel regula, quæ contrafecerit, banno centum ſoldorum communi condemnetur, & illa ſtatuta, ſeu ordinamenta deſtruere cogantur.

Quod quilibet negotiator poſſit res ſuas vendere, & artem exercere in Civitate Belluni. Cap. CLXXXVIII.

QUilibet mercator, ſeu negotiator, & homo cujuslibet artis forenſis poſſit in civitate Belluni, & diſtrictu res ſuas conducere, & ipſas res in eiſdem locis, ſicut eis placuerit vendere, & artem ſuam operari poſſit. Non obſtantibus aliquibus conventiculis, bannis, & ordinamentis factis, & faciendis per homines artium de diſtrictu Belluni, dum tamen non vadant contra bannum & ſtatuta communis Belluni.

Quod nullius Societatis aut Regulæ Statuta valeant, niſi per Conſilium majus approbata. Cap. CLXXXIX.

STatuimus, quod ſi aliqua matricula, ſchola, vel ſocietas, vel regula, vel regulares diſtrictus Belluni ſeu homines ipſarum fecerint aliqua Statuta, ſeu ordinamenta, quod dicta Statuta nullo modo valeant, nec homines alicujus ſocietatis vel matriculæ, ſeu ſcholæ, vel regulæ poſſint uti dictis Statutis, ſeu odinamentis, niſi prius ipſa Statuta, ſeu ordinamenta fuerint approbata per Conſilium majus civitatis Belluni, vel per eos quibus ipſum conſilium dederit auctoritatem approbandi. Pœna & banno cuilibet ſcholæ contrafacienti, & caſtaldionibus ejus librarum decem parvorum pro caſtaldione, & librarum quinquaginta parvorum cuilibet ſcholæ, ſeu matriculæ, vel regulæ. Et nihilominus ipſa ſtatuta, ſeu ordinamenta eorum ſint ipſo jure caſſa, irrita, & nullius valoris. Et prædicta

dicta locum habeant in omnibus ſtatutis tam factis, quam fiendis. Et prædicta teneantur facere quælibet ſchola, ſeu matricula in ſtatutis per eos factis infra unum menſem novi Rectoris aduentum. Sub dicta pœna librarum quinquaginta denar. parvorum cuilibet ſcholæ non facienti prædicta. Et ſi aliqua ſchola fecerit ſtatuta, in futurum teneatur infra octo dies ipſa ſtatuta præſentare D. Rectori, & conſulibus Belluni cauſſa faciendi ea approbari ſub dicto banno. Et quouſque approbata non eſſent per aliquam ſcholam, non debeant obſervari.

HÆC SUNT STATUTA DE PISCATORIBUS.

Quod nemo audeat piſcari in Lacu Alpagi, niſi præſtita prius ſecuritate Maſſario Communis. Cap. CXC.

STatuimus, quod nullus tam civis, quam forenſis poſſit vel debeat piſcari in Lacu Alpagi, cognominato Lapiſino cum ſaina vel rete, niſi fecerit prius quolibet anno de menſe Februarii unam ſecuritatem maſſario communis Belluni de libris decem parvorum, & juraverit quod piſces omnes, quos capiet, maxime in quadrageſima, omni die portabit, & portari faciet ad civitatem Belluni, & ipſos vendet, & vendi faciet ſecundum quod per Conſulum fuerit ordinatum in platea tenere in loco deputato ad piſces vendendos. Et aliis temporibus portabit, & portari faciat in diebus veneris & ſabbati, & in vigiliis, & in diebus ordinatis per Eccleſiam ad jejunandum. Et ſi quis inventus fuerit piſcari, ſecuritate non præſtita, condemnetur pro qualibet vice in libris decem parvorum. Et quilibet poſſit accuſare, & habeat tertiam partem banni.

Quod nemo poſſit vendere, aut emere piſces, niſi in loco ordinato. Cap. CXCI.

ITem, quod nullus debeat vendere vel donare piſces, nec emere ſupradictis diebus, niſi in platea in loco ordinato, ſecundum quod per Conſilium fuerit ordinatum. Et qui contrafecerit, ſolvat pro banno ſol. ſexaginta qualibet vice. Et quilibet poſſit accuſare & habeat tertiam partem banni.

Quod nemo portet piſces extra diſtrictum Belluni. Cap. CXCII.

ITem, quod nullus piſcator, etiam præſtita ſecuritate, qui piſcaretur in dicto Lacu, debeat portare extra diſtrictum Belluni aliquos piſces, nec etiam vendere, donare, vel dare alicui aliquos piſ-

Digitized by Google

ces, qui eos portaret extra diſtrictum Belluni ſub pœna librarum decem parvorum qualibet vice, & cuilibet contrafacienti. Tertia pars cujus banni ſit accuſatoris & denuntiatoris.

Quod nemo poſſit vendere alicui Forenſi piſces niſi in conſueto.
Cap. CXCIII.

ITem, quod nullus piſcator poſſit vendere alicui forenſi aliquos piſces, etiam ſi eos vellet comedere in territorio Belluni, niſi in loco piſcariæ conſueto in loco civitatis Belluni Pœna librarum decem parvorum cuilibet contrafacienti qualibet vice. Et quilibet poſſit accuſare, & habeat tertiam partem banni.

Quod nullus Piſcator portet piſces captos in Lacu Alpagi in Palatio Communis cauſſa donandi D. Rectori, aut alii perſonæ.
Cap. CXCIV.

ITem, quod nullus piſcator audeat portare piſces captos in dicto Lacu in Palatio communis Belluni cauſſa dandi, vel donandi D. Rectori, vel alii perſonæ, vel alibi eos vendere, quam in piſcaria poſita in platea communis Belluni. Pœna cuilibet contrafacienti ſoldorum centum parvorum. Et ſi reperiretur aliquem piſcatorem vel aliam perſonam quam familiam D. Rectoris, quilibet impune poſſit ſibi piſces accipere; & nihilominus condemnentur illa talis perſona portans piſces in Palatio in ſoldis centum.

De eodem. Cap. CXCV.

ITem, quod Rector nec ejus familia poſſit nec debeat emere, nec emi facere, nec accipere nec accipi facere piſces captos in dicto Lacu in alio loco, quam in piſcaria ſcita in curia: pœna librarum vigintiquinque parvorum pro qualibet vice, & etiam pœna perjurii. Et in omnibus dictis caſibus accuſator habeat tertiam partem banni.

Quod Lacus Alpagi ſingulis annis locetur plus offerenti. Cap. CXCVI.

STatuimus, & ordinamus, quod ſingulis annis tempore quo locantur & affictantur datia communis Belluni, affictetur & locetur Lacus de Alpago ad incantum, & plus offerenti detur. Et ille qui dictum Lacum acceperit ad affictum, teneatur & debeat obſervare contenta in infraſcriptis ſtatutis & aliis poſitis ſub Rubrica de piſcatoribus.

Quod

Digitized by Google

Quod conducens Lacum Alpagi teneatur Statutis diebus piſces ducere ad vendendum in piſcaria Civitatis Belluni. Cap. CXCVII.

STatuimus, & ordinamus, quod ille, qui accipiet Lacum ad affictum, teneatur & debeat omnes piſces quos capiet in quadrageſima omni die, & in vigiliis Beatæ Glorioſæ Mariæ, & Apoſtolorum duodecim, & in aliis vigiliis & diebus ordinatis per Eccleſiam ad iejunandum, & in diebus veneris & ſabbati portare ad civitatem Belluni, & ibidem vendere in piſcaria ad minus quadraginta libras piſcium. De quibus D. Epiſcopus poſſit omni die prædicta accipere libras decem piſcium pro ſuo uſu.

De prætio piſcium vendendorum. Cap. CXCVIII.

ITem, quod dictus talis piſcator teneatur & debeat dare dictos piſces pro infraſcripto prætio, videlicet, a principio Januarii uſque ad Paſcas lucios, tenchas, & anguillas pro ſoldis duobus libra piſcium, alios vero piſces, videlicet, ſcardoas, barbouos, merchatos, & ſimiles pro denar. ſexdecim libra. A Paſcate vero in antea teneatur & debeat dictos piſces, videlicet, Lucios, tenchas, & anguillas pro denar. viginti libra: alios vero piſces pro denar. duodecim libra. Salmones vero quandocumque poſſint vendere pro uno groſſo libram.

De pœna piſcantis in Lacu Alpagi ſine licentia. Cap. CXCIX.

ITem, quod nullus homo, nullaque perſona audeat vel præſumat piſcari in dicto Lacu modo aliquo vel ingenio abſque licentia illius, qui dictum lacum acceperit ad affictum, ſub pœna ſol. centum parvorum pro quolibet & qualibet vice. Tertia pars cujus condemnationis ſit accipientis ad affictum.

Quod Terrigenæ omnes ac Forenſes valeant piſcari in Lacu Lapiſino tempore quadrageſimæ. Cap. CC.

UT in civitate Belluni inopiæ piſcium, quæ maxime eſt in tempore quadrageſimæ, de cætero remedium adhibeatur, hoc Statuimus Edicto, quod licitum ſit cuicumque perſonæ terrigenæ vel forenſi piſcari impune in Lacu Lapiſino diſtrictus civitatis Belluni, dummodo ſecuritatem prius faciat D. Rectori, quod piſces quos capiet, vendet ſeu vendi faciet in civitate prædicta in piſcaria communis Belluni prætio & foro contentis in Statutis communis Belluni.

ni. Et ſi contrafaciet, alibi piſces vendendo, vel illos extra diſtri-ctum portando, vel portantibus, vendendo, communi Belluni ſolvat pro qualibet libra ſol. viginti parvorum. Quam pœnam incurrat ipſo facto abſque condemnatione, & piſces perdat: ſalvo quod hoc non habeat locum in civitate Belluni habentibus ſainam; ita tamen quod ad ſimilem pœnam cadant pariter & ementes.

HÆC SUNT STATUTA DE REBUS, QUÆ EXTRA DISTRICTUM CONDUCI NON DEBENT SINE LITTERIS NOTARIORUM.

De pœna portantis bladum, vinum, carnes &c. extra diſtrictum Belluni. Et quando intelligatur portaſſe extra diſtrictum. Cap. CCI.

STatuimus, quod aliquis portare non debeat, vel conducere bladum, vel farinam, vel panem, vel vinum, vel carnes, vel ſalem ad ſomam, ſeu portari facere extra diſtrictum Belluni vel in Agurdum, vel Zaudum, vel furnos, niſi habeant litteram Notariorum officii majoris, in banno ſol. ſexaginta parvorum pro qualibet ſoma, & in ratione ſomæ: cujus banni tertia pars ſit accuſatoris, & quilibet poſſit accuſare. Et intelligatur portaſſe extra diſtrictum Belluni, vel in Agurdum, vel Zaudum, ſi tranſiverit infraſcriptos confines, videlicet, eundo verſus Feltrum, vel Agurdum ultra creſale verſus Cadubrium vel Zaudum non tranſeant Rujum ſiccum verſus zumellas, vel viam, qua itur per pontem Plavis non tranſeant Rujum vallis caureæ. Et ſi veniret per viam de capite pontis, non tranſeant creſale. Si iret in Agurdum, vel Feltrum, & ſi veniret per viam Caſteoni, & iret verſus Feltrum non tranſeat flumen Cigognæ.

Quod ſi quis ponderet aliquas res in loco extra Burgos Civitatis cauſſa conducendi illa extra diſtrictum, denunciet hoc Juratis, vel Datiariis, & datium ſolvat. Cap. CCII.

STatuimus, quod ſi contigerit aliquem, vel aliquos ponderare in equis, equabus, vel mulis, mulabus, aſinis, aſinabus, plauſtris, carettis, vel zattis in aliqua villa, vel loco extra burgum civitatis Belluni de ſupradictis rebus cauſſa conducendi extra diſtrictum Belluni vel ad furnos, vel ad montaneas verſus Agurdum, vel Zaudum, vel verſus Cadubrium, teneatur denuntiare Jurato vel ſuæ familiæ dictæ villæ, vel loci, ſub qua Juraria eſt, vel datiariis, quibus ſpectet datium, quid ponderet, & quantum, & quo tendit ire, & nomen ejus cum prænomine: Et ſolvere bulletam officialium offi-

cii

cii majoris, ſcilicet ſoldum unum pro ſoma conducta a mudis ſuperius, & datium datiariis, ad quos ſpectet datium. Pro plauſtro a quatuor rotis ſol. tres. Pro caretta a duobus rotis ſol. duos. Pro zatta ponderata in ratione ſomæ Jurato vel ſuæ familiæ, vel alicui bono homini de dicto loco, ſi Juratum, vel familiam ſuam non invenerit. Sub pœna ſoldorum ſexaginta parvorum pro qualibet ſoma, & in ratione ſomæ. Et intelligatur ſoma in hac parte, ubi eſſet quæſtio de calveis quindecim, & ſoma vini de duobus congiis civitatis Belluni.

De officio Jurati circa ſupradicta in ſuperiori Statuto. Cap. CCIII.

ITem, quod Juratus & ſua familia & Juraria alicujus villæ & loci, in qua talis perſona ponderat, ſollicitet procurare petere denar. prædictos a talibus ponderantibus, & ipſos denarios exigere incontinenti, antequam recedat de villa vel loco ubi ponderat, ipſos denarios exactos præſentare dictis officialibus, vel uni ipſorum infra octo dies poſtquam exegerit. Sub pœna Jurato ſol. viginti parvorum, & Jurariæ ſol. ſexaginta, & cuilibet alii perſonæ, quæ exegerit tales denarios, & non præſentaverit, ut dictum eſt.

De bulletis bladi & vini faciendis per Notarios. Cap. CCIV.

ITem ſtatuimus, quod qualibet perſona tranſiens per diſtrictum noſtrum veniens de alieno diſtrictu cum dictis victualibus eundo extra diſtrictum Belluni, vel ad furnos, vel ad montaneas verſus Agurdum vel verſus Zaudum, vel Cadubrium, teneatur recipere & habere bulletam a prædictis officialibus ſi venerit & applicuerit ad civitatem Belluni, & ſolvere ipſis officialibus, ut ſupradictum eſt. Et ſi non applicuerit ad civitatem Belluni, ſolvere teneatur mudariis Maedi & Agri bulletam dictorum officialium. Sub pœna ſoldorum ſexaginta pro qualibet ſoma, & in ratione ſomæ. Salvo quod venientes de Seravallo per cannale ſanctæ Crucis tranſeundo per viam de capite pontis, eundo in Cadubrium, vel in Zaudum dictam bulletam non teneantur ſolvere, vel veniendo per viam ſancti Boldi, eundo verſus zumellas, non teneantur ſolvere dictis bulletam dictis officialibus. Et in omnibus ſupradictis ſtatutis quilibet poſſit accuſare, & habeat medietatem banni probando cum uno teſte bonæ famæ & opinionis contrafacientes.

Quod

Digitized by Google

Quod non conducantur extra diſtrictum beſtiæ a lacte vivæ, & mortuæ. Cap. CCV.

STatuimus, & ordinamus, quod nullus homo, nullaque perſona, tam terrigena, quam forenſis modo aliquo, vel ingenio, directe, vel per obliquum, audeat, vel præſumat portare, vel portari facere, conducere, vel conduci facere extra diſtrictum Belluni beſtias aliquas a lacte vivas, vel mortuas. Intelligendo beſtias a lacte vitulos, vitulas, capretos, agnos, & intelligantur vituli, & vitulæ a lacte pondere librarum ſexaginta, & ab inde infra, & agni a lacte donec fuerint prima vice tonſati, ſub pœna, & banno ſoldorum centum parvorum cuilibet contrafacienti, & pro qualibet beſtia, & qualibet vice tam conducenti, ſeu portanti, quam portari, ſeu conduci facienti, & ammiſſionis beſtiarum, vel eorum valoris, & quilibet poſſit accuſare, & habeat medietatem banni, & teneatur in credentia, & in eamdem pœnam incidat quicumque, qui ſcienter vendiderit aliquam ex prædictis beſtiis alicui de prædictis perſonis. Salvo, quod hoc ſtatutum non vendicet ſibi locum in conducentibus dictas beſtias de alieno diſtrictu, per diſtrictum Belluni, & extra diſtrictum.

De lignis, & carbonibus non conducendis extra diſtrictum Belluni. Cap. CCVI.

STatuimus, quod nulla perſona, tam civis, quam forenſis, audeat, vel præſumat portare, vel conducere, vel conduci facere ligna ad comburendum extra diſtrictum Belluni, ſub pœna ſoldorum viginti pro ſingulo plauſtro, & pro rata plauſtri, & æſtimatione plauſtri, ſive per terram, ſive per aquam, & quilibet poſſit accuſare, & habeat medietatem condemnationis, & idem intelligatur de carbono facto in diſtrictu Belluni, & intelligantur ligna ad comburendum, quæ ſunt veriſimilia, & conſueta ad comburendum.

HÆC SUNT STATUTA DE VARIIS PARTICULARIBUS.

De Scutiferis, & Pediſequis, eorumque pœnis, ſi furtum fecerint. Cap. CCVII.

SI quis ſcutifer, pediſequa, vel famulus fecerit furtum de rebus domini, cui ſervit, ſubjaceat illis pœnis, quæ ſunt poſitæ ſub Rubrica de Furtis, & eadem pœna puniatur quicumque de ipſis rebus

rebus emerit, ſeu quocumque titulo receperit, dummodo emerit, vel receperit ſcienter, vel quicumque de ipſis rebus occultaverit, in libris vigintiquinque parvorum condemnetur, & plus, & minus arbitrio Rectoris, & Conſulum, inſpecta qualitate, & quantitate facti, perſonarum conditione. Medietas cujus banni ſit communis, & alia medietas ſit domini rei ſubtractæ. Et ſi ſolvendo non fuerit quilibet ex prædictis arbitrio Rectoris, & Conſulum puniatur.

Quod nemo audeat rem quampiam a ſcutifero, vel pediſequa recipere non conſentiente Domino. Cap. CCVIII.

NUllus ab aliquo, ſeu ſcutifero, vel pediſequa, ſeu alia perſona exiſtente, cum aliquo Domino ad mercedem, vel ſine, recipiat rem aliquam ad dominum pertinentem, ſine voluntate Domini, & ſi contra hoc factum fuerit; per aliquem teneatur, & cogatur reſtituere ipſum pignus, ſeu ipſam rem abſque aliquo pretio, Domino, vel pignoranti, & condemnetur ille, qui receperit in libris decem parvorum, pro qualibet vice.

De Caſtratis habendis pro Communi. Cap. CCIX.

STatuimus, quod Rector teneatur de menſe Octobris quolibet anno proponere ad conſilium, quis modus debeat ſervari, & quid ſiendum ſit ſuper habendis caſtratis. Et ſi ſecundum quod in ſtatuto ſupradicto continetur, procedendum eſt, vel aliter. Et ſecundum quod Conſilio placuerit, procedatur.

De Mutuantibus, ſeu Concedentibus ad Corredum. Cap. CCX.

STatuimus, quod nullus debeat mutuare, ſeu concedere ad corredum, nec ponere ad corredum ultra unum buzolum vini, quantumcumque ſtaret ad ſolvendum. Et ſi majus corredum aliquis poneret, vel prædicta de cauſſa aliquid plus acciperet, condemnetur tam ille, qui dederit, quam ille, qui acceperit in ſol. viginti parvorum pro qualibet vice. Et jus non fiat, nec reddatur de corredo majori, nec poſſit aliquod pignus ſua auctoritate accipere etiam pro corredo, banno ſoldorum centum parvorum pro quolibet, & qualibet vice.

De

Digitized by Google

De non dando, concedendo, ſeu remittendo de Havere Communis.
Cap. CCXI.

STatuimus, & ordinamus, quod Rector, qui pro tempore fuerit in Regimine civitatis Belluni Judex, Vicarius, Miles, vel aliquis de familia D. Rectoris, Conſules, vel aliqua alia perſona non poſſit, vel debeat proponere, vel proponi facere ad conſilium civitatis Belluni, de danda alicui perſonæ communi, vel univerſitati aliquid de havere communis, vel etiam in remittendo alicui perſonæ, communi, vel univerſitati debenti aliquid communi Belluni quacumque de cauſſa, vel prorogando pecuniam alicui debenti communi Belluni. Nec etiam de mutuando alicui perſonæ, communi, vel univerſitati aliquid de havere communis directe, vel per obliquum, ſeu ſub aliquo titulo, vel colore in omnibus caſibus ſupradictis. Et ſi contra prædicta aliquid proponeretur in Conſilio, vel reformaretur ſuper hoc, dicta propoſitio, vel reformatio nullius ſit valoris, nec momenti, nec ex ipſa propoſitione, vel reformatione jus aliquid poſſit alicui acquiri. Et nihilominus proponens, vel proponi faciens aliquid contra prædicta in aliquo conſilio, condemnetur in libris ducentis communi. Et ſit, & eſſe intelligatur ipſo jure infamis, & perjurus, ac etiam privatus omni honore, officio, & beneficio, quod haberet, vel habere poſſet in communi Belluni uſque ad vigintiquinque annos. Et nullus de progenie ipſius Rectoris, qui contra prædicta fecerit, poſſit eligi Rector in civitate Belluni uſque ad dictum tempus. Et quod aliquis non poſſit arrengare, nec conſulere in aliquo conſilio contra prædicta, vel aliquid prædictorum. Et ſi contrafecerit, talis arrengans, vel conſulens condemnetur in libris centum parvorum, & nihilominus ſit, & eſſe intelligatur caſſus, vel privatus ipſo jure ab omni officio, beneficio, & honore communis Belluni uſque ad decem annos. Et quod nullus Notarius audeat, vel præſumat ſcribere aliquam propoſitionem, vel reformationem contra prædicta, vel aliquod prædictorum, & ſi contrafecerit, condemnetur communi in libris centum denariorum. Et nihilominus ſit, & eſſe intelligatur privatus ab omni officio, beneficio, & honore communis Belluni, & ſcholæ notariorum uſque ad decem annos. Et quod nullus de conſilio audeat, vel præſumat ſtare in conſilio tempore, quo proponerentur prædicta, pœna perjurii, & librarum decem parvorum pro quolibet condemnato. Sed libere, & impune tunc poſſit, & debeat conſiliarius recedere de conſilio, & quod aliquis ſtatutarius, ſeu qui haberet poteſtatem faciendi ſtatuta non poſſit aliquid ſtatuere, vel ordinare contra prædicta, vel aliquod prædictorum. Et ſi contra prædicta,

dicta, vel aliquod prædictorum fieret, tale ſtatutum, vel ordinamentum ipſo jure nullius ſit momenti, nec poſſit executioni mandari. Et per iſtud ſtatutum præſens ſit, & eſſe intelligatur derogatum illi tali ſtatuto. Salvo, quod prædicta locum non habeant in ſalario Rectoris, vel in ſalario aliquorum ſalariatorum, vel officialium, vel ambaſſiatorum communis Belluni ſibi conceſſo ſecundum formam ſtatutorum communis Belluni. Et ſi contingeret, quod alicui concederetur de havere communis occaſione alicujus ſalarii, qui dictum ſalarium meruiſſet, vel mereretur re vera, & ſine aliqua fraude, vel ſine aliquo colore ſuppoſito, vel aliqua alia juſta cauſſa, tunc non poſſit alicui concedi, niſi fuerit hoc in conſilio civitatis Belluni propoſitum, & reformatum. In quo conſilio ſint, & eſſe debeant ad minus trigintaſex Conſiliarii, illis de Agurdo non computatis. Et tres partes ipſorum conſiliariorum ſint, & eſſe debeant in concordia. Et fiant partita ſecundum formam ſtatutorum communis Belluni, & ſemper proponatur negativa in dicto partito fiendo, etiam ſi non foret arrengata. Et ballotatio ſecreta fiat ſub vinculo ſacramenti, & ſi aliter fieret, ipſo jure non valeat. Et hoc idem obſervetur, quando tractaretur de aliquo bannito, vel condemnato in perſona, vel membro, cancellando, vel remittendo condemnationem, vel terminum prorogando, vel concedendo eidem balliam contra formam banni, & condemnationis, & ſi aliter fieret, nullo modo valeat, vel teneat, & nihilominus ille intelligatur eſſe bannitus, & condemnatus, & ſubjacere pœnis ſuæ condemnationis, & banni. Et Rector, Vicarius, Miles, Tabelliones, & alii facientes contra prædicta ſubjaceant pœnis ſuperius ſcriptis.

De Lignis, quæ conduci debent ad Civitatem Belluni. *Cap. CCXII.*

STatuimus, & ordinamus, quod quolibet anno a feſto Omnium Sanctorum in antea uſque ad Calendas Maii quolibet die debeant conduci ad vendendum centum plauſtra lignorum bona, & ſufficientia, quæ centum plauſtra conduci debeant per homines infraſcriptarum plebium ſecundum diviſionem infraſcriptam, videlicet, in plebe Sancti Felicis quolibet die novem plauſtra lignorum. In plebe Limanæ quolibet die duodecim plauſtra lignorum. In plebe Caſteoni vigintiunum plauſtrum. In plebe Fruſſedæ decemnovem plauſtra. In plebe Lavatii octo plauſtra. In plebe Domi ultra ardum, a petra ficta citra ſeptem plauſtra, & in dicta plebe citra ardum in regulis de Bolzano, tiſojo, glacojo, & aſejo, libano, barpo, bolago, et zenegis decem plauſtra omni die. Item omnes aliæ villæ dictæ plebis de Syndicaria de Miliario, & Salcis, & a-

 liis

Digitized by Google

liis villis ſeptem plauſtra omni die. In plebe Sedici cum Agrono ſeptem plauſtra omni die. Item per homines de Alpago conducantur ad ripam Plavis ad vendendum de menſibus Martii, Aprilis, & Maii triginta zattæ lignorum. Quarum quælibet ſit ad minus duodecim plauſtrorum, ſcilicet, quolibet menſe decem zattæ, & quod ſcriptores lignorum ad hoc electi jurare ſolemniter debeant recte ſuper hoc ſtatuto exercere officium ſuum, & nullum plauſtrum ſubcælare, immo ſervare contenta in hoc ſtatuto. Et præſtare etiam teneantur unam ſecuritatem de libris quinquaginta parvorum de obſervando contenta in dicto ſtatuto, qui ſint ſuperſtantes dictorum lignorum. Et ſupereſſe debeant ad faciendum conduci dicta ligna, & ea conducta, eiſque præſentata ſcribere in uno ſpeciali quaterno ad hoc conſtituto. Et quod dicti ſcriptores teneantur omni ſero in ſcriptis dare D. Rectori, ſeu Vicario omnes illos, qui non conduxerunt dicta ligna eo die, & quod dicta ligna conduci, præſentari, & vendi debeant in platea communis Belluni, & non alibi, cum ſcripta fuerint, & non ante, & ſi alibi præſentarentur, vel venderentur, habeantur pro non conductis, & non præſentatis. Salvo, quod illi de Alpago poſſint vendere dicta ſua ligna ad ripam Plavis, dum tamen ea prius præſentaverint ad ripam ſupraſtantibus, & juraverint, quod dicta ligna non vendiderint ante præſentationem alicui perſonæ, ita tamen, quod non audeant vendere uni perſonæ ultra quatuor plauſtra in die, & quilibet, qui non conduxerit dicta ligna quolibet die, ut ſupra dictum eſt, condemnetur in ſoldis quinque parvorum pro quolibet plauſtro, & nihilominus alia vice teneatur conducere dictum plauſtrum lignorum ad vendendum. Salvo ſi infra tres dies ſequentes reconducerent dicta ligna ad vendendum, & præſentarent, & venderent, non teneantur ad dictam condemnationem. Salvo etiam, quod ſi propter importunitatem temporis non poſſent conducere dicta ligna, non teneantur ad dictam condemnationem, dummodo ea conduxerint, præſentaverint, & vendiderint infra tres dies ſequentes, & prædicta locum non habeant in diebus Dominicis, & Feſtivitatibus Apoſtolorum, Sancti Martini, & Beatæ Mariæ Virginis, & Nativitatis Domini, & in feſto Circumciſionis, & Epiphaniæ, & in Feſtivitatibus Sanctorum Stephani, Georgii, Blaſii, & Veneris Sancti, & quilibet ſcriptor dictorum lignorum ſtare debeat in dicto officio per menſem, & habere debeat pro ſuo ſalario a dicto communi in dicto menſe ſold. centum parvorum, & ſi aliquis ex dictis ſcriptoribus reperiretur commiſiſſe aliquam fraudem in dicto officio, condemnetur in libris decem parvorum pro qualibet vice. Et iſtud ſtatutum ſit præciſum, ita quod nullo modo tolli poſſit, vel removeri, & quod Rector, qui pro tempore fuerit, ſeu Conſules,

ſules,

Digitized by Google

ſules, vel alia perſona non poſſit proponere, nec proponi facere ad Conſilium de tollendo, caſſando, ſeu removendo dictum ſtatutum. Et ſi contrafecerit, ipſo jure non valeat talis propoſitio, vel reformatio, & nihilominus talis proponens condemnetur in libris centum parvorum communi, & quilibet, qui contra prædicta conſuluerit, condemnetur in libris quinquaginta parvorum, & omnes conſiliarii teneantur, & debeant recedere ſtatim de conſilio, pœna ſoldorum centum parvorum pro quolibet. Et Notarius, qui talem propoſitionem, vel reformationem ſcripſerit, condemnetur in libris vigintiquinque parvorum, & ipſo jure ſit privatus, & ſit præciſum. Hoc etiam addito, quod nullus homo, nullaque perſona unius villæ debens conducere ligna pro communi, poſſit excuſari per alium alterius villæ; nec ſe, nec ejus plauſtrum lignorum præſentare nomine alieno. Nec poſſit etiam quiſque de una, & eadem villa alium ejuſdem villæ excuſare, niſi antequam dicta ligna oneraverit ſuper dicto plauſtro cum dicto tali, quem excuſare voluerit, ſive promiſerit, primo convenerit, nec plauſtrum lignorum per ipſum ad civitatem Belluni conductum, concedere dicto tali conducere debenti, ſub pœna ſoldorum viginti parvorum pro quolibet plauſtro tam conducenti, quam ei, cujus nomine conductum fuerit. Et ſub pœna amiſſionis plauſtri, & lignorum, & quod nullus audeat, vel præſumat vendere ligna aliqua conducta ad ſcribendum, antequam omnia ligna fuerint deſcripta, nec ipſa ligna de plâtea removere, ſub pœna ſoldorum quinque parvorum pro quolibet plauſtro, tam vendenti, quam ementi.

De condemnationibus exigendis, & Fidejuſſoribus Condemnatorum. Cap. CCXIII.

STatuimus, quod Rector, Miles, ſeu Vicarius teneatur facere ſuum poſſe bona fide ad exigendum condemnationes, tam ſuo tempore factas, quam aliis temporibus, faciendo condemnatos, vel vel fidejuſſores eorum pignorari, & in perſonis detineri, mutari, & forbanniri, & generaliter ad exigendum quidquid communi debetur, tam de datiis, & collectis, quam de aliis redditibus. Et quidquid debetur ſingularibus perſonis occaſione alicujus partis condemnationis, & omnibus aliis quibuſcumque cauſſis. Et ſi præceperit alicui? ut non recedat de certo loco, niſi ſolvat communi, vel alii ſingulari perſonæ id quod debet prædictis de cauſſis poſſit illum ſi præcepta contempſerit, condemnare uſque ad ſummam librarum decem parvorum. Salvo ſemper ſtatuto, quod loquitur de officio Militis D. Rectoris, & quilibet condemnatus debeat habere terminum, ſi fuerit de civitate Belluni xx. dier. & ſi de villa, unius menſis.

Uſque ad quam ſummam Rector, ſeu Vicarius poſſit alicui præcepta, & banna imponere. Cap. CCXIV.

ITem, quod Rector, ſeu Vicarius poſſit facere præcepta cuilibet perſonæ, & banna imponere uſque ad quantitatem librarum vigintiquinque parvorum, & punire contrafacientes: ſalvo ſi in aliquo Statuto reperiretur major pœna appoſita, tunc condemnare debeat delinquentes ſecundum formam ipſius Statuti, præſente Statuto non obſtante.

Quod habens partem condemnationis, eam cedere non poſſit alicui, & de pœna eam non petentis infra terminum Statutum. Cap. CCXV.

ITem, quod quilibet qui deberet partem alicujus condemnationis habere occaſione alicujus delicti, vel quaſi, ex forma ſtatutorum, vel condemnationum communis Belluni, vel alicujus promiſſionis, non poſſit cedere alicui perſonæ jus ſibi competens in aliqua condemnatione occaſione prædicta per aliquem titulum. Et ſi prædicta ceſſio fieret, ipſo jure ceſſio non valeat, & nihilominus a jure ſuo cadat, quod pervenire debeat in debitorem, ſeu condemnatum. Ac etiam condemnetur, tam cedens, quam ille, cui ceditur in ſoldis centum denariorum communi. Et ſi aliquis poſt condemnationem publicatam ſibi quocumque caſu ſpectantem in aliqua parte infra unum menſem non petierit partem ſibi contingentem, vel ſaltem non proteſtatus fuerit ſe velle eam, & non remittere, ipſo jure cadat a jure ſuo, quod remaneat in condemnatum.

De Modo eundi, vel mittendi in Agurdum pro Condemnationibus, & aliis Debitis ſingularium Perſonarum exigendis. Cap. CCXVI.

STatuimus, quod Rector civitatis Belluni ſemel tempore ſui officii, videlicet de menſe Aprilis, vel Maii, vel de menſe Septembris, vel Octobris proponere ad Conſilium majus civitatis Belluni debeat de eundo perſonaliter, vel mittendo Vicarium, vel Militem, & ſuam familiam in Zaudum, Agurdum, & Furnos, ſecundum quod placuerit Conſilio, & cum ſocietate, qua placuerit Conſilio. Et ſi quidem contingerit dictum Vicarium vel Militem ire in Zaudum, Agurdum, & Furnos pro condemnationibus & debitis communis exigendis, & cauſſa faciendi ſatisfacere creditoribus, debentibus habere aliquid in dictis locis, teneatur & debeat infraſcripta ſtatuta obſervare, videlicet: In primis debeat exigere omnes condemnationes

tiones a quibuslibet perſonis, collegio, ſeu univerſitate in dictis locis, vel alibi habitantibus condemnatis, vel ſolvere debentibus, vel habentibus ſuas poſſeſſiones in diſtrictu Belluni, realiter & perſonaliter conſtringendo quoſcumque condemnatos ad ſolvendum ſuas condemnationes, faciendo capi & detineri, vel de ſuis bonis intromitti, vendi, vel alienari. Et ſi non invenirentur emptores, dicta bona ipſorum condemnatorum poſſint diſtribui ſecundum quod D. Vicario, & Sapientibus, qui cum eo erunt, videbitur. Et ſi reperiretur aliqua perſona, quæ diceret domum, vel domos, in quibus habitaret aliquis condemnatus, vel aliquas poſſeſſiones, vel bona, quæ tenerentur per eos, ſeu poſſiderentur eſſe ſua, & ad ſe pertinere probaverit legitime, ac etiam juraverit ſic eſſe, & dicet & juraverit dictum condemnatum amplius non dimittere ſtare in dictis ejus domibus, ſeu tenere, vel laborare dictas ſuas poſſeſſiones; ac etiam de prædictis fecerit idoneam ſatisdationem maſſario communis Belluni, videlicet, quod eumdem condemnatum in ſuis domibus non dimittet ſtare, vel laborare ſuas poſſeſſiones, nec ſua bona tenere, donec ſuas condemnationes non ſolvet talis condemnatus: Tunc dicto tali, qui ſic probaverit domus & poſſeſſiones habitatæ per ipſum condemnatum, dimittantur. Quod ſi poſtea talis condemnatus reperiretur ſtare in dictis domibus vel poſſeſſionibus laborare, vel tenere non ſolutis ejus condemnationibus, dominus, qui talem ſecuritatem fecerit, teneatur ad dictas condemnationes ſolvendas. Idem obſervetur in collectis communis Belluni, & aliis debitis communis Belluni. Si autem aliqua bona immobilia alicujus debentis dare aliquid communi ex quacunque cauſſa habitantis in dictis locis publicata forent in communi, facta tamen legitima clamatione, ipſa bona nullus audeat vel præſumat tenere, vel laborare, niſi ea recognoſceret a communi Belluni, & qui contrafecerit ea bona tenendo, vel laborando, vel aliquid de eis faciendo per ſe, vel interpoſitam perſonam, condemnetur in libris vigintiquinque parvorum communi Belluni qualibet vice, & ipſa bona dimittat libere in communi. Et Jurati villarum & regularum, in quibus dicta bona eſſent ſita, manifeſtare tales occupantes ipſa bona infra quindecim dies teneantur, ſub pœna librarum decem parvorum cuilibet Jurato, & cuilibet Jurariæ librarum vigintiquinque parvorum communi Belluni ſolvendarum.

De ſolutione facienda Rectori, Vicario, & Militi, pro eundo ad montaneas. Cap. CCXVII.

ITem pro ſolvendis expenſis, quæ fierent per dictum Rectorem, ſeu Vicarium, vel Militem, ſuam familiam, & illos, qui cum eis irent ad dicta loca, exigatur quartum tam condemnationum, quam col-

collectæ, quæ exigi poterunt. Ita quod etiam exigantur duodecim denar. pro libra a quolibet poſtulante jus in civilibus. Et ſi reperiretur de bonis ſui debitoris, primo fiat ſolutio de dictis duodecim denariis pro libra ipſi creditori, & etiam de toto ejus debito & expenſis, facta tamen de debito fide per inſtrumenta vel teſtes a centum ſol. ſuperius, ab inde vero infra ſtetur ſacramento creditoris. Et ſi non reperiretur de ejus bonis, forbanniatur talis debitor, ſervata forma infraſcripta, ſi creditor voluerit. Si vero inveniretur talis debitor, teneatur Rector, ſeu Vicarius, vel Miles facere eum capi, poſtulante dicto ejus creditore, & captum carcerari, nec inde relaxari, niſi prius dicto ejus creditori ſatisfecerit de toto ejus debito, & expenſis omnibus, vel ſecuritatem idoneam fecerit de prædictis ad implendum uſque ad quindecim dies ſequentes. Hoc Statutum hodie tamen non eſt in uſu.

De debitoribus habitantibus in Agurdo & Zaudo capiendis per Juratos, & homines villarum. Cap. CCXVIII.

ITem ſtatuimus, ſi ad poſtulationem cujuſcunque civis Belluni facientis factiones cum commune Belluni, & ſolventis collectas impoſitas per commune Belluni debitor ejus habitans in Zaudo, Agurdo, & furnis citatus, vel proclamatus fuerit in villa vel furno ubi habitaverit, ſeu habitare conſuetus ſit, quod ſolvat & ſatisfaciat dicto ſuo creditori uſque ad quindecim dies ſequentes de mandato D. Rectoris, ſeu Judicis, vel Militis, declarando debitum, perſonam debitoris, & perſonam creditoris. Et facta fide de debito per præfas, vel inſtrumenta, ſeu ſententias, vel præcepta, vel alias ſolemnes probationes. Si infra terminum prædictum non ſolverit, vel non fuerit in concordia cum dicto ejus creditore, aut non venerit ad contradicendum coram D. Rectore, citando dictum ejus creditorem, & faciendo ſecuritatem de parendo juri, & judicatum ſolvendo, Juratus & homines illius villæ, ſeu jurariæ, ſeu furni, in quibus tranſactis quindecim diebus habitaret ipſe debitor, teneantur illum talem debitorem capere, & captum in fortiam D. Rectoris ducere & præſentare, præſente dicto ejus creditore. Quem debitorem Rector teneatur facere poni in carceribus communis Belluni, nec ipſum inde relaxari, niſi dicto ejus creditori ſatisfecerit de ſuo debito, & expenſis, vel in concordia fuerit cum eodem, aut idoneam ſecuritatem fecerit de prædictis adimplendis uſque ad quindecim dies ſequentes. Si vero Juratus jurariæ, & homines villæ, vel furni, in quibus habitaret talis debitor, non cæperint, conduxerint, & præſentaverint Rectori communis Belluni, ut dictum eſt, condemnetur in ſoldis centum denar. communi Belluni pro quolibet die, quo ſteterit & habitaverit talis debitor in

ſuis

Digitized by Google

ſuis villis, jurariis, vel furnis. Cujus condemnationis medietas ſit dicti creditoris. Et nullus poſſit accuſare, niſi ſolummodo dictus creditor, vel habens cauſſam ab eo. Et idem jus ſervari debeat & fieri in plebe Lavatii, & in eundo, ſeu redeundo per viam Zaudi, vel Agurdi contra unumquemque habitantem in dictis locis.

De ratione facienda per Rectorem, & Vicarium ſummarie ad montaneas.
Cap. CCXIX.

ITem, quod D. Rector, ſeu Vicarius conſtitutus ad eundum in Agurdum, Zaudum, & furnos poſſint & debeant dum erunt in prædictis locis facere ſummarie rationem ſine ſtrepitu judicii, & omni juris ſolemnitate & ſtatutorum omiſſa, & tam de jure, quam de facto in civilibus, ſeu criminalibus procedere, & proceſſus facere quoſcunque, & abſolvere, & condemnare, & ſententias, & præcepta executioni mandare, & omnia alia facere circa ejus officium, quæ ſibi commode videbitur expedire. Et valeat, & teneat, quod per ipſum factum fuerit tam in civilibus, quam in criminalibus ac ſi eſſet libellus porrectus, lis conteſtata, de calumnia juratum, & omnis juris & ſtatutorum communis Belluni ſolemnitas obſervata.

De pœna abſcondentium & ſubcælantium bona condemnati alicujus.
Cap. CCXX.

ITem tempore, quo erit prædictus Rector & Vicarius in dictis locis nulla perſona audeat recipere, abſcondere, vel ſubcælare aliqua bona alicujus condemnati. Pœna librarum decem parvorum cuilibet contrafacienti, & qualibet vice.

Omnes, qui videbuntur Rectori, Vicario, & Conſulibus aſſociare debeant eos cum armis. Cap. CCXXI.

ITem, quod Rector vel Vicarius, qui erit in dictis locis poſſit conſtringere quoſcunque, qui ſibi, conſulibus, & ſapientibus, qui cum eo erunt, videbuntur eum aſſociare cum armis, & alia facere, quæ eis injuncta fuerint per prædictos. Pœna cuilibet contrafacienti, ſeu non obedienti librarum vigintiquinque parvorum.

De non permittentibus capi, vel per vim pignorari.
Cap. CCXXII.

ITem ſi quis in dictis locis capi, vel pignorari debuerit per vim, & non permiſerit, ſeu contradixerit prædictis, & ipſe offenderetur,

tur, de offenſione juſtitia non reddatur, dummodo non ſit offenſa ad mortem, nec ad ſanguinis effuſionem.

HÆC SUNT STATUTA DE INCENDIO, ET INCENDIARIIS.

De ponentibus ignem in domibus. Cap. CCXXIII.

SI quis poſuerit fraudolenter ignem in domo, vel ſegete alicujus ad hoc ut domus comburatur, in arbitrio D. Rectoris, & Conſulum impoſitor incendii comburatur: & damnum emendetur paſſo damnum habitum propter incendium de bonis illius, qui ignem poſuerit, ſi reperirentur, quod ſtatutum vendicet ſibi locum, & in mandante.

De ponentibus ignem in pratis, & nemoribus. Cap. CCXXIV.

ITem ſtatuimus, quod ſi quis impoſuerit ignem in aliquibus pratis, paſcuis, campis, vicis, ſeu nemoribus, ita quod ex tali igne ſic impoſito aliquis homo, vel perſona damnum aliquod pateretur in domibus, ſtabulis, tabladis, pratis, paſcuis, & nemoribus, fœno, ſorgalæ, paleis, & hujuſmodi talibus, condemnetur talis imponens ignem, arbitrio D. Rectoris, & Conſulum pecunialiter tantum, & ad emendandum damnum ipſi paſſo juxta æſtimationem bonorum virorum, ſuper qua æſtimatione Rector teneatur procedere ſummarie, breviter, & de plano ſine libelli oblatione, & omni juris, & ſtatutorum ſolemnitate ommiſſa.

Quod in civitate Belluni non teneatur domus cooperta a paleis. Cap. CCXXV.

ITem, quod nulla perſona audeat tenere, ſeu præſumat tenere aliquam domum in civitate Belluni coopertam a paleis. Pœna, & banno vigintiquinque librarum parvorum communi Belluni ſolvenda. Et ſi aliquis non ſubjectus temporali juriſdictioni haberet, vel teneret aliquam domum paleis coopertam in civitate Belluni, quod dicta domus eidem comburatur, vel deſtruatur. Et ille, qui eam combuſſerit, vel deſtruxerit, pœnam aliquam minime patiatur, & prædicta locum habeant in domibus factis, & faciendis, & compellatur eam tenens cooperire de laſtis, vel aſſidibus, pœna prædicta. Salvo eo, quod dicitur de contractis contentis in proximo ſtatuto.

Quod

Digitized by Google

Quod habens domum in civitate teneatur cooperire a laſtis, ſive a cuppis. Cap. CCXXVI.

ITem, quod qualibet perſona, quæ habuerit domum in civitate Belluni infra mænia civitatis debeat eam cooperire, & coopertam tenere de laſta, ſive cuppis, & non de alia coopertura. Pœna cuilibet contrafacienti librarum vigintiquinque parvorum pro condemnato.

Qualiter debeant fieri lares, & camini. Cap. CCXXVII.

ITem, quod qualibet domus civitatis, & burgorum, in qua ſit ignis, habere debeat in loco, ubi ſit ignis bonum, & ſecurum larem, ſive eram: & ſi faceret ignem juxta aliquam parietem diſtrahere debeat larem ubi ſit ignis ab ipſa pariete ad minus per medium paſſum. Si vero fieret juxta parietem ultra dictam menſuram, tunc debeat fieri unus murus latus de uno paſſu, & altus circumcirca ad minus ultra tectum per paſſum: pœna librarum decem parvorum cuilibet, qui faceret ignem aliter, quam dictum eſt.

Quod vicini teneantur ſcire ſi convicinus facit ignem ſecundum formam ſtatutorum. Cap. CCXXVIII.

ITem, quod vicini proximiores teneantur ſcire ſi ſuus convicinus facit ignem ſecundum formam ſtatutorum, & lares, larinos, caminos, & muros habeat conſtitutos ſecundum formam ſtatutorum. Et ſi reperirent talem ſuum convicinum non facere debite prædicta illi ſui vicini teneantur denuntiare, ut dictum ignem facere debeat ſecundum formam ſuperius conſtitutam uſque ad octo dies. Quod ſi non fecerint teneantur ipſi vicini denuntiare hoc Rectori Belluni, ſub pœna ſoldorum centum parvorum.

Quod ſingulis tribus menſibus inquiratur, ſi ignis ſit contra formam Statutorum. Cap. CCXXIX.

TEneatur Rector mittere ſingulis tribus menſibus Militem aſſociatum cum quatuor bonis viris civitatis Belluni per Conſules electis, qui vadant per domos civitatis Belluni, & burgos ad tentandum, & videndum ſi ignis ſit in domibus prædictis ſecundum formam ſtatutorum, & lares, muros, caminos, ſeu larinos, vel aliud quidquam contra formam ſtatutorum communis Belluni, habeant in loco ubi fieri debet ignis.

Digitized by Google

De Pilaſtris conceſſis ad ædificandum in foro. *Cap. CCXXX.*

POſſit quilibet per totum mercatum civitatis facere, & ædificare ex parte anteriori juxta vias publicas pilaſtros de muro, ſuper quibus ædificare poſſint muros pro conſtituendis domibus ſecuris ad tutellam ignis. Et hos pilaſtros, vel columnas ædificare debeat in locis ſibi conſignatis per Rectorem, ſeu Vicarium, & per Conſules & Exgroſſatores ſimul cum ſapientibus electis ſuper hoc per Conſules.

De aſſonibus in civitate, & burgis. Cap. CCXXXI.

ITem, ſi contigerit aliquem habere aſſonum in civitate Belluni, & burgis, teneatur & debeat ſupra aſſonum habere bonum, & amplum larinum, & bene immaltatum ab utroque latere, ſub pœna librarum decem parvorum pro ſingulo aſſono, & non tenere paleas, vel ſorgalæ, vel ſtramen, vel fœnum pęnes ipſum aſſonum ſub dicta pœna.

De poſitione facienda per Rectorem pro conſervatione ab igne. Cap. CCXXXII.

ITem teneatur quilibet Rector infra unum menſem poſt introitum ſui regiminis ſub vinculo ſacramenti proponere ad Conſilium majus civitatis Belluni quid faciendum ſit ſuper providendo, ne ignis, ſeu incendium oriri poſſit in civitate Belluni, & burgis.

HÆC SUNT STATUTA DE OBSERVANDIS IIS, QUÆ PER COMMUNE BELLUNI ORDINANTUR.

De Officiis Procurantis pro Commune Belluni. Cap. CCXXXIII.

SI aliquis ſemel procuratus fuerit, & reddiderit rationem de officio ſuo in præſentia Vicarii, & Procuratorum communis Belluni, & per eos approbata fuerit, amplius de ipſo officio inquietari non poſſit: ſalvo tamen omni jure tam communi, quam officiali procuratori, ſi error expreſſus reperiretur in calculo, ſive in computatione rationis.

De

Digitized by Google

De pœnis eorum, qui deſtruerent, vel corrumperent Statuta Communis Belluni. Cap. CCXXXIV.

STatuimus, quod aliquis non audeat, vel præſumat ſtatuta communis Belluni in toto, vel in parte, ſeu aliquod ſtatutum radere, vel corrumpere, cancellare, vel in aliquo dimittere, vel mutare, niſi ſecundum quod per Conſilium majus fuerit ordinatum. Et qui contrafecerit comburendo, vel furando totum volumen ſtatutorum, ſuſpendatur per gulam, ita quod moriatur, vel comburatur, ita quod etiam moriatur. Si autem contrafecerit radendo, vel corrumpendo, vel cancellando, ſcribendo, vel in aliquo mutando, vel addendo, vel minuendo aliquod ſtatutum in toto, vel in parte, condemnetur ad amputationem manus. Et in quocumque dictorum caſuum delinquens ad aliquod officium communis Belluni numquam admittatur: ſed pro falſario perpetuo habeatur. Et ſit præciſum.

Quod Rector obſervet Statuta Communis Belluni. Cap. CCXXXV.

TEneatur D. Rector civitatis Belluni Statuta omnia, & ſingula præciſe obſervare, & non poſſit petere ſe habere ſolutionem a Statuto, quod loquitur de ſalario Rectoris. Et quod non ultra ſuum ſalarium recipiat, nec donationem aliquam a commune Belluni, vel ſingulari perſona, collegio, communi, vel univerſitate. Nec a Statuto, quod loquitur, quod non poſſit comedere, vel bibere, vel convivium habere cum aliquo habitatore civitatis Belluni, & diſtrictus. Nec a Statuto quod loquitur de non dando de havere communis Belluni alicui perſonæ, communi, vel univerſitati; nec poſſit, vel debeat extrahere, vel cancellare, ſeu cancellari facere aliquem forbannitum communis, ſeu condemnatum in communi de libro condemnationum, vel forbannitorum communis Belluni pro proditione civitatis Belluni, caſtri, ſeu aliquo alio delicto quod ingerat pœnam ſanguinis, ſeu capitale, vel aliquem condemnatum occaſione alicujus homicidii, robariæ, rapinæ, incendii, mulieres violenter cognitæ. Et ſi contrafecerit petendo abſolutionem a prædictis ſtatutis; vel aliquo ipſorum non valeat, quod petitum fuerit, vel ſecutum. Et nihilominus petens dictam abſolutionem condemnetur in libris ducentis parvorum pro qualibet vice. Ab aliis vero ſtatutis præciſis, & non præciſis poſſit petere abſolutionem ſi tres partes conſilii fuerint in concordia, dum tamen in conſilio fuerint ad minus trigintaſex Conſiliarii, illis de Agurdo non computatis, & aliter abſolutio petita, vel facta non valeat. Salvo, quod ſi in aliquo ſtatuto appoſita eſſet major ſolemnitas,

tas, vel aliqua pœna proponenti, conſulenti, ſcribenti, vel conſiliario illud tale ſtatutum debeat obſervari. Et ſit præciſum.

HÆC SUNT STATUTA DE CARCERIBUS, ET CARCERATIS.

Quod carcerati bene cuſtodiantur in carceribus Palatii communis Belluni. Cap. CCXXXVI.

STatuimus, quod præſens Rector, & quiliber, qui fuerit in regimine civitatis Belluni teneatur, & debeat carceratos communis Belluni ex quacumque cauſſa facere cuſtodiri in carceribus communis Belluni, quæ nunc ſunt in palatio communis Belluni.

Quod quilibet Rector in principio ſui regiminis proponat ad Conſilium majus Civitatis, quomodo debeant cuſtodiri carcerati. Cap. CCXXXVII.

STatuimus, quod Rector civitatis Belluni per xv. dies ante finem, quo aliquis teneatur cuſtodire carceres communis Belluni teneatur proponere ad Conſilium majus civitatis Belluni in principio ſui regiminis, quomodo, & qualiter debeant cuſtodiri dicti carceres communis Belluni, & ſecundum quod Conſilio placuerit, ita procedatur.

Quod Comeſtabilis teneatur dare ſecuritatem de cuſtodia carcerum. Cap. CCXXXVIII.

ITem ſi contingat dare carceres communis Belluni, & concedi alicui ad cuſtodiendum, ſive cuſtodiri debeant per Comeſtabiles D. Rectorum Belluni ille talis cuſtos, ſeu Comeſtabilis teneatur, & debeat facere bonam, & idoneam ſecuritatem Maſſario communis Belluni de libris mille denariorum parvorum pro dicta cuſtodia carcerum bene, & diligenter facienda omnibus ſuis periculis, & expenſis de omnibus & ſingulis carceratis: ita quod ſi aliquis carceratus ex quacumque cauſſa fugeret, vel recederet de dictis carceribus ſine mandato D. Rectoris ſeu Vicarii, vel ſine voluntate creditorum ad quorum poſtulationem fuerit carceratus. Et ſi contigerit aliquem carceratum fugiſſe, ſeu receſſiſſe de dictis carceribus communis ſine licentia Rectoris civitatis Belluni, & voluntate ſuorum creditorum. Si fuerit carceratus pro tali maleficio, quo debeat pati pœnam mortis, cuſtos carceris, ſive comeſtabilis ſi conſenſum aliquem habuerit, pœna ſimili puniatur, ſi fuerit in fortia com-

communis, tunc in hoc caſu fidejuſſores ad pœnam aliquam, nec ſecuritatem teneantur. Et ſi custos, ſive comeſtabilis fugerit cum carcerato, qui condemnatus fuerit ad mortem; tunc fidejuſſores teneantur ad ſecuritatem. Si vero præter caſus, ſcientiam, & voluntatem proceſſerit: tunc banniatur per commune Belluni, de quo banno exire non poſſit, niſi libras quingentas perſolvat Maſſario, & ejus fidejuſſores in hoc caſu condemnentur in libris quingentis denariorum communi ſolvendis, & non ad aliam pœnam, neque ſecuritatem. Si vero carceratus qui fugerit, vel receſſerit de carceribus, erit condemnatus in aliquo membro, ſi custos carceris, ſive comeſtabilis aliter aſſenſerit, pœna ſimili puniatur. Si vero præter ejus conſcientiam, & voluntatem receſſerit de carceribus, in libris ducentis denariorum condemnetur, ad quam ſolvendam ejus fidejuſſores teneantur. Si vero talis carceratus condemnatus fuerit in pecunia, & fugerit: tunc cuſtos, ſive comeſtabilis condemnetur in libris vigintiquinque parvorum pro banno, & ad condemnationes ſolvendas. Si vero eſſet ſolummodo pro debito ſingularium perſonarum, & fugerit, vel receſſerit de carceribus ſine licentia creditoris, & mandato Rectoris; tunc in libris decem condemnetur pro banno, & ad ſolvendum creditoribus debita, pro quibus erat detentus. Salvo ſi aliquis carceratus ſine licentia & voluntate creditoris, & cuſtodis fugerit de carceribus, cuſtos poſſit capere, & reducere ad dictum carcerem illum talem carceratum, qui fugerit, uſque ad decem dies ſequentes, ſi fuerit condemnatus in pecunia ſolummodo, & ſi fuerit condemnatus ad mortem, vel in membro aliquo uſque ad unum menſem. Tunc cuſtos carceris pœnam aliquam non patiatur, & quando eſſet carceratus condemnatus in pecunia, vel eſſet captus pro debitis ſingularium perſonarum, & fugeret, vel recederet de carcere: tunc ipſe carceratus condemnetur in libris .xxv. parvorum communi, etiam ſi reductus fuiſſet ad carcerem.

Quod Carcerati ſcribantur in quaterno nomine, & pronomine, & cauſſa carcerationis. Cap. CCXXXIX.

ITem, quod fiat unus quaternus, qui ſtet penes D. Vicarium, in quo ſcribantur nomina, & pronomina omnium carceratorum, & cauſſæ, quare eſt unuſquiſque carceratus, & ſi eſſet pro debito alicujus ſingularis perſonæ. Similiter ſcribantur pro quo, ſeu quibus creditoribus, & pro quibus debitis, & cuſtos carceris ſimiliter exemplum debeat habere de prædictis, & pro aliis cauſſis non intelligatur aliquis carceratus, niſi pro his, quæ in dicto quaterno ſcriptæ reperirentur. Et omni tempore quando relaxantur aliqui de carceribus, debeat cuſtos habere cedulam ſubnotatam per aliquem

ex

ex officialibus maleficiorum, quomodo de juſſu Rectoris relaxatus eſt, & cancellatus de ipſo quaterno.

De Pœna frangentibus Carceres danda. *Cap.* CCXL.

STatuimus, quod nullus audeat vel præſumat rumpere vel frangere carceres communis, qui nunc ſunt, vel in futurum erunt. Et qui contrafecerit, ſi tamen propter dictam fracturam aliquis carceratus non fugerit, condemnetur in libris centum parvorum. Si autem propter dictam fracturam carceratus aliquis fugerit de dictis carceribus, ſi quidem ille carceratus condemnatus vel condemnandus erat in perſona, illis pœnis ſubiaceat, quibus debebat ille captus ſubjacere. Si autem ille qui condemnatus, erat, vel condemnandus eſſet in aliquo membro, condemnetur in libris mille parvorum. Si vero ille carceratus condemnatus, vel condemnandus erat in pecunia, vel carceratus erat occaſione alicujus debiti ſingularis perſonæ condemnetur arbitrio Rectoris, & nihilominus teneatur ſolvere condemnationem factam, vel fiendam contra illum carceratum, ac etiam ſuo ſatisfaciat creditori, ad cujus poſtulationem carceratus fuerit de debito expenſis omnibus.

HÆC SUNT STATUTA DE SERVANDIS AMPLIS, ET PASCUIS COMMUNIS BELLUNI, QUIBUS ADDUNTUR ALIA DE VARIIS PARTICULARIBUS PRO IPSO COMMUNI DISPONENTIA.

De pœna Occupantium Paſcua Communis Belluni. *Cap.* CCXLI.

STatuimus, & ordinamus, quod ſi aliqua perſona ab uno anno citra occupaſſet, ſeu uſurpaſſet, habuiſſet, vel tenuiſſet aliquid de amplis vel paſcuis communis, illud debeat relaxare per totum menſem Aprilis proxime futuri, alioquim a dicto tempore in antea condemnetur in libris vigintiquinque parvorum, & nihilominus ipſum amplum vel paſcuum debeat relaxare. Et quod nulla perſona de cætero audeat occupare, uſurpare, accipere, tenere, vel laborare de amplis, vel paſcuis communis Belluni ſub pœna prædicta. Et nihilominus debeat dimittere vel relaxare ampla, ſeu paſcua prædicta ſub dicta pœna.

Quod

Quod nullum ædificium fieri poſſit in toto ſaleto de Mareſega, & a dicto Saleto uſque ad Nogaredum ab utraque parte Plavis. CCXLII.

ITem ſtatuimus, quod nulla perſona audeat vel præſumat ædificare vel laborare ſeu aliquod ædificium facere de ſegis, molendinis, folognis, vel aliis quibuſcumque laboreriis vel ædificiis in toto ſaleto de Mareſega; & a dicto ſaleto Mareſegæ ſuperius verſus civitatem Belluni uſque ad Nogaredum ab utraque parte fluminis Plavis. Pœna ducentarum librarum parvorum cuilibet contrafacienti qualibet vice. Et nihilominus omnia talia ædificia debeant deſtrui, & removeri. Et ſi aliquis aliquod ædificium ab uno anno citra in dictis locis conſtruxerit, illud tale ædificium deſtruere & removere teneatur uſque ad exitum menſis Aprilis, proxime venturi, ſub dicta pœna. Et ſit præciſum.

De laſtis a cooperiendo faciendis. Cap. CCXLIII.

ITem ſtatuimus, quod quilibet homo & perſona poſſit impune facere laſtam cauſſa conducendi in civitate Belluni ad cooperiendum in paſcuis & aliis locis communibus alicujus reguæ, abſque aliqua pœna. Et quod aliqui marici, ſaltarii, vel jurati alicujus regulæ, non poſſint aliquem facientem dictam latam condemnare, ſub pœna ſoldorum centum parvorum.

De Pœna offendentium, ſeu non obſervantium Pacem. Cap. CCXLIV.

STatuimus, & ordinamus, quod ſi aliquis offenderit aliquem de civitate Belluni vel ejus diſtrictu obedientem communi Belluni, rumpendo ei pacem, quod tunc ille talis offendens & frangens pacem ſummarie, ſine ſtrepitu, & figura judicii compellatur ſolvere pœnam appoſitam in inſtrumento, ſeu contractu pacis, ſiqua eſſet appoſita. Et nihilominus de offenſionibus condemnetur in pœna dupli contenta in ſtatutis communis Belluni. Si autem in dicta pace non eſſet appoſita aliqua pœna frangenti pacem ex vigore alicujus contractus ex hoc facti, tunc ille talis offendens, & rumpens pacem condemnetur de offenſionibus in quadruplo pœnarum contentarum in ſtatutis communis Belluni. Cujus condemnationis quadrupli medietas ſit illius, cui facta fuerit talis offenſio.

De

Digitized by Google

De Pœna offendentis aliquem extra diſtrictum Belluni. Cap. CCXLV.

STatuimus, & ordinamus, quod ſi quis offenderit aliquem ſubiectum & obedientem communi Belluni in aliquo loco extra civitatem Belluni, & diſtrictum, quod contra talem offendentem, poſſit & debeat procedi per Rectorem communis Belluni per inquiſitionem, denuntiationem, & accuſam ſecundum formam ſtatutorum communis Belluni, & ille talis offendens puniatur & condemnetur ſecundum formam dictorum ſtatutorum non obſtante aliquo proceſſu facto, vel fiendo in loco, ubi eſſet commiſſum crimen vel alibi.

De Pœna Judicis ludentis. Cap. CCXLVI.

STatuimus, & ordinamus, quod Judex, ſeu Vicarius Rectoris communis Belluni ea die, qua jus reddi debet ſecundum formam ſtatutorum communis Belluni non poſſit nec debeat ludere ad taxillos, ſeu ſchachos, nec ad aliquem alium ludum. Sub pœna librarum decem parvorum. Et habeatur pro condemnato qualibet vice, & vinculo ſacramenti. Et de prædictis debeat & poſſit ſindicari. Et ſimiliter qui luſerit cum eo condemnetur in libris tribus parvorum & pro condemnato habeatur. Et contra ipſum poſſit de tali delicto procedi uſque ad annos tres.

De Pœnis Imponentium aliquam Collectam in aliqua Villa, Plebe, vel loco diſtrictus Belluni. Cap. CCXLVII.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quod in aliqua plebe, ſeu Juraria diſtrictus Belluni non poſſit nec debeat imponi aliqua collecta modo aliquo vel ingenio propter aliquam cauſſam, niſi modo infraſcripto, videlicet, quod ſi in aliqua plebe, vel Juraria debet imponi aliqua collecta, antequam dicta collecta imponatur, Juratus illius villæ, ſeu Jurariæ cum duobus ſuis vicinis & ſindicus plebis, in qua deberet imponi dicta collecta, cum quatuor ex ſuis vicinis comparere debeant coram D. Rectore, & petere licentiam, & obtinere imponendi collectam in ſua Juraria, vel plebe, exponendo coram eis cauſſam, quare debet imponi. Et quod de dictis licentiis debeat ſemper fieri publicum inſtrumentum, in quo inferatur cauſſa quare imponi debeat dicta collecta, & quantitas ipſius collectæ. Quod inſtrumentum fiat per notarium Conſulum ſcribentem reformationes communis, & habere debeat pro dicto inſtrumento unum groſſum. Et quod nullo modo aliqua collecta imponi poſſit per ali-

quam

Digitized by Google

quam formam, quam ſupradictam. Et ſi contrafieret, talis impoſitio collectæ nullo modo valeat, nec exigi poſſit. Et nihilominus Sindicus plebis, vel Juratus jurariæ vel quilibet alius impoſitor collectæ, & ſcriptor, & exactor talis collectæ condemnetur in libris decem parvorum, & etiam plus arbitrio Rectoris. Et Juraria, in qua poſita fuerit dicta collecta in libris vigintiquinque parvorum. Et plebs ſimiliter, in qua poſita eſſet talis collecta, condemnetur in libris quinquaginta parvorum, & nihilominus ipſa tota collecta pervenire debeat in communi. Si vero aliquis caſtaldio, ſeu villicus, vel capitaneus alicujus loci diſtrictus Belluni procuraret proponere, ſeu proponi faceret aliquam collectam in villis, ſeu plebibus, vel jurariis diſtrictus Belluni aliter quam ſupradictum eſt, condemnetur in libris quinquaginta communi. Salvo ſi in aliquo ſtatuto major pœna eſſet appoſita, illud tale ſtatutum debeat obſervari, præſenti ſtatuto non obſtante.

De Pœna Diffidantium alios. Cap. CCXLVIII.

STatuimus, & ordinamus, quod ſi aliquis intulerit minas alicui, dicendo: Ego te diffido de perſona per ſe, ſeu nuntium, vel interpoſitam perſonam; condemnetur in libris vigintiquinque qualibet vice. Et ſuper hoc ſufficiat probatio unius boni teſtis cum alio quali quali indicio.

De Pœna facientis Congregationem Hominum armatorum. Cap. CCXLIX.

STatuimus, & ordinamus, quod nullus audeat, vel præſumat facere aliquam congregationem, ſeu aliquod guarnimentum hominum armatorum in civitate Belluni vel ejus diſtrictu in damnum, offenſionem, ruinam, vel detrimentum alicujus communis, vel univerſitatis, vel ſingularis perſonæ, quæ eſſent ſubiectæ Illuſtriſſimo dominio noſtro Venetiarum. Et qui contrafecerit, ſi fuerit de militibus, vel nobilibus, condemnetur in libris trecentis parvorum. Si fuerit de populo, in libris centum & quinquaginta parvorum. Et quilibet, qui eſſet in guarnimento, vel congregatione, condemnetur in libris quinquaginta parvorum pro quolibet, & qualibet vice. Et nihilominus quilibet eorum condemnetur de armis, inſultibus, offenſionibus, & injuriis, quæ fierent occaſione dicti guarnimenti, ſeu congregationis. Et intelligatur, & præſumatur feciſſe guarnimentum, ſeu congregationem quandocumque aſſunaverit, ſeu collegerit homines cum armis ultra numerum quinque, non computatis illis de familia ſua, qui ſtarent ſecum ad unum panem, &

 vinum.

Digitized by Google

vinum: Salvis ſemper majoribus, & minoribus pœnis arbitrio Rectoris, & Conſulum, inſpecta qualitate facti, & conditione perſonarum.

De non Ponendo aliquem ad Tormenta. Cap. CCL.

STatuimus, & ordinamus, quod Rector, ſive Vicarius non poſſit nec debeat tormentare, nec tormentis aliquibus ſubiicere aliquam perſonam propter delictum, quod ingerat pœnam ſanguinis, vel requirat pœnam pecuniariam ſummæ librarum vigintiquinque parvorum, vel majoris. Salvo quod pro futuro, pro quo quicunque poſſit tormentari, ſive ingerat pœnam ſanguinis, ſive pecuniariam. Et ſi tale foret delictum ex quo ponenda ſit pœna ſanguinis, vel pœna pecuniaria majoris ſummæ librarum vigintiquinque parvorum, tunc poſſit quis tormentari, & tormentis ſubiici cauſſa veritatis inquirendæ, dum tamen legitima præcedant indicia. Et dum tamen fiat præſentibus Conſulibus civitatis Belluni vel majori parte ipſorum, & de eorum voluntate & conſenſu. Et aliter non procedatur, nec procedi poſſit ad aliquem tormentandum, pœna D. Rectori, ſive Vicario, cuilibet contrafacienti perjurii, & librarum ducentarum parvorum communi Belluni ſolvendarum pro qualibet vice, & damni, intereſſe, & injuriæ ipſius tormentati. Et nihilominus aliqua confeſſio facta per talem tormentatum contra formam prædictam ſibi non præjudicet, nec condemnatio aliqua fieri poſſit per confeſſionem prædictam. Et ſi fieret condemnatio ex tali confeſſione, non valeat, nec teneat, ſed prorſus ſit inefficax, & nullius valoris. Et de tali tormentatione, ſive tortura credatur ipſi tormentato per ſacramentum cum probatione unius teſtis bonæ opinionis & famæ. Quod ſtatutum non vendicet ſibi locum in familiaribus domini Rectoris, ſive Vicarii, quos dictus Rector, ſive Vicarius tormentare poſſit, & tormentis ſubicere pro libito voluntatis.

De Condemnationibus fiendis per Vicarium cum Conſenſu & Deliberatione Conſulum. Cap. CCLI.

STatuimus, & ordinamus, quod in omnibus & ſingulis caſibus ubi ſit arbitrium conceſſum Rectori vel Vicario civitatis Belluni ſuper aliquo delicto, & maleficio, vel quaſi, per aliquam perſonam commiſſo, intelligatur dictum arbitrium fore conceſſum conſulibus civitatis Belluni una cum dicto Rectore vel Vicario, & non aliter. Et quod prædictus Rector vel Vicarius non poſſit aliquam ſententiam occaſione alicujus delicti, vel quaſi facere ex arbitrio ſine ipſorum Conſulum, vel majoris partis eorum conſenſu voluntate expreſ-

Digitized by Google

expreſſa. Et quod Rector ſive Vicarius teneatur & debeat ſententiam ferre, ſecundum quod per dictos Conſules, vel majorem partem ipſorum fuerit deliberatum de omni proceſſu, aliter ſententia facta nullius ſit valoris.

De mercede capientis Lupum, vel Lupam. Cap. CCLII.

STatuimus, & ordinamus, quod ſi aliquis cœperit unam lupam, & ipſam præſentaverit D. Rectori habere debeat a communi Belluni ſoldos trigintaduos parvorum. Si autem cœperit unum lupum, habere debeat a communi ſol. viginti parvorum ipſum præſentando Rectori, & hoc ſi ipſi lupus & lupa eſſent magni. Si autem eſſent parvi de cubiculo, ſeu nido, tunc habere debeat ſol. decem parvorum pro ſingulo, ipſos præſentando D. Rectori.

De præmio capientis, & præſentantis aliquam talpam. CCLIII.

ITem, quod quicunque aliquam talpam ſeu ſolvam præſentaverit, habere debeat a communi Belluni ſive ejus maſſario denar. duodecim pro ſingula, ipſam præſentando maſſario communis Belluni. Et quod maſſarius ſemper quando præſentatur, debeat ipſis ſolvis incidere pedem dextrum ad evitandam fraudem, ne ulterius præſentetur. Et ſimiliter facere debeat de lupis, & aquilis propter fraudes evitandas.

De mercede capientis Aquilam aut vulturem. Cap. CCLIV.

ITem ſi quis cœperit aliquam aquilam, vel aliquam vulturem, & ipſas præſentaverit D. Rectori, habere debeat a communi Belluni ſol. decem & nihilominus aquila ſit ſua, & vultur, & hoc ſi eſſent magnæ; ſi autem eſſent parvæ de nido, tunc habere debeat ſoldos quinque pro ſingula.

Quod omnes debeant æqualiter pro viribus onera realia, & perſonalia Civitatis Belluni ſubire. Cap. CCLV.

QUoniam Civitas muneribus gaudens niti non debet ejus onera evitare. Et quia pro patria ac Republica pugnare debet unuſquiſque, idcirco hac lege ſalubri, & honeſta in perpetuum valitura, Jubemus attente unumquemque hominem & perſonam cujuſcunque dignitatis & conditionis exiſtat de civitate Belluni, ejuſque diſtrictu, ac forenſem, niſi dicto tali forenſi conceſſa fuerit immunitas, ſubire æqualiter onera dictæ civitatis Belluni realia, & perſonalia juxta poſſe. Volentes ex nunc, & expreſſe præcipiendo mandantes

nullum, nullamque perſonam cujuſcunque dignitatis, gradus, conditioniſve ſit, gaudere, vel frui aliquo privilegio immunitatis collectarum, cuſtodiarum, factionum, ac aliorum onerum dictæ civitatis & diſtrictus realium & perſonalium non ſolvendorum particulariter, vel in totum, ſive per imperiale oraculum, privilegium, mandatum, beneficium, vel reſcriptum ſit immunis, ſive quovis alio privilegio, beneficio, & jure contra talem ſolutionem, ac onera ſuſtinenda aſſeret ſe exemptum. Salvis mandatis præfati domini noſtri Venetiarum. Decernentes extunc talem talia machinantem, impetrantem, acceptantem, & uti volentem, caſſatis, & irritis ante omnia impetratis, & acceptatis, condemnatum eſſe ipſo jure in libris ducentis parvorum communi ſolvendis propter ejus avaritiam, & cupiditatem legitimis ictibus feriendam, nec non falſi crimen ſubire, & ob id puniri tanquam falſorum ſuggeſtorum acceptatorem, fabricatorem, & mendaciorum compoſitorem, ſcilicet, ommiſſa, & tacita veritate, & fallacia, & falſitate expreſſis, contra patriam, & R. P. in occulto molitum. Solvatque nihilominus triplum ejus quod ſolvere debuiſſet, & rejiciatur a grege tanquam ovis fetida, & corrupta, cui per unumquemque de civitate Belluni locus, & ignis interdicatur, ac omne auxilium, conſilium, & favor ei totaliter denegetur, & tanquam homo ingratus, infamis, nota ab omni commodo, & honore ſuæ patriæ in perpetuum ſit ſuſpenſus. Quæ omnia dominus Rector per ſacramentum, & ſub nota infamiæ, & librarum ducentarum parvorum pœna obſervari faciat. De quibus quandocunque uſque ad annos viginti cognoſci poſſit, præſcriptione aliqua, & jure quolibet non obſtantibus. Et ſic præcipimus ab omnibus inviolabiliter obſervari, & cuſtodiri. Et prædictum ſtatutum nedum ad futura, ſed etiam ad præterita ſe extendat.

Quod Medici teneantur admonere Infirmos de confeſſione facienda.
Cap. CCLVI.

QUoniam hominum animæ cæteris rebus ſunt præferendæ, ideo animabus civium, & diſtrictualium noſtrorum volentes ſalubriter providere, Decernimus ſtatuendo, quod quicumque Medicus tam phyſicus, quam chirurgicus, intelligendo chirurgicos etiam barbitonſores habitantes in civitate, & diſtrictu Belluni, qui viſitaverint aliquam perſonam in dicto diſtrictu, vel civitate habitantem occaſione alicujus infirmitatis, propter quam dubitetur ipſum fore in periculo mortis, teneatur & debeat dicere, & denuntiare dictæ tali perſonæ infirmæ, quod de commiſſis per ipſam confiteatur, & pœnitentiam accipiat, notificando ſibi, quod niſi hoc faciat, amplius niſi una alia vice ipſam viſitabit. Et facta ſibi denun-

nuntiatione prædicta ultra unam vicem, ipſam non viſitet, niſi dicta talis perſona dictam pœnitentiam acceperit, ut dictum eſt. Sub pœna cuilibet medico, ſi fuerit ſalariatus, contrafacienti pro commune Belluni ammiſſionis ſalarii ſui illius menſis, in quo contrafecerit, & ſi non fuerit ſalariatus, librarum vigintiquinque parvorum, in quas pœnas incidat ipſo facto, abſque aliqua alia condemnatione. Et de prædictis Rector, ſeu Vicarius civitatis Belluni ſub vinculo ſacramenti teneatur diligenter inquirere. Et nihilominus quilibet poſſit accuſare, & habeat medietatem pœnæ prædictæ, & teneatur in credentia.

De emptoribus rerum mobilium, perſonaliter detinendis, ſi prætium non ſolvant. Cap. CCLVII.

STatuimus, & reformamus, quod quandocumque contigerit aliquem, vel aliquos vendere aliquam rem, vel res mobiles in civitate, burgis, ſive diſtrictu Belluni facto mercato emptor, aut emptores teneantur ſtatim ſolvere prætium ipſarum rerum per eos, vel eum emptarum, eidem venditori, aut venditoribus ad voluntatem venditoris, aut venditorum. Quod prętium ſi non ſolverit, Rector teneatur, & debeat ad voluntatem venditoris, vel venditorum conſtringere, & compellere realiter per pignorum captionem, & eorum ſubaſtationem fiendam ad voluntatem creditoris, ac perſonaliter detineri facere dictum emptorem, vel emptores pro dicto prætio ſolvendo, donec ſolverit. Salvo ſi in dicto mercato fuerit poſitus terminus de voluntate contrahentium, quod tunc venditor, aut venditores teneantur ſtare termino, & expectare emptorem, aut emptores, uſque ad terminum conventum inter partes. Et ſi emptor, aut emptores non ſolverint ad terminum prædictum, tunc tranſacto termino ſimiliter Rector ad voluntatem creditoris teneatur, & debeat convenire, & conſtringere dictum debitorem, ut ſupra, & hoc etiam locum habeat in fidejuſſore, & conſtituente ſe ſoluturum cauſſa prædicta, etiam nulla excuſſione facta contra principalem, & hoc etiam ſalvo ſi de dicto mercato, ſeu prætio fuerit ſtipulatum, & factum inſtrumentum, vel præſa, vel ſcriptura; tunc creditor debeat agere, & conſequi jus ſuum contra dictum debitorem, vel debitores, ſecundum formam ſtatutorum loquentium de præſis, & inſtrumentis, & aliter non. Quod ſtatutum etiam vendicet ſibi locum in mercatoribus dantibus vinum tabernariis ad vendendum, & in tabernariis ſimiliter vendentibus ad minutum.

De

Digitized by Google

De Eo, qui ſe conſtituit ſoluturum pro aliquo Carcerato, vel detento, quod valeat perſonaliter detineri. Cap. CCLVIII.

STatuimus inſuper, quod quicumque fidejuſſerit, ſeu ſe ſoluturum conſtituerit pro aliquo carcerato, vel detento in quolibet loco diſtrictus Belluni ad petitionem alicujus perſonæ pro aliqua re, vel cauſſa, talis fidejubens, ſeu conſtituens ad petitionem illius penes quem fidejuſſit, eodem modo, & de facto poſſit & valeat detineri, & de ejus bonis capi ad voluntatem illius, penes quem fidejuſſit, ſeu conſtituit ſe ſoluturum, ſicut poterat ille, pro quo fidejuſſit.

PARS CAPTA IN CONSILIO ROGATORUM DE LANIFICIIS.

FRANCISCUS Foſcari Dei gratia Dux Venetiarum &c. Nobilibus, & Sapientibus viris Georgio Georgio de ſuo mandato Poteſtati & Capitaneo civitatis Belluni, & ſucceſſoribus ſuis fidelibus dilectis, ſalutem, & dilectionis affectum. Significamus vobis, quod in MCCCCXLIV. Die decimo octavo menſis Auguſti, Indictione ſeptima, in noſtro Conſilio Rogatorum capta fuit Pars tenoris infraſcripti, videlicet: Cum fideliſſima Communitas noſtra civitatis Belluni ad præſentiam noſtri Dominii miſerit duos ſuos Ambaſſiatores, qui diſtincte, & lucide declaraverunt depopulationem, & malam conditionem, ad quam civitas illa deducitur indies propter artem lanæ, quæ ibi non exercetur, ſicut deberet, propter quod humiliter ſupplicabant provideri pro amplificatione & beneficio dicti myſterii lanæ, & per conſequens illius civitatis. Et habito conſilio præſentis, & multorum Rectorum, qui fuerunt in illa civitate, teſtificantium omnia vera eſſe, ut expoſitum eſt, & conſulentium provideri, ut proviſum eſt civitati Feltri, quæ, ſicut notum eſt, multum crevit in bona, & opulenta conditione. Sit conveniens Principatui noſtræ reipublicæ favere civitatibus noſtris, ut creſcant civibus, & utilitatibus, pro quibus ab illis & conſtantiam, & conſervationem fidei erga Statutum noſtrum perpetuo reportare poſſimus. Vadit Pars pro bono ipſius civitatis, & pro beneficio & amplificatione artis lanæ ejuſdem civitatis, & ordinetur, quod ultra alia ſtatuta, & ordines artis lanæ, quoddam ſtatutum faciens mentionem, quod nullus poſſit laborare in ea civitate, & ſuburbiis de myſterio lanæ, niſi primitus veniat ad habitandum & commorandum in dicta civitate, & ſuburbiis &c. ut in eo continetur, quod alias per hoc Conſilium in MCCCCX. & poſtea in MCCCCXII. & in MCCCCXXII. fuit confirmatum, & poſtea in

in MCCCCXXIII. revocatum. Nunc auctoritate hujus Conſilii in omnibus, & per omnia confirmetur, ut in eo legitur, & continetur, declarando, quod diſtrictuales civitatis Belluni poſſint ad omne ſuum beneplacitum laborare pannos de rodulo, ſive griſos de lanis groſſis tantum in ipſo diſtrictu. Quare vobis mandamus cum dicto noſtro Conſilio Rogatorum, quatenus ſupraſcriptam partem, & contenta in ea obſervare, & obſervari facere inviolabiliter debeatis, facientes has noſtras patentes Litteras in actis Cancellariæ veſtræ deinde ad futurorum memoriam regiſtrari, & regiſtratas præſentantibus reſtitui. Tenor autem dicti Statuti talis eſt, videlicet.

STatutum, & ordinatum eſt, quod nullus homo, nullaque perſona, tam civis, quam diſtrictualis cujuſcumque conditionis exiſtat quoquo modo, vel ingenio audeat, vel præſumat facere, ſeu fieri facere aliquam artem lanæ, vel experiri, ſeu experiri facere aliquod magiſterium ejuſdem artis lanæ, aut ſe extendere, vel aliquem per ſe extendi facere in aliqua parte ejuſdem artis lanæ ad laborandum, ſeu laborari faciendum in dicta civitate, & burgis Belluni, dummodo primitus non veniat ad habitandum, & commorandum in dicta civitate Belluni, aut burgis, & in ea civitate ſive burgis procuret, & totaliter ſe ſupponat ad faciendum continuam reſidentiam cum tota ſua familia ordinate more aliorum civium, & incolarum dictæ civitatis; ſub pœna librarum quinquaginta parvorum pro unoquoque contrafaciente, & qualibet vice. Cujus pœnæ medietas perveniat, & pervenire debeat in Sereniſſimam, & Excellentiſſimam Ducalem dominationem noſtram Venetiarum. Et medietas alterius medietatis perveniat in accuſatorem, & alia medietas alterius medietatis prædictæ perveniat in Maſſarium dictæ ſcholæ, qui pro tempore erit, & quicumque repertus fuerit palam vel occulte laborare, vel magiſterium ſuæ artis concedere, vel præſtare alicui non facienti continuam reſidentiam in dicta civitate, & burgis Belluni in aliquo magiſterio ejuſdem artis lanæ, ut puta in magiſteriis virgulandi, verberandi, pectenandi, & ſcartezandi aliquas lanas, quæ non ſint groſſæ, & ponendæ in pannis a rodulo, nec non & texendi, & fullandi pannos ex dictis lanis conductos, condemnetur in libris decem parvorum pro unoquoque, & qualibet vice. Cujus condemnationis medietas perveniat in accuſatorem, & alia medietas applicetur Maſſario dictæ ſcholæ, qui pro tempore fuerit. Salvo, quod unicuique tam civi, quam diſtrictuali liceat pannos a rodulo de lanis groſſis tantum impune facere laborare, ac fieri & laborari facere pro uſu ſuo, & ſuæ familiæ reparatione tantum, ad omne placitum, & voluntatem eorum omnium. Quæ omnia

Digitized by Google

nia ſic ſtatuta, & ordinata, ut præmittitur, prævisa ſint ad hoc, ut fraudes, & malitiæ, quæ committuntur in dicta arte, ſive aliquo ejus magiſterio per officiales dictæ artis lanæ deputatos ad dictas fraudes perquirendas, poſſint reperiri, & ipſas fraudes committere quoſcumque repertos ipſi officiales valeant, debito juris tramite ſecundum ſcholæ prædictæ ſtatutorum formam artis lanæ punire, & condemnare, qualitate delictorum omnimode attenta. Inſuper ſtatuentes, & decernentes, quod nullus homo, nullaque perſona cujuſcumque conditionis exiſtat ſive civis, ſive diſtrictualis, qui non moratur; & continuam facit reſidentiam in dicta civitate Belluni, & burgis, velut alius civis & habitator ejuſdem civitatis, & burgorum deſcriptus & poſitus per rodulum more aliorum civium, & incolarum dictæ civitatis, continuam facientium reſidentiam ullo modo, vel ingenio ammodo poſſit, & valeat accipi, vel admitti in dicta congregatione artis lanæ. Et ſimiliter nullus forenſis, qui venerit ad habitandum in dicta civitate Belluni ullo modo poſſit, & debeat recipi, vel admitti in dicta congregatione artis lanæ, niſi prius efficiatur civis Belluni, & oſtendat per privilegium immunitatis dictæ communitatis Belluni, ſe fore admiſſum, & acceptatum in civem in plena, & generali congregatione dictæ artis lanæ. Et quicumque contra prædicta, vel aliquod prædictorum venerit, aut aliquod dicere, vel facere attentaverit, ſi fuerit Caſtaldio, vel Officialis dictæ Univerſitatis, condemnetur in libris vigintiquinque parvorum pro unoquoque contrafaciente, & qualibet vice. Et ſi fuerit alia privata perſona ejuſdem univerſitatis, condemnetur in libris decem parvorum pro quoque, & qualibet vice. Quarum medietas perveniat in prælibatam Ducalem Dominationem noſtram Venetiarum, & medietas alterius medietatis perveniat in accuſatorem, & reliqua medietas perveniat, & applicetur Maſſario dictæ congregationis, qui pro tempore erit. In quorum omnium fidem, & evidentiam pleniorem has noſtras patentes litteras fieri juſſimus, & bulla noſtra plumbea pendente muniri.

Data in noſtro Ducali Palatio die decimonono menſis Auguſti Indictione ſeptima, Milleſimo quadrigenteſimo quadrageſimo quarto.

Explicit Liber Tertius.

STA-

STATUTORUM
MAGNIFICÆ COMMUNITATIS CIVITATIS
BELLUNI.

LIBER QUARTUS.

HÆC SUNT STATUTA DE DATIIS IN GENERALI.

De Bonis, & Juribus Spectantibus ad Commune Belluni, & quæ ſunt illa. Cap. I.

CUm Privatis & ſingularibus Commodis privatorum ſit utilitas publica præponenda, etiam ſi in una, eadem perſona concurrat publicum & privatum, pro tanto decernimus de commodis publicis hujus Urbis, primo decernendo quæ ſunt jura & bona publica hujus Reipublicæ Civitatis Belluni. Decernimus ergo primo, quod Theatra, in quibus jus redditur plateæ illis adherentes viæ, caſtrum, muri, & portæ, foveæ, plateæ, fontes, pontes, & aquæ publicæ navigabiles, & quæ recte labuntur totius comitatus, & diſtrictus Belluni, paſcua, & montes, valles, & nemora, quæ non ſunt privatis titulis aliis hominibus in ſingulari, vel plurali numero aſſignata, ſeu præſcriptione cum titulo aliis acquiſita ſint, & eſſe intelligantur de bonis, & in bonis communis, & fiſci robori ſtabilita. Item quia, quod non tollit Chriſtus, tollit fiſcus, Statuimus, quod ſi quæ ſunt bona vacantia, a nemine poſſeſſa vere vel ficte, fiſci eſſe intelligantur, & communis. Item ſi qua hæreditas non fuerit adita propter defectum agnatorum, vel cognatorum defuncti uſque ad ſeptimum gradum, includendo virum & uxorem uſque ad duos annos a tempore mortis defuncti, tunc talis hæreditas fiſco ut ſucceſſori univerſali legitime devolvatur hoc modo, quod ut hæres defuncti retenta quarta, quaſi debita jure naturæ, ſit annexus ſolvere debita creditoribus ſic defuncti fiſcus. Et qui fiſco præeſt venientibus, & fiſcum, ſeu ejus procuratorem, maſſarium, vel qui fiſco præeſt, dominum Vicarium generalem admonentibus infra unum annum a tempore aditæ hæreditatis, & apprehenſæ poſſeſſionis per fiſcum, vel ejus procuratorem. Item ſiquis in fraudem fiſci alienaverit, aliena-

Digitized by Google

alienatum cum prætio applicetur eidem, dummodo veriſimiliter, & probabiliter videatur eſſe dicta alienatio in fraudem. Item bona damnatorum, ſibi mortem conſciſcentium ob crimen leſæ maieſtatis in Principe, vel ejus Vicario generali, aut contra ſuam civitatem machinatione, proditione, vel conſpiratione facta fiſco, a tempore cogitati delicti, illico applicentur. Item condemnationes, banna, & præcepta non obtemperata, & aliæ condemnationes ordinariæ, & extraordinariæ, & denarii poſiti in zochetto, ſint ipſo jure Communis. Bona damnatorum rebellium, hæreticorum, proditorum, fiſci juribus deputentur. Salvo eo, quod ſupra eſt poſitum ſub titulo de homicidio. Inſuper honores, & munera à fiſco, vel qui præeſt illi, volumus emanare. Item illa fiſci volumus eſſe jure, quæ ſub titulo de jure fiſci, Cod. & ff. cum titulis illi reſpondentibus, ſunt appoſita. Item datia gabellæ, vectigalia commiſſa, & collectæ, ſiquas imponi (quod Deus avertat, & homo abhorreat) contingat impoſterum, fiſci juribus ſint aſtricta. Libri publici rationum, & acta civilia, & criminalia, quamvis ſint uſus privatorum, eo quod acta, & geſta in cauſis propriis operantur, ſint in ſubſtantia rei fiſcalis. Jus imponendi ligna ruſticis tempore hyemali, & ducendi caſtratos ad Civitatem, ſeu eiſdem imponendi tempore debito neceſſitatem piſcatoribus, mercatoribus mercimonia operari, imponendi, ſimiliter ſit fiſcale, & alia, quæ ſub titulo maſſarii, & procuratoris communis ſimiliter habentur. Theſauri, pecuniæ, & lapillorum in publico inventorum dimidium fiſci ſit, reliquum inventoris. Domus, & habitationes aſtantes in platea, ubi fuerint beccharíæ, & macella, juris communis intelligantur, pratum ſancti Luchani cum domo lapidea, cooperta a laſta, communis Belluni eſſe intelligatur.

Quod omnes denarii, qui exiguntur de datiis, perveniant in Commune Belluni. Cap. II.

STatuimus, quod omnia datia & omnes denarii & pecunia, & omnia quæ reperiuntur & exiguntur de datiis, ſeu occaſione alicujus datiis communis omni modo in datiarios, qui conſtituuntur per commune Belluni & in ipſum commune Belluni perveniant, & ipſi communi conſerventur, manuteneantur, & defendantur, & quod ſolummodo incommoda, & utilitatem communi Belluni procedant, nec conſumentur, nec expendantur in aliquam utilitatem auctoritate alicujus perſonæ nec diſtribuantur, nec expendantur, nec deputentur cujuſcunque potentiæ, dignitatis, ſeu auctoritatis ſit illa perſona, niſi in caſibus ſpecificatis in titulo & officio, ac ſacramento maſſarii communis, & aliis caſibus in hoc volumine declaratis. Et quod Rector per ſacramentum ſollicitet, & ſtudioſus ſit, & operam det

cum

cum effectu, quod ipſa datia & omnes receptiones, quæ ratione, ſeu occaſione cujuslibet datii fiunt, & quæ fieri debent omnibus modis, & libere, & ſine defectu aliquo in commune Belluni; & commoda, & utilitates totius communis civitatis Belluni perveniant, & procedan, & aliter fieri non debeat, nec poſſit licentia, ſeu alicujus perſonæ auctoritate cujuſcumque auctoritatis, ſeu dignitatis, nec etiam auctoritate, & licentia, ſeu conſenſu alicujus conſilii civitatis Belluni aliquid debeat vel poſſit fieri, vel conſtitui in præjudicium, & fraudem eorum, quæ in præſenti ſtatuto continentur. Et quod totum conſilium, & omnes conſiliarii, officiales, & ſcholæ, & omnes perſonæ civitatis Belluni, & diſtrictus debeant, & teneantur per ſacramentum manutenere, & defendere prædicta omnia, & facere, & operari: & auxilium, conſilium, & favorem toto poſſe præſtare, quod prædicta omnia, & ſtatutum præſens inviolabiliter, perpetuo, & inconcuſſe defendantur, & obſerventur. Et ſiquis cujuſcunque auctoritatis, & dignitatis aliquo tempore conſuluerit, ſeu procuraverit, & nixus fuerit quocumque modo palam vel occulte aliquid contra hoc ſtatutum, vel conſenſerit quod aliquid fiat modo aliquo vel cauſa in fraudem, & præjudicium præſentis ſtatuti, pro banno communi quingentas libras parvorum componat. Quam condemnationem ſi non ſolverit, ſeu ſolvere non poterit uſque ad viginti dies a die condemnationis, perpetuo banniatur, & detineatur in banno communis Belluni tanquam violator, ſeu commiſſor contra publicum, & communem ſtatum, & voluntatem totius civitatis Belluni, & nihilominus nunquam aliquod officium, nec honorem habere poſſit, nec debeat pro commune Belluni. Sed perpetuo omni beneficio, conſilio, auxilio, officio, & honore ipſe ſit privatus. Et Rector, qui proponere aliquid fecerit, vel fieri curaverit, ſeu paſſus fuerit, quod aliquid fiat modo aliquo in fraudem & præjudicium omnium prædictorum capitulorum, vel alicujus capituli ex prædictis, de ſuo ſalario quingentas libras parvorum perdat: & nunquam rectoriam, nec aliquod officium, nec honorem habere poſſit, nec debeat pro commune Belluni. Et quilibet Rector faciat jurare Rectorem proxime ſucceſſorem ſibi per ſacramentum. Et quod prædicta omnia, & ſingula locum habeant, & perpetuo obſerventur in omnibus datiis nunc impoſitis, & conſtitutis pro communi Belluni. Et quod omnia banna, ordinamenta, impoſitiones ſuper datiis, & occaſione datiorum præſentium, & futurorum plenam habeant, & obtineant firmitatem, & perpetuo obſerventur, & obſervari curentur ſecundum modum, & formam prædictam, ſub pœna, & bannis prædictis. Et quod præſens ſtatutum, & omnia capitula prædicta, & quodlibet ex prædictis capitulis habeat locum in omnibus datiis præſentibus, & futuris imponendis pro dicto communi. Hoc addito, quod ſiqua datia in futurum in-

imponi contingerit ſub conditione vel tempore, tale tempus, & conditio obſervetur, hoc ſtatuto in aliquo non obſtante.

De volentibus uti immunitate Communis Belluni Datiorum.
Cap. III.

DIſtricte, & attente percipiendo mandamus nullum, nullamque perſonam cujuſcumque ſexus, ætatis, gradus, & conditionis exiſtat gaudere beneficio immunitatis datiorum non ſolvendorum particulariter, vel in totum, ſive per ſacramentum, oraculum, privilegium, beneficium, vel reſcriptum ſit immunis, & aſſerat ſe exemptum, ſive quovis alio jure contra talem ſolutionem aſſerat ſe munitum. Ideo jubemus talem talia impetrantem, evacuatis & annullatis primitus impetrationibus ſubire crimen falſi tanquam falſorem, ſubiectorem, & fabricatorem, & mendaciorum compoſitorem, ſcilicet, obmiſſa & tacita veritate, & fallacia expreſſa contra Rempublicam in occulto molitum eo ipſo, quod præſumpſerit vacationem, ſeu immuhitatem talium attentare a Principe, ejuſque Vicario, conſilio, vel communi in præſenti hac lege ſalubri & honeſta in perpetuum valitura, decernendo jubemus, quod omnia ſtatuta, privilegia, beneficia, & reſcripta, proviſiones & decreta præſtantia vacationem datiorum aliquibus ex nunc prout ex tunc ſint ipſo jure, & facto nulla, tanquam illicita aduerſus Rempublicam hujus Urbis, & abſorbentia jus alterius in totum, & impetrata fallaciter, & doloſe. Et impetrator talium, vel utens talibus, tanquam falſarius puniatur, & molitor ſuæ patriæ, & deſertor militiæ, pacis, ac fœderis violator, & ſolvat nihilominus duplum ejus, cujus ante reſcriptum ſimplum ſolvere tenebatur. Ita quod ejus avaritia & tenacitas, ac cupiditas, legitimis ictibus feriatur: ut dum totum vult, toto careat, ſicut hebreus impius & iniquus. Quilibet dans auxilium, conſilium, & favorem tali talia machinanti, utenti, impetranti, vel uti volenti, tanquam ingratus infamiæ nota ab omni commodo & honore hujus ſuæ patriæ deſertæ per biennium ſit ſuſpenſus. Ita quod ab ea Republica non ſentiat commodum aliquale, nec ejus imploret auxilium, cujus vires, & commoda nixus eſt impugnare, & tanquam ovis fœtida, & corrupta reiiciatur a grege, quem voluit maculare: & os lupi intret, quæ paſtorem vagabunda per paſcua noluerit imitari. Et prædicta habeant locum, ſalvis ſemper mandatis præfacti dominii noſtri.

De

Digitized by Google

De Locatione Datiorum, & Gabellarum. Cap. IV.

STatuimus, quod omnia datia, & poſſeſſiones communis, & omnia alia locanda, ſeu affictanda, vel vendenda per commune Belluni debeant locari, ſeu affictari, vel vendi in Conſilio majori communis Belluni ad incantum, ſubaſtatione facta diligenti quinque diebus vel pluribus, vel paucioribus, prout ſingulo anno fuerit reformatum. Et dentur, ſeu locentur plus offerenti infra dictos quinque dies omni modo. Et incontinenti qui conduxerit, compellatur bonam, & idoneam ſecuritatem facere de ſolvendo prætium, ſeu penſionem illis terminis, pactis, & conditionibus, quibus locatio, ſeu venditio facta fuerit. Et quilibet qui emerit, ſeu conduxerit aliquod datium a communi, teneatur facere dictam ſecuritatem in ſequenti die, ſub pœna librarum vigintiquinque parvorum, & dicta de cauſa poſſit, & debeat detineri, & poni in carcere communis Belluni. Et hoc locum habeat in qualibet perſona conducente. Non obſtante aliqua exceptione juris, vel facti, vel ætate, vel patria poteſtate, & aliis exceptionibus declinatoriis, dilatoriis, & peremptoriis, & anomalis. Et bona ipſius datiarii, ſeu debitoris, & contrahentis cum fiſco, ſeu communi, ſint obligata, & hypothecata expreſſe, etiam ſi non ſit dictum. Hoc addito, quod fiſcus, ſeu commune utatur in actione reali, & perſonali jure communi, ut prior tempore in bonis debitoris fiſci, potior ſit jure, etiam ſi fiſcus concurrat cum privato creditore talis debitoris. Item in dotibus, & in ſponſalitia largitate juris, ut ſuperius dictum eſt. Et hoc vendicet ſibi locum, ne dum in tacitis hypothecis, ſed etiam in expreſſis, ut hoc caſu cum fiſco ſemper tacita videantur expreſſa. Et nihilominus dicta locatio firma remaneat, ſi placuerit communi.

De Pœna incantantis aliquod Datium, non præſtita Securitate, & quid agendum ſit. Cap. V.

STatuimus, quod ſi caſus acciderit, quod aliquis incantaverit aliquod datium communis Belluni ſive poſuerit ad incantum pro certo prætio: Ita quod dictum datium eidem tanquam perſonæ plus offerenti remanſerit, & ipſe talis ponens ad incantum non præſtiterit ſecuritatem de ſolvendo datium, prout fuerit per Rectorem propoſitum in incantatione, condemnetur in libris vigintiquinque parvorum, & ſolvere teneatur illud plus, quod incantaverit a præcedente incantatore. Et hoc caſu datium remaneat incantatori præcedenti, qui ante eum incantaverit. Et ſi alius primus incantator non acceperit dictum datium eo modo, quod eodem modo, & forma ſervetur,

tur, & ſic faciendo de gradu in gradu. Et ſi talis accipiens dictum datium non eſſet, ſolvendo condemnationem, & illud plus quod incantaverit, debeat in carceribus communis trudi, & inde non relaxari, niſi prius ſolverit dictum intereſſe communis, & condemnationem. Et hoc locum habeat in ſimplici incantatione, cui ex incantatione remanſerit. Si vero acceperit bacculum de palatio projectum per dictum Rectorem vel Conſules, vel per modum conductionis concordaverit cum D. Rectore, & Conſulibus locantibus datia. Tunc nullo modo poſſit refutare datium ſibi locatum.

Qualiter omnia Datia locentur, & Locata eſſe intelligantur omni Periculo & caſu Conducentis. Cap. VI.

STatuimus, & ordinamus, quod omnia datia, quæ locantur, ſeu locabuntur, per commune Belluni locentur, & ipſo jure locata eſſe intelligantur omni periculo, & fortuna conducentis & caſu incendii & rapinæ, ſeu guerræ, vel innundationis aquarum, aut quovis alio genere caſuum, etiam non ſpecificatorum. Ita quod generalis clauſula ad omnia extendatur, etiam ſi non ſint ejuſdem generis. Et quilibet excipiens, vel proponens exceptionem juris vel facti contra prædicta, vel aliquod prædictorum, condemnetur in libris centum parvorum. Et talis exceptio non admittatur, & ipſo jure ſit nulla, caſſa, irrita, & inanis. Nec Conſilium ſuper hoc valeat convocari, & convocatum ſuper hoc non poſſit aliquid operari, nec proviſio ſuper hoc facta alicujus ſit valoris, omnibus, & ſingulis ſupraſcriptis obtinentibus robur perpetuæ firmitatis, ſtatuto vel proviſione, ac reformatione aliqua non obſtante in oppoſitum celebratis. Nec Rector ſuper hoc admittat petitionem ſub pœna perjurii, & centum librarum. Ita quod propter hoc per aliquem caſum ſupervenientem, ipſa locatio non poſſit tolli, vel revocari, vel in aliquo diminui, quominus conducens teneatur ſolvere in effectu quod promiſit pro ipſo datio. Salvo (quod Deus avertat) ſi guerra ſupervenerit in diſtrictum Belluni. Et intelligatur guerra ſuperveniſſe in diſtrictu Belluni quotieſcumque factus ſit incurſus hoſtium præfacti noſtri Dominii, & Communis prædicti in diſtrictu Belluni, occaſione vel cauſſa guerræ, quod eo tempore, quo guerra duraret licitum ſit datiariis communis Belluni refutare datia ſua communi Belluni omni caſu & periculo communis Belluni prędicti. Et eodem modo ſit licitum tempore guerræ prædictæ prædicto communi Belluni in ſe recipere omnia datia, & mudas prædictas & prædictas locatas.

Qua-

Qualiter Datiarii non poſſint petere aliquam emendationem a Commune Belluni, in caſu, quo eſt communis neceſſitas, vel utilitas.
Cap. VII.

STatuimus, quod ſi ob neceſſitatem, vel utilitatem communis Belluni caſu contingerit, quod provideretur, vel reformaretur per commune Belluni, ſeu per ſapientes ipſius communis, quod nundinæ Sancti Luchani, & Sancti Martini, vel alterius earum non tenerentur, vel non fierent, quod tunc datiarii aliqui, vel mudarii communis Belluni nullam emendam ex hoc valeant petere, vel recipere a communi Belluni. Et quod aliqua eorum petitio ſuper his nullatenus admittatur, & quod Rector ſi admiſerit ipſam, condemnetur in libris quinquaginta parvorum de ſuo ſalario applicandis communi Belluni, & quilibet Conſiliarius, vel ſapiens, qui conſenſerit, vel arrengaverit ſuper his, vel porrexerit petitionem talem, condemnetur in libris vigintiquinque parvorum pro quolibet, & qualibet vice. Et ſit præciſum, & idem obſervetur, ſi contigerit provideri de victualibus non exportandis extra diſtrictum Belluni, vel ad montaneas Agurdi, & Zaudi. Intelligendo victualia panis, vini, bladi, ſalis, olei, vitulorum, & capretorum a lacte, quæ etiam habeant locum, videlicet, quod emenda peti non poſſit; ſi mulæ, vel aliæ beſtiæ fuerint miſſæ in ſervitium communis Belluni. Et in omnibus ſupradictis caſibus præſenti Statuti intelligatur evidens utilitas, quando fuerit proviſum per Conſilium Majus, vel Conſules, & ſapientes ſuper prædictis, vel aliquo prædictorum.

Quod Bladum conducens de alieno Diſtrictu in Diſtrictum Belluni, ſolvere non teneatur. Cap. VIII.

STatuimus, quod omnes homines, & perſonæ teneantur, & debeant ſolvere datium, ſeu datia illarum rerum, de quibus ſolvitur datium in civitate Belluni juxta antiquam conſuetudinem, obſervatam hucuſque in dicta civitate, & ſolitum morem ſecundum formam ſtatutorum, & reformationum communis Belluni. Excepto quam de blado, quod conducitur de partibus ſuperioribus de alieno diſtrictu, in diſtrictum Belluni, tam conducentes & vendentes, quam etiam ementes, nihil ſolvere teneantur, dummodo illud bladum vendiderit in civitate Belluni, vel diſtrictu, vel alienaverit, & non fuerit conductum extra diſtrictum Belluni.

Digitized by Google

Qualiter quis requiſitus de datio aliquo reſpondere teneatur. Cap. IX.

STatuimus, quod quicumque requiſitus fuerit a Datiario communis Belluni, vel a faciente datium, vel mudam, quod ſibi denuntiare debeat ſi datium aliquod ſibi ſolvere debet. Et ſi in reſponſione ſua negaverit ſe datium aliquod feciſſe, vel reſponſionem aliquam ſibi dare noluerit, & poſtea reperiretur ipſum datium feciſſe, vel ſi dixerit ipſum datium feciſſe, & dixerit minus datium feciſſe, quam fecerit, vel ſolverit minus datium, quam ſolvere debuerit, incidat in pœnam librarum quinque parvorum, pro quolibet, & qualibet vice. Cujus banni medietas ſit accuſantis datiarii, & ſolvat datium duplum de eo, quod repertus fuerit culpabilis.

De pœna Fraudantis, vel Fraudem imponentis ſuper aliquo datio. Cap. X.

STatuimus, quod nulla perſona cujuſcumque conditionis exiſtat audeat, vel præſumat modo aliquo, ſive ingenio, directe, vel per obliquum committere dolum, vel fraudem in aliquo datio, vel muda, ſeu in aliqua parte ipſorum. Sub pœna dupli ejus, quod deberet ſolvere, vel debuiſſet ſolvere applicanda ipſi datiario, vel mudario, & librarum decem parvorum, applicandarum pro medietate ipſi datiario, vel mudario, & pro medietate communi Belluni pro ſingulo dolo, & fraude, & ſingula vice. Hoc ſalvo, quod ſi in aliis ſtatutis communis Belluni reperiretur major pęna, illud debeat obſervari.

Quod de rebus ſubditis datiis, quæ ſubhaſtantur ad incantum, debeat ſolvi datium, ſi non exactæ fuerint. Cap. XI.

STatuimus, quod ſi aliqua res, de qua ſolvitur datium alicui datiario communis Belluni, ſubaſtetur ad incantum per præconem communis Belluni, in civitate Belluni, vel diſtrictu, & per per ipſum præconem venderetur, vel in ſolutum daretur creditoribus; tunc de tali re vendita, vel in ſolutum data, ſi infra terminum in ſtatuto contentum exigeretur, ſive exacta fuerit per debitorem, nullum datium ſolvatur. Sed ſi exacta non fuerit infra dictum terminum, tunc datium ſolvi debeat de ipſa tali re vendita, vel in ſolutum data per emptorem expenſis rei venditæ, datium cujus rei venditæ debeat retinere in ſe emptor.

De

De pœna portantis Nuces extra diſtrictum Belluni.
Cap. XII.

STatuimus, quod nullus, nullaque perſona audeat, vel præſumat modo aliquo, vel ingenio, directe vel per obliquum portare, vel portari facere extra diſtrictum Belluni Nuces; ſub pœna ſoldorum viginti parvorum pro ſingula cal. & in ratione cal. pro ſingulo & ſingula vice, & perdendi nuces.

De pœna portantis Sepum, vel Candelas ſepi extra diſtrictum Belluni. Cap. XIII.

STatuimus, quod nullus homo, nullaque perſona audeat, vel præſumat modo aliquo, vel ingenio, directe, vel per obliquum portare, vel portari facere extra diſtrictum Belluni Sepum aliquod, quod factum ſit in diſtrictu Belluni; ſub pœna librarum quinque parvorum, & perdendi Sepum, pro ſingulo & ſingula vice, & ſimiliter intelligatur de Candelis, & aliis rebus factis ex Sepo.

Qualiter Rector, vel Vicarius Belluni teneatur detinere, & carcerare debentes ſolvere datium ad voluntatem datiariorum.
Cap. XIV.

STatuimus, quod ſi quo caſu ſeu tempore aliquis datiarius, vel mudarius communis Belluni peteret a D. Rectore civitatis Belluni, quod debeat facere detineri, & capi per ſuam familiam, vel baroverios aliquam perſonam, quam aſſeruerit per ſacramentum ſibi debere aliquid dare occaſione datii, ſeu mudæ, quod tunc Rector teneatur ſtatim ſub vinculo ſacramenti ipſam perſonam facere detineri, & in carceribus trudi ad inſtantiam dictorum Datiariorum. Salvo quod ſi aliquis captus, vel detentus cum fuerit ductus coram Rectore, negaverit ſe obligatum dicto Datiario occaſione datii. Tunc ſi voluerit relaxari, faciat idoneam ſecuritatem de ſolvendo: qua facta, relaxetur. Et Rector poſt hoc ſtatuat terminum ipſis partibus ad probandum de jure ſuo ad quinque dies proxime venturos, vel plus, vel minus, ad arbitrium Rectoris. Quæ probatio poſſit fieri omnibus diebus feriatis, & non feriatis, & etiam diebus ſolemnibus introductis in honorem Dei, & Sanctorum ejus. Et ſi reperiretur Datiarium ipſum jus non fovere, quod tunc teneatur ſine aliqua mora ipſi tali capto ad reficiendam pœnam, damna, & expenſas, ac intereſſe. Alioquin talis Datiarius, vel mudarius ponatur in carceribus communis Belluni ad petitionem dicti capti,

Digitized by Google

capti, inde non relaxandus, niſi prius ſolverit ſupradictas pœnam, expenſas, ac intereſſe ipſi ſic indebite capto.

Quod nullus poſſit capi, vel detineri ad petitionem alicujus pro datio, niſi apparuerit illum fuiſſe Datiarium. Cap. XV.

STatuimus, quod ſi contingerit, quod aliquis creditor, qui habuerit præſam, vel inſtrumentum, vel tenutam contra aliquem hominem, ſeu perſonam de datio, vel muda voluerit facere detineri, & capi ſuum talem debitorem perſonaliter pro tali præſa, inſtrumento, vel tenuta, quod talis perſona non poſſit capi, & detineri perſonaliter pro tali præſa, inſtrumento, vel tenuta, niſi in ipſis contineatur cauſſa expreſſa, & legitima, & tempus contractus datii, vel mudæ ſupradictæ. Et ſi talis captus negaverit, tunc creditor probare debeat ſe tunc temporis fuiſſe datiarium, vel mudarium communis Belluni per unum bonum teſtem, vel per quaternum ſui datii vel mudæ; aliter ſi non apparuerit dicta ſpecialis & expreſſa cauſſa ipſius datii vel mudæ, quod non poſſit talis perſona capi, detineri, & carcerari ad poſtulationem ipſius creditoris, & dato, quod in dicta præſa, inſtrumento, vel tenuta appareat dicta talis cauſſa legitima, & debitor voluerit probare, quod fuerit ex alia cauſſa, audiatur per Rectorem, ſed interim detineatur, donec probaverit. Salvo ſi voluerit præſtare ſecuritatem, & ſecuritatem præſtiterit de parendo juri, tunc relaxetur, & ſi non probaverit, tunc detineatur una cum ſecuritate, & qua probata, ſtatim debeat relaxari. Et hoc non obſtante aliquo alio ſtatuto loquente in contrarium; ſalvo ſemper jure ipſius creditoris in talibus præſis, inſtrumentis, vel tenutis contra dictum debitorem ſuum, & executionem pignoratitiam contra ipſum, & ejus bona juxta formam ſtatutorum communis Belluni poſitam in ſecundo libro, ſub Rubrica de præſis, & pignoribus, & aliis ſimilibus.

Qualiter Rector occaſione Datii, vel Mudæ cognoſcere teneatur omni tempore, & quod a Sententiis Latis occaſione Datii, non valeat appellari. Cap. XVI.

STatuimus, quod ſuper quæſtionibus vertentibus occaſione datiorum, vel mudarum omni die & hora, diebus feriatis, & non feriatis, & etiam diebus ſolemnibus introductis ad honorem Dei, & Sanctorum ejus, Rector civitatis Belluni teneatur per Sacramentum cognoſcere, & eas fine debito terminare ſine conſilio ſapientis ſummarie, & ſine ſtrepitu, & figura judicii, & quocumque loco, & quod a ſententiis latis per Rectorem ſuper ipſis datiis, & mudis

dis

Digitized by Google

dis non poſſit, nec debeat appellari, ſeu opponi, quod dicta ſententia ſit nulla.

Qualiter ſit adhibenda fides Datiario, vel Mudario de his, quæ dixerint ſibi deberi occaſione datii. Cap. XVII.

STatuimus, quod ſuper omnibus datiis, & mudis credatur datiariis, vel mudariis de his, quæ dixerint ſe velle a quacumque perſona pro datio, vel muda: dummodo probet ſe fuiſſe datiarium, vel mudarium illius datii, vel mudæ, & probaverit per unum bonum teſtem bonæ famæ, qui non ſit ſocius in datio, & per ſuum Sacramentum, & per Sacramentum illius, qui ſcripſerit in quaterno datii, de eo quod vult a dicta tali perſona de datio. Non obſtantibus aliquibus aliis ſtatutis.

Qualiter Datiarii debeant habere medietatem condemnationum. Cap. XVIII.

STatuimus, quod de omnibus condemnationibus, quæ fient per Rectores civitatis Belluni ad requiſitionem alicujus datiarii, vel mudarii communis Belluni ſive fuerit proceſſum per inquiſitionem, ſive denuntiationem, vel accuſam, ipſe datiarius vel mudarius ad requiſitionem vel motum, cujus fuerit facta aliqua condemnatio contra aliquem delinquentem in aliquo datio, vel muda modo aliquo ſpectante ipſi Datiario, vel mudario, debeat habere medietatem, etiam ſi in ipſis condemnationibus nihil fuerit dictum. Non obſtantibus aliquibus aliis ſtatutis loquentibus in contrarium, & quod ipſe datiarius, vel mudarius quandocumque poſt condemnationem prædictam poſſit petere partem ſuam, & ſibi non currat aliquis terminus. Non obſtante ſtatuto poſito in volumine ſtatutorum dicti communis in tertio libro ſub rubrica de modo & forma eundi, vel mittendi in Agurdum, & aliis ſtatutis, & reformationibus communis Belluni loquentibus in contrarium, etiam ſi ipſa condemnatio fuerit cancellata: dum tamen ſolutio non ſit facta de dicta medietate ipſius condemnationis, ſive de eo, quod ſibi tangit per dictum talem condemnatum.

Quod nullus poſſit affidari in præjudicium Datiariorum. Cap. XIX.

STatuimus, quod nullus, qui habitet, & ſtet ab hoſpitali Zaudi ſuperius, & ab agro ſuperius qui fuerit obligatus Datiario, vel mudario communis Belluni occaſione datii, vel mudæ, poſſit,

nec debeat affidari per Rectorem civitatis Belluni ad veniendum Bellunum in præjudicium datiariorum, vel mudariorum, qui tunc erunt impoſiti per commune Belluni abſque licentia expreſſa dictorum datiariorum, vel mudariorum. Salvo, quod pro criminalibus cauſſis, pro veritate inquirenda, & eruenda: & pro inquiſitionibus & factionibus communis Belluni, & præfati Dominii noſtri pro ipſis ſolvendis, vel expediendis: & pro teſtificando in cauſſis civilibus poſſit affidari. Et affidatio aliter facta per Rectorem non valeat in eorum præjudicium, & hoc non obſtantibus aliquibus aliis ſtatutis communis Belluni, & ſpecialiter ſtatutis loquentibus de affidatione fienda per Rectores. Hoc addito, quod omnes homines & perſonæ venientes ad nundinas Sanctorum Luchani, & Martini ſint affidati ab omnibus datiis, & condemnationibus pecuniariis, & debitis ſingularium perſonarum toto tempore nundinarum ſecundum proclamationem factam de ipſis nundinis. Et ſimiliter in mercatis Sanctorum Blaſii, Stephani, & Georgii, & ipſa die, & poſt dicta mercata per unum diem, in quibus ſint affidati.

Quod qualibet die Dominica prima Menſis teneatur Mercatum; & veniens ſit affidatus. Cap. XX.

STatuimus, quod qualibet die Dominica prima cujuslibet menſis teneatur mercatum generale in burgo Campitelli. Et quilibet veniens ad dicta mercata cum ſuis mercimoniis, vel ſine, ſit affidatus realiter, & perſonaliter a quibuſcumque debitis ſingularium perſonarum, & condemnationibus communis Belluni per illum diem, & diem ſequentem poſt, & diem ſabbati præcedentem diem Dominicam antedictam. Et quod dictis tribus diebus in ſtatuto comprehenſis nullus homo, nullaque perſona cujuſcumque conditionis ſit veniens ad dictam civitatem, vel exiſtens in dicta civitate, vel burgis valeat pro debitis ſingularium perſonarum, & condemnationibus pecuniariis communis Belluni, & debitis detineri, ſive venerit ad mercatum, ſive non.

Qualiter non facientes factiones poſſint citari in Scalis Palatii. Cap. XXI.

STatuimus, quod ſi quis ſtans, vel habitans ab agro, vel hoſpitali Zaudi ſuperius, vel aliquis forenſis, qui non habitet in civitate Belluni, vel diſtrictu, vel non fecerit factiones communis Belluni, teneretur occaſione datii, vel mudæ in aliquo alicui datiario, vel mudario communis Belluni poſſit citari alta voce præconia ad requiſitionem talis datiarii, vel mudarii, habentis datium,

tium, vel mudam a commune Belluni, vel illorum, qui conduxerint tale datium, vel mudam ab eis, facta tamen prius fide D. Rectori, quod ſit vel fuerit datiarius, vel mudarius per quaternum ſui datii, vel mudæ, vel per unum bonum teſtem de commiſſione Rectoris in ſcalis palatii, in foro, & ponte portæ Dojoni, quod talis perſona compareat, & veniat, ſeu comparere & venire debeat coram D. Rectore reſponſurus tali datiario, vel mudario uſque ad dies quindecim proxime venturos, tunc ſequentes pro primo, ſecundo, & tertio termino peremptorio, & incluſive in ipſa quintadecima die. Et ſi in die feriata incideret ſequenti die non feriata, nominando in dicta tali clamatione, ſeu citatione nomine dictum datiarium, vel mudarium, & quantitatem denariorum, quos petit pro datio, vel muda, & cujus rei. Et tunc ſi non venerit dicta talis perſona ſic clamata, pronuntietur per D. Rectorem contra talem perſonam per interlocutoriam, condemnando ipſam perſonam ipſi datiario, vel mudario in eo, quod juraverit ſe velle ab eadem perſona. Non obſtante ejus contumacia, ac ſi fuiſſet præſens. Et pro tali ſententia procedatur ad executionem contra talem condemnatum, ac ſi eſſet præſa, vel præceptum, ſive ſententia diffinitiva, ſcripta per officiales officii majoris communis Belluni, contradictione aliqua in contrarium non obſtante. Salvo, quod ſi talis perſona, quæ fuerit ſic citata, comparuerit infra dictos quindecim dies ad contradicendum, & ſe defendendum, & obtinuerit in cauſſa, quod tunc datiarius, vel mudarius, qui fecerit eum citari, teneatur tali citato reficere incontinenti omnia, & ſingula damna, & expenſas, ac intereſſe. Hoc ſtatutum non habet locum, niſi contra forenſes. *In libro N. proviſionum a fol. 67. num. 29.*

Quod nullus poſſit ſe defendere a ſolutione datii, vel mudæ ratione minoris ætatis, vel patriæ poteſtatis. Cap. XXII.

STatuimus, quod nullus homo, vel perſona poſſit ſe excuſare, vel defendere, vel excipere, vel occaſione minoris ætatis, vel quia ſit filiusfamilias, vel quia forenſis, vel ratione ignorantiæ, quin omnino aſtringatur ad ſolvendum omne id quod tenetur, ſeu obligatus eſſet nomine, & occaſione alicujus datii tam præteriti, quam futuri, exceptionibus aliquibus in contrarium non obſtantibus.

Quod

Quod ſi quis contraxerit cum aliquo forenſe non ſubjecto temporali Juriſdictioni communis Belluni Datium ſolvere teneatur. Cap. XXIII.

STatuimus, quod quilibet, qui fecerit aliquem contradictum ſuper aliqua beſtia, ſeu ſuper alia re, de qua ſolvi debeat aliquid datium communi Belluni cum aliquo non ſubjecto temporali juriſdictioni communis Belluni, ſive cum aliquo forenſe, ſive in vendendo, ſive in emendo, de quibus rebus dictus talis non ſubjectus, vel forenſis deberet ſolvere datium aliquod, & non ſolverit, tunc ille ſubjectus, qui contraxerit, teneatur & compelli poſſit, & debeat per Rectorem ad ſolvendum datium prædictum datiario, cui competit dictum datium pro dicto tali non ſubjecto, vel forenſe. Sub pœna in ſtatutis de datiis ſolvendis, contenta, & ad hæc adimplenda debeat compelli realiter, & perſonaliter ſecundum formam ſtatutorum communis Belluni ad voluntatem datiarii. Hoc etiam addito, quod ſi contractus foret de re aliqua, datium ſolvere debente inter duos forenſes, tunc quandocumque dictus datiarius poſſit ſe tenere ad quem voluerit, & ipſum tale convenire realiter, & perſonaliter tam pro ſuo datio, quam pro datio illius forenſis, eum quo contraxerit.

Quod Pignora facta occaſione Datii poſſint vendi qualibet Die. Cap. XXIV.

STatuimus, quod omnia pignora facta, ſeu data occaſione datii vel mudæ omni die, & eadem die, qua data, vel accepta fuerint, poſſint vendi libere abſque aliqua prorogatione termini, & abſque aliqua ſolemnitate juris vel ſtatutorum ſervanda, niſi incontinenti comparuerit contradictor, & tunc remaneat decidendum diſcretioni Judicis: ſalvo, quod exigi poſſit tale pignus venditum, ſive alienatum, uſque ad octo dies ſequentes ipſam alienationem.

Qualiter Datiarii teneantur exegiſſe omnia Datia ſua, uſque ad quatuor Menſes, finita Locatione. Cap. XXV.

STatuimus, quod conducentes datia vel mudas a commune Belluni debeant exegiſſe a quibuſcumque perſonis quidquid vellent, ſeu habere debent pro datio ſive muda, vel eorum occaſione, uſque ad quatuor menſes completos poſt finitum & completum terminum ſuum de dicto ſuo datio vel muda, & ulterius non audiantur: ſalvo, quod ſi præſa vel inſtrumentum, vel alia ſolemnis ſcriptura

ptura

Digitized by Google

ptura facta foret de dicto datio, ſeu muda, vel lis, ſeu quæſtio in civilibus, vel criminalibus incœpta eſſet inter partes de dicto datio vel muda, ſeu citati eſſent prædicti debentes dare aliquid occaſione datii infra dictum terminum quatuor menſium ad rationem faciendam ipſis datiariis occaſione dicti datii, terminus antedictus tunc non currat in præjudicium ipſorum datiariorum, vel mudariorum.

Qualiter Rector debeat inquirere de Datio ad Voluntatem Datiariorum. Cap. XXVI.

STatuimus, quod quilibet Datiarius vel mudarius poſſit facere citari coram D. Rectore quamlibet perſonam, quam aſſerat ſibi teneri pro datio vel muda, & quod ad inquirendam veritatem vel voluntatem ipſius Datiarii vel mudarii, talis perſona cogatur per ipſum Rectorem ad reſpondendum ſtatim per ſacramentum ſi tenetur aliquid ipſi Datiario vel mudario de eo, quod ab eo petierit ipſe datiarius vel mudarius ſub certo datio vel muda per eum factis, & ſuper certa re. Et ſimiliter cogatur emptor ſi placuerit Datiario ad reſpondendum de certa re per ipſum empta, & pro quanto prætio.

Quod quis non poſſit accuſari pro Datio, niſi pro uno Delicto, & una vice. Cap. XXVII.

STatuimus, quod ſi contingerit aliquem hominem, vel aliquam perſonam commiſiſſe vel feciſſe plura dicta ſuper una re occaſione Datii ex uno facto deſcendentia non poſſit accuſari, nec contra eum inquiri, vel condemnari, niſi ex uno ipſorum delictorum, quod placuerit ipſi Datiario, & ſuper quo delicto eum accuſat, ſemper a principio id declaret in accuſa.

Qualiter Ementes Res aliquas debentes ſolvere Datium, vel Mudam ab aliquo Forenſe, vel non ſubjecto, Datium in ſe debeant retinere. Cap. XXVIII.

STatuimus, quod ſi quis conduxerit de alieno diſtrictu in diſtrictum Belluni aliqua mercimonia, vel victualia aliqua, vel aliquas res, de quibus ſolvatur, ſeu ſolvi debet aliquod datium alicui datiario vel mudario communis Belluni ſecundum formam ſtatutorum. Et illa mercimonia, ſeu victualia, ſive res ibi vendiderit, vel alienaverit alicui ſubjecto, vel diſtrictuali, ſeu degenti in dicto diſtrictu, quod ille talis recipiens prædicta mercimonia, vel res ſub aliquo titulo vel colore, teneatur in ſe retinere datium earum rerum, quas habuerit, vel receperit, & ſolvere datium datiariis prædictis,

Digitized by Google

dictis, quibus competit datium infra octo dies. Sub pœna ſolvend datium duplicatum dictis datiariis.

Qualiter quis debeat Datium in ſe retinere de Rebus, quæ portantur extra diſtrictum, venditis Forenſi, vel non Subjecto Juriſdictioni communis Belluni. Cap. XXIX.

STatuimus, quod quælibet perſona, quæ vendiderit in diſtrictu Belluni aliqua mercimonia, vel res aliquas, de quibus ſolvi debet datium datiariis communis Belluni alicui forenſi, ſeu alicui non ſubjecto juriſdictioni communis Belluni exportanti hujuſmodi res extra diſtrictum Belluni teneatur in ſe retinere datium, & penes ſe de conducta dictarum rerum, quod datium ſive mudam ſolvere teneatur ipſis datiariis vel mudariis, quibus competit infra octo dies poſtquam vendiderit. Sub pœna ſol. centum parvorum pro quolibet contrafaciente, & qualibet vice. Medietas cujus banni ſit datiariorum prædictorum; & nihilominus ſolvat datium, & credatur ipſis datiariis, vel alteri ipſorum accuſantibus cum uno teſte, qui non ſit ſocius in Datio.

Qualiter Jurati Villarum teneantur denunciare Datiariis conducentes, vel exportantes Mercimonia debentia ſolvere Datium. Cap. XXX.

STatuimus, quod quilibet Juratus cujuſcumque Jurariæ ſuppoſitæ diſtrictui Belluni tam de montibus, quam de plano teneatur, & debeat datiario communis Belluni denunciare omni, & ſingulo menſe quoties requiſiti fuerint omnia mercimonia, & res quæ intraverint, ſeu conducta fuerint in eorum Jurariis, venientia de extra diſtrictum Belluni, & nomina illorum, qui conduxerunt, & nomina etiam illorum, in quorum domibus prædicta fuerint diſcargata, ſeu poſita. Et ſimiliter nomina vendentium de prædictis in eorum Jurariis, quæ exinde conducentur extra diſtrictum Belluni vel conducta erunt, & nomina etiam ementium, & conducentium extra diſtrictum Belluni banno librarum trium parvorum pro quolibet Jurato, & qualibet vice. Medietas cujus Banni ſit datiarii. Et credatur datiario de dicta requiſitione, & dictis rebus, & nominibus non denuntiatis per ſacramentum ipſius, & uni bono teſti, non ſocio in datio. Et prædicta locum habeant ſi dictus Juratus fuerit negligens de prædictis. Et hoc relinquatur arbitrio Rectoris, & Conſulum.

De

De Pœna impoſita Datiario non ſolventi in Termino ſibi aſſignato, vel in Locatione appoſito. Cap. XXXI.

STatuimus, quod quælibet perſona, quæ conduxerit aliquod datium a commune Belluni teneatur, & debeat illud datium ſolvere Maſſario communis Belluni uſque ad quinque dies poſt terminos datos ſibi in locatione facta de datio; pœna ſol. centum parvorum cuilibet, qui conduxerit aliquod datium. Et ſi in termino non ſolverit, poſſit pignorari. Et ſimiliter ejus fidejuſſores ad beneplacitum communitatis in bonis mobilibus, & ſtabilibus; & ſtabilia vendi poſſint, & ſubhaſtari ſine aliqua æſtimatione facta. Non obſtante aliquo ſtatuto, &c.

Qualiter Datiarii poſſint ſua auctoritate intromittere res, & Mercimonia, de quibus ſolvi debet Datium. Cap. XXXII.

STatuimus, & ordinamus, quod in quocumque loco diſtrictus Belluni ſi aliquis forenſis, vel ejus familiaris fuerit requiſitus ſive repertus habere, vel portare, ſeu extrahere, vel conducere, vel conduci facere aliqua mercimonia, vel aliquas res, de quibus ſolvi debeat aliquod datium communi Belluni, ſeu aliqua præſumptio fuerit in portando, extrahendo, vel conducendo extra diſtrictum Belluni, vel ad alia loca, propter quæ ipſe talis conducens, portans, vel extrahens teneatur ſolvere datium de aliqua re, de qua ſolvi debeat aliquod datium, quod illa talis res poſſit intromittere, & ſequeſtrari auctoritate propria datiariorum, vel eorum nuntiorum libere & impune, dummodo ponant ipſas res acceptas apud Juratum propinquiorem: & ſequeſtratæ remaneant dictæ res penes ipſum Juratum, vel ejus vicinos, ubi repertæ fuerint tales res, dum fecerit ſecuritatem de judicio ſiſti, & judicato ſolvendo; & ſi Jurati, vel vicini poſt dictam ſequeſtrationem dimitterent tranſire tales res abſque ſolutione datii; tunc datium de dictis rebus ſolvere teneantur; & nihilominus incidant in pœnam librarum trium parvorum.

Qualiter quis Datium ſolvere teneatur de Rebus depoſitis, & locatis, etiam ſi periculum ad Recipientem pertineat aliquo caſu. Cap. XXXIII.

STatuimus, quod ſi prætextu tituli locationis, vel depoſiti, vel alterius tituli aliquæ res, de quibus ſolvitur datium, ſint penes aliquam perſonam conſtitutæ ad inſtantiam, & requiſitionem alicujus: ita quod periculum, & caſus fortuitus, humanus, & divinus

illarum rerum ſolummodo ſpectent ad conducentem, vel depoſitarium, ſive ad illam perſonam, quæ eaſdem res tenet, & paſcit, & eas conducit, tunc debet ſolvi datium per illum, qui eas dedit; & intelligatur de talibus rebus fuiſſe alienatio facta; & ſi verteretur lis, quæſtio, vel dubium, utrum caſus, ſive periculum ſpectet ad illum, qui eas tenet, ſeu detinet, vel qui eas ſibi dedit, tunc ſacramentum deferatur utrique parti ad inveſtigandam veritatem: & per ſacramentum diffiniatur per D. Rectorem, ſi aliter probari non poterit.

Qualiter per Datiarios, vel eorum familiares mercimonia, de quibus debet ſolvi Datium, poſſint intromitti. Cap. XXXIV.

STatuimus, quod quilibet datiarius communis Belluni vel ille, qui pro eo extiterit ad colligendum datium, poſſit impune pro exigendo datium ſua auctoritate intromittere bona eorum, qui eis tenentur pro datio, vel ſibi teneri credit, & ea accipere, & tenere, donec ſibi ſatisfactum fuerit de dicto eorum datio: ſalvo ſemper, quod jus ſummarie per Rectorem reddatur, & ſine debito terminetur inter dictas partes, non obſtantibus ſupradictis. Et ſi reperiretur talis intromittens dicta bona aliquorum indebite, ſeu injuſte feciſſe prædicta, omnes expenſas reſtituere teneatur illi, cui intromiſſa, ſeu accepta eſſent hujuſmodi bona.

Quod nullus audeat facere Ligam pro accipiendo aliquod datium ultra numerum quatuor: & de Pœna impoſita. Cap. XXXV.

STatuimus, quod nullus homo, nullaque perſona audeat vel præſumat modo aliquo vel ingenio, directe, vel per obliquum pro accipiendo aliquod datium communis Belluni facere ligam vel ſocietatem ſimul ultra numerum quatuor, ſub pœna librarum quinquaginta parvorum pro ſingulo, & ſingula vice. Quam pœnam ſtatim cum ſcitum fuerit ligam, & ſocietatem feciſſe, ſolvere compellatur. Et unuſquiſque teneatur, & debeat jurare corporaliter ad Sancta Dei Evangelia, quod non faciet aliquam ligam vel ſocietatem cum aliquo ſuper aliquo datio ultra numerum quatuor, ut ſupra dictum eſt; & quod Rector poſſit inquirere de prædictis contrafacientibus uſque ad duos annos proxime venturos; & quilibet poſſit accuſare, & habeat medietatem banni probando per unum bonum teſtem bonæ opinionis, & famæ.

Quod

Digitized by Google

Quod Maſculinum genus concipiat Fœmininum. Cap. XXXVI.

STatuimus, quod in omnibus caſibus ſuper datiis & mudis communis Belluni, ubi reperitur ſtatutum aliquod ſub maſculino genere, intelligatur de fœminino.

De declaratione, & interpretatione facienda ſi Obſcuritas, vel Ambiguitas appareret ſuper his Datiis. Cap. XXXVII.

STatuimus, quod ſi ſuper aliquibus ſtatutis datiorum ſcriptis in præſenti volumine ſub rubricis ſcriptis ſub omnibus datiis & mudis, opus eſſet aliqua declaratione vel interpretatione in ipſis, cauſſa alicujus dubii vel obſcuritatis, quod in arbitrio Rectoris & octo Sapientum remanere debeat ad declarandum, dilucidandum, & interpretandum ſuper ipſis quandocumque, & quotieſcumque opus fuerit, ſeu dubium, vel obſcuritas apparuerit. Inter quos octo Sapientes eſſe debeant quatuor de illis, qui fuerunt ad providendum ſuper datiis; & ſi aliquis ipſorum quatuor eſſet ſocius in datio, tunc per Rectorem ſubſtituatur, & eligatur alius ſufficiens ejus loco; & quod dilucidatum, & declaratum fuerit per D. Rectorem, & dictos octo Sapientes, ſive per majorem partem ipſorum, habeat plenum robur, ac ſi factum fuiſſet ante locationem factam de dicto datio per Conſilium Majus dictæ Civitatis, & cum ea conditione intelligatur dictum datium eſſe locatum.

Qualiter Mercatores, qui Mercimonia, & Beſtias vendere non poſſunt, libere ea reconducere poſſint. Cap. XXXVIII.

STatuimus, quod ſi quo tempore aliqua perſona forenſis conduceret in diſtrictum Belluni aliqua animalia, vel alia mercimonia cauſſa vendendi, & ea vendere non poterit, quod ea animalia vel mercimonia libere, & ſecure poſſit reconducere extra diſtrictum Belluni, dum tamen conducat per eamdem viam ſolummodo per quam venit: & per illa loca unde ea conduxerit, & non aliunde. Et hoc infra quintam diem poſtquam venerit in diſtrictum Belluni, & habeat bulletam datiariorum, quibus competeret datium. Quam bulletam dicti datiarii gratis facere teneantur: ſalvo, quod ſi conduceret dicta animalia, vel mercimonia ad aliquas nundinas, tunc poſſit ea reconducere, ut ſupradictum eſt, infra tertiam diem, finitis nundinis. Cæterum ſi conduxerit per Plavim, intelligitur reconduxiſſe per eamdem viam ex Proviſio. 30.

Digitized by Google

De pœna Datiariorum injuriantium Mercatores. Cap. XXXIX.

STatuimus, quod ſi quis datiarius, vel mudarius communis Belluni procurans ſua datia, fecerit aliquam injuriam alicui mercatori, vel alicui perſonæ, condemnetur in libris decem parvorum. Et nihilominus condemnetur de injuriis illatis ſecundum formam ſtatutorum communis Belluni, poſitam in tertio libro.

Qualiter accuſas factas per Datiarios, vel eorum factores, impune ipſi poſſunt retractare. Cap. XL.

STatuimus, & ordinamus, quod quandocumque contingerit aliquem datiarium, ſive datiarios communis Belluni vel eorum factores, & procuratores accuſare, & accuſas producere coram Rectore civitatis Belluni vel Vicario, contra aliquas perſonas terrigenas, vel forenſes occaſione datii, licitum ſit ipſi datiario, ſive datiariis, vel eorum factoribus, aut procuratoribus dictis accuſis per eos productis, renuntiare & petere eas cancellari abſque aliqua ſolutione facienda per dictos tales accuſatores, vel accuſatos pro dictis talibus renuntiatione & petitione, ipſis tamen denariis prius firmantibus ſuo ſacramento ſe nihil accepiſſe, nec habere debere, aut promiſſum eſſe ultra datium, quod ſolvi deberet; & quod Rector, ſive Vicarius non debeat, nec poſſit facta dicta renuntiatione contra dictos tales accuſatos ulterius procedere; & hoc locum habeat, & obſervetur ſi hujuſmodi præfatæ perſonæ renuntiarent dictis accuſis ante publicationem ſententiæ ſecutæ ex dictis accuſis. Et non obſtante aliquo alio ſtatuto in contrarium loquente.

De Pœna impoſita tranſeuntibus confinia cum rebus datio ſuppoſitis. Cap. XLI.

STatuimus, quod quicumque tam civis, quam forenſis, qui tranſiverit infraſcripta confinia cum aliquibus rebus, de quibus ſolvi debeat datium aliquod datiariis communis Belluni non ſoluto eorum datio, aut abſque bulleta datiariorum extra diſtrictum conduxiſſe dicantur, & habeantur, videlicet: Verſus caput pontis, vel mudam Maedi, Veneglam, verſus Feltrum, Rujum ſancti Gervaſii. Verſus Agurdum, & montes, fontanam de caprili, quæ eſt inter mareſum, rimagum, & muſojum. Et eundo verſus pedemontem, Rujum de ſancto Gervaſio. Et eundo ultra Plavim verſus fruſſedam, vallem de rovere de ſubtus, motam de caſteono. Verſus canage aquam turigæ. Verſus ſanctum Hippolitum, & comitatum zumellarum, Rujum de val-

valcaurera, & eundo per Plavim ſeccam Petri de bolzano de Plavi poſita ad locum muſili. Et dictis confinibus ſubjaceant omnes ponderantes in civitate Belluni, & burgis, ſive ſuburbiis. Si vero ponderarent in villis diſtrictus Belluni dicantur extra diſtrictum conduxiſſe, & portaſſe ſtatim dum tranſeunt per centum paſſus extra villas, unde acceperint dictas res, de quibus ſolvi debeat datium aliquod datiariis communis Belluni: ſalvo, ſi in aliquo alio ſtatuto datiorum reperiretur mentio facta de aliquibus aliis confinibus, quod illa confinia ſerventur in illo datio. Et hoc ſub pœna librarum decem parvorum, & ſolvendi duplum datii. Non obſtante aliquo alio ſtatuto in contrarium loquente. Cujus pœnæ medietas ſit datiarii; Et termini prædicti intelligantur incluſive: immediate tamen cum fuerint tranſacti. Cæterum vide Proviſionem 21. anno 1519. Quod Datiarii poſſint inquirere de contrabannis contra quoſcumque per annum, finita eorum locatione.

De pœna portantis, ſeu conducentis aliquam rem, ſeu mercimonium aliquod extra diſtrictum Belluni, ſive bulleta Datiariorum.
Cap. XLII.

STatuimus, quod quilibet portans ſive conducens, vel conduci faciens aliquam rem, ſive aliquod mercimonium, vel aliquid aliud, de quo ſolvere debeat datium ſine bulleta datiarii, vel ejus licentia extra diſtrictum Belluni perdat, & perdere debeat ipſum mercimonium, ſive rem, & id totum, quod portatum, ſive conductum extra diſtrictum fuerit ſine bulleta, vel licentia expreſſa ipſorum datiariorum pro ea parte tantum, qua non habuerit bulletam, ſive licentiam. Et intelligatur conduxiſſe extra diſtrictum Belluni, dum tranſit confinia in proximo præcedenti ſtatuto, & in quibuſcumque aliis ſtatutis de datiis diſponentibus contenta. Et ſi dictum mercimonium, aut res extra diſtrictum conducta foret, aut haberi non poſſet, tunc ad valorem ipſarum condemnetur, ſecundum quod juraverit datiarius, taxatione Judicis præcedente; cujus mercimonii, ſive rei, aut valoris ejuſdem medietas applicetur communi, & alia datiario, ſine aliqua ſententia ferenda, & nihilominus ſubjaceat pœnis, & bannis in aliis ſtatutis communis Belluni contentis. Salvo, quod hoc non habeat locum in bulletis zattarum, in quibus ſervetur forma ſtatutorum communis Belluni ſuper his zattis diſponentium. Cæterum, vide Proviſionem primam 1522. in generali, quod dividantur condemnationes, & contrabanna inter Rectorem Commune, Datiarios, & accuſatorem.

De

De pœna impoſita ei, qui exigeret aliquid occaſione datii ad ſe non ſpectantis; & qui ſe impediret in datio ad ſe non pertinente. Cap. XLIII.

STatuimus, quod nullus datiarius, & nulla alia perſona audeat, vel præſumat exigere, vel percipere denarios alicujus datii, ad ſe non ſpectantes quoquo modo, & non pertinentes. Nec audeat, vel præſumat ſe impedire de aliquo datio non pertinente, & non ſpectante ad ſe, nec ad ſuum datium. Sub pœna dupli ejus, quod receperit, ſeu exegerit. Quam pœnam incontinenti ipſo facto communi, ſeu ejus Maſſario ſolvere compellatur per D. Rectorem, abſque aliqua ſententia ferenda, & ſimiliter aliquis datiarius non poſſit recipere, nec debeat directe, vel per obliquum aliquid ab aliqua perſona ultra id, quod debet habere de jure pro datio, ſub pęna ſoldorum viginti parvorum pro ſingulo ſoldo, quod injuſte receperit, & cogatur incontinenti ipſo facto reſtituere eidem, a quo exegerit, ſeu receperit id totum, quod indebite ab eo receperit, & expenſas, & damna, & intereſſe, & pęnam prædictam: & quilibet poſſit accuſare, & habere debeat medietatem condemnationis. Vide proviſionem ſecundam circa hoc anni 1523. in qua datur pęna datiariis ducatorum 25.

De pęna conducentis beſtias aliquas extra diſtrictum, ſine licentia Datiariorum per aliquam viam exceptis nonnullis caſibus. Cap. XLIV.

NUllus debeat, vel poſſit conducere beſtias aliquas extra diſtrictum Belluni, ſine licentia datiariorum per aliquam viam, excepto, quod illi, qui conducunt per viam, & ſtratam communalis de ſancta Cruce beſtias de alieno diſtrictu, poſſint illas impune conducere ſine littera, & datio: dum tamen ſatisfaciant mudario de capite pontis. Et qui contrafecerit, amittat beſtias, & condemnetur in ſoldis ſexaginta, & quilibet datiarius, vel mudadarius poſſit accuſare, & beſtias intromittere, & præſentare Communi: & habeat tertiam partem beſtiarum, & banni. Salvo quod cariatores poſſint conducere cum ſuis plauſtris, & redire ſine aliqua littera boves ſuos, & vaccas: & etiam obviam ire plauſtris ſuis cum ſuis bovibus, & vaccis, & etiam illi, qui conducunt beſtias ad aliqua mercata extra diſtrictum Belluni: dum tamen ſit de licentia datiariorum. Et quod omnes cives, vel diſtrictuales Belluni conducentes, vel conduci facientes beſtias aliquas ad herbam, vel ad fœnum extra diſtrictum Belluni teneantur, & debeant eas reconduxiſſe,

ſe, vel reconduci feciſſe in diſtrictum prædictum ſi conducant de menſe Septembris, vel Octobris, vel ab inde ultra verſus hyemem per totum menſem Maii. Et ſi conducerent, vel conduci facerent tempore æſtivo in herbam teneantur eas reconduxiſſe, vel reconduci feciſſe in dictum diſtrictum Belluni per totum menſem Septembris: alias ſolvere teneatur datiariis datium conductionis extra: qui erunt tempore conductionis extra: & in omni caſu quando vadunt extra, habere debeant bulletam dictorum datiariorum, ſub pœna prædicta. Salvo, quod ſi propter caſum guerræ dicta animalia fuerint conducta extra, conducentes, vel conduci facientes ipſa, non teneantur reconducere, vel reconduci facere in diſtrictum per totum tempus durante guerra, nec ob id ad ſolutionem alicujus datii teneantur, nec bulletam, vel licentiam aliquam requirere, & finita guerra infra ſpatium vigintiduorum dierum debeant reconduxiſſe, vel reconduci feciſſe in diſtrictum Belluni, & datiariis denuntiaſſe ſupradictis, alias ad ſolutionem datii teneantur ſecundum formam ſtatutorum ſuper his diſponentium. Cæterum vide Proviſionem 23. 1519. ſuper conductionem animalium pro exercitu Dominationis noſtræ.

Qualiter conſanguinei cum quibus habitat quis non ſubjectus temporali juriſdictioni, ſive ejus Coloni, teneantur ſolvere datium de rebus venditis per ipſum. Cap. XLV.

STatuimus, quod ſi aliquis non ſubjectus temporali juriſdictioni communis civitatis Belluni habitaverit cum ſuo fratre, vel fratribus, vel cum patre, vel matre, vel cum nepotibus: & vendiderit, vel alienaverit aliquam rem, de qua ſolvi debeat datium ex forma ſtatutorum, vel proviſionum communis Belluni cogantur frater, vel fratres: pater, vel mater, vel nepotes, vel alii conſanguinei, & affines, cum quibus habitaverit ad ſolvendum datium talis rei venditæ, ſeu alienatæ per talem non ſubjectum temporali juriſdictioni: & ſubjaceat illis pœnis, quibus ſubjacent alii cives, temporali juriſdictioni ſuppoſiti, ac ſi ipſi idem contraxiſſent. Et ſi talis non ſubjectus temporali juriſdictioni non habitaverit cum ſupraſcriptis perſonis, tunc ejus coloni, & habitatores, & debitores poſſint conſtringi per ipſos datiarios ad ſolutionem ſui datii, & mudæ de bonis affictibus, & redditibus talis non ſubjecti.

Quod

Digitized by Google

Quod non poſſit allegari Deſuetudo contra Statuta, & Proviſiones ſuper datiis, niſi revocata, & revocatæ fuerint.
Cap. XLVI.

STatuimus, quod omnia ſtatuta, & proviſiones ſuper datiis debeant executioni mandari: nec poſſit contra aliquod, vel aliquam ipſorum allegari inobſervantia, & abuſio. Decernentes, quod quotieſcumque per aliquam perſonam alicujus eorum ſtatutorum, & proviſionum petita eſſet obſervantia, intelligatur illud, vel illa noviter facta, & ordinata, & hoc non obſtante aliqua inobſervantia. Salvo ſi tale ſtatutum, ſeu proviſio novis legibus, & ordinibus revocatum, ſeu revocata non eſſet,

HÆC SUNT STATUTA PARTICULARIA DE DATIIS. ET PRIMO DE DATIO VINI.

Quod vendens vinum ad minutum teneantur ſolvere Datiarii quintum totius pretii, quod fuerit venditum ad minutum.
Cap. XLVII.

STatuimus, & ordinamus, quod quælibet perſona vendens, vel vendi faciens vinum ad minutum ad ſpinam in civitate Belluni, & ab agro, & ab hoſpitali Zaudi inferius per totum diſtrictum ſolvere teneatur conductoribus datii vini, ſicut inferius continetur hoc modo, videlicet, quintum totius prætii, quod fuerit venditum ad minutum: ſalvo quod datiarii ferri ſtantes in agro, & ad mædum, poſſint vendere vinum ad minutum, ſine aliquo datio ſolvendo: ad quod prætium quinti datium de cætero incantetur.

De modo vendendi Vinum ad ſpinam: & qualiter Vegetes debeant bullari per Datiarios tam Hoſpitibus, quam aliis Perſonis.
Cap. XLVIII.

STatuimus, quod quælibet perſona, quæ voluerit vendere vinum, piratam, vel pomatam, vel vendi facere ad ſpinam, vel ad minutum in civitate Belluni, & ab Agro, & hoſpitali Zaudi inferius teneatur ſolvere datium conductoribus vini, ſtatim vendito dicto vino, ſub pęna ſol. decem parvorum pro quolibet congio, & in ratione congii, & quod vegetes, quæ erunt, & ponentur ad manus, bullentur cum una bulla ipſorum datiariorum: & ponatur breve in anteriori parte, vel fundo vegetis cum ſcriptura continente pro quanto debet vendi buzolum: quod breve bulletur ab utraque par-

parte cum eadem bulla, & ſimili modo teneantur hoſpitatores de vegetibus, quas ipſi habuerint in ſuis hoſpitiis ſolvere datium: ut dictum eſt de vino, quod haberent, & venderent in ſuis hoſpitiis, & ſi quis contra prædicta, vel aliquid prædictorum fecerit, ſolvat pro banno communi Belluni ſol. centum parvorum qualibet vice, & nihilominus ſolvere teneatur datium ſi non fuerit ſolutum, & & ſuper prædictis non poſſit procedi, niſi per denuntiationem, & accuſationem datiariorum, & idem obſervetur in omnibus villis, in quibus poteſt vendi vinum ſecundum formam ſtatutorum. Vide Proviſionem 16. anno 1519. quod Datiarius non teneatur bullare, niſi præſtita fidejuſſione de datio ſolvendo.

De miſtione non facienda in Vino, quod venditur ad minutum.
Cap. XLIX.

STatuimus, quod nemo vendens vinum ad minutum audeat, vel præſumat facere aliquam miſtionem aquæ, piratæ, vel pomatæ in vino, quid venditur ad minutum. Et hoc ſub pœna librarum quinque parvorum pro quolibet vaſe, & quod in arbitrio D. Rectoris, & Conſulum ſit diſcernere, ſi miſtio fuerit facta, vel ne.

Qualiter Datiarii poſſunt datium petere tam a Domino vini, quam a vendente, eorum arbitrio eligendi, quem voluerint.
Cap. L.

STatuimus, & ordinamus, quod ſi quo caſu contigerit, quod aliquis vendens vinum ad minutum nomine alieno in civitate, & diſtrictu Belluni non ſolverit datium vini venditi per ipſum datiario vini juxta formam ſtatutorum communis Belluni Dominus vini, vel cujus fuerit vinum ſolvere teneatur: dummodo vinum fuerit in domo, ſeu habitatione dicti Domini, vel in canipa, quam habuerit alibi, & talis Dominus ſolvens datium pro dicto tali vendente vinum habeat regreſſum contra talem vendentem: quemadmodum habent datiarii contra vendentes vinum ad minutum, & ſit in arbitrio datiarii vini utrum voluerit Dominum vini, aut venditorem pro datio vini venditi per hunc modum, videlicet, quod Datiarius teneatur in principio quando vinum ponitur ad manus eligere illum, quem vult venire, an dominum, & mercatorem vini, an venditorem, & eum ſcribere in quaterno ſuo datii: & poſſit illum qui ſcriptus eſt in ſuo quaterno ſolummodo convenire pro datio dicti vini, & non illum qui ſcriptus non erit.

Digitized by Google

De arbitrio Datiariorum bullandi Vegetes, & de pœna inbibentis bullare. Cap. LI.

STatuimus, & ordinamus, quod dicti Datiarii vini ad minutum poſſint, & valeant ſuo arbitrio bullare, & ſigillare cochonos, & ſpinas cujuslibet vegetis, de qua venditur vinum ad minutum quomodocumque, & qualitercumque placuerit eis: ita & taliter quod fraus alicujus miſtionis exinde fieri non poſſit, & ſi quis contra prædicta voluerit obviare, vel obviaverit, condemnetur in libris decem parvorum pro qualibet vegete, & qualibet vice. Cujus banni medietas ſit communis, & alia medietas ipſorum Datiariorum, & de hoc credatur ipſis Datiariis cum ſacramento, & uno bono teſte, qui non ſit ſocius in dicto datio.

Qualiter Datiarii poſſint accipere Semum de Vaſe: & de pena prohibentis, & disbullantis illud. Cap. LII.

STatuimus, & ordinamus, quod quilibet Datiarius vini ad minutum quotieſcumque, & quandocumque voluerit accipere ſemum de qualibet vegete vini, quod venditur ad minutum, illud ſemum poſſit, & valeat accipere ſuo arbitrio: dum tamen antequam appropinquet ad uas, requirat tabernarium: nec ad illud accedat, irrequiſito tabernario. Et ſi quis obviaverit, vel obviare voluerit, condemnetur in libris decem parvorum pro quolibet, & qualibet vice. Cujus banni medietas ſit communis: & alia medietas Datiarii, & credatur ipſi Datiario cum ſacramento: & cum uno bono teſte, qui non ſit ſocius datii.

De pena disbullantis Vegetes Bullatas per datiarios. Cap. LIII.

STatuimus, & ordinamus, quod poſtquam veges alicujus vini, quod venditur ad minutum fuerit bullata per datiarium in aliqua parte vegetis, nullus audeat, ſive præſumat ſine licentia dicti datiarii disbullare, vel deſtruere, vel deformare dictam bullam per ſe, nec interpoſitam perſonam aliquo modo, vel ingenio, ſub dicta pœna librarum decem parvorum, & ad ſolvendum datium duplum vini, quod repertum fuerit in vaſe, & credatur datiario, ut ſupra dictum eſt.

De

De pœna non permittentis Datarium tentare bullatam Vegetem ad ſui voluntatem, & in Vino miſtionem facientis. Cap. LIV.

STatuimus, & ordinamus, quod quotieſcumque Datiarius acceperit ſemum de aliqua vegete, & poſtea cum voluerit tentare dictam vegetem utrum fraus ſit facta vel non, libere vendens teneatur ipſum dimittere tentare ſine aliqua moleſtia, vel verbo aliquo, ſub jam dicta pœna librarum decem parvorum modo, & forma, ut prædictum eſt, & ſi invenerit aliquam additionem, vel miſtionem factam in dicto vino, quæ ſuperabundaverit ſigno ſuo dicti ſemi: tunc intelligatur fraus facta eſſe in dicto vino directe, vel per obliquum: & ideo condemnetur in libris decem parvorum pro ſingulo, & ſingula vice, & credatur tali Datiario cum uno bono teſte, qui non ſit Datiarius, & cum ſacramento datiarii.

Qualiter Tabernarii teneantur aperire Canipas ad voluntatem Datiariorum, cum requiſiti fuerint. Cap. LV.

STatuimus, quod quotieſcumque, & quandocumque de die, & de nocte Datiarius, vel Datiarii vini ad minutum, vel habentes cauſſas ab eo, vel ab eis, voluerit intrare tabernam, vel domum, ubi venditur vinum, exiſtente dicto venditore vini in dicta taberna, & dictus Datiarius exclamaverit, aperi mihi, quia volo intrare; tunc dictus talis vendens vinum ſine mora teneatur aperire hoſtium, & ipſum dimittere intrare, & dimittere tentare, & facere ſemum ſi voluerit de dicta vegete, de qua venditur vinum, & teneatur idem vendens vinum patienter, & quiete dimittere ipſum Datiarium, vel cauſſam ab eo habentem tentare, & ſemum accipere: ſub jam dicta pœna, modo & forma, ut ſupra expreſſum eſt.

De pœna habentis, vel tenentis aliquod inſtrumentum, vel ædificium ad commiſcendum vinum. Cap. LVI.

STatuimus, quod ſi quo tempore inveniretur, vel reperiri poſſet aliquod artificium, vel inſtrumentum fraudulentum, per quod, & ſuper cujus prætextu poſſit injungi vinum, vel miſtionem aliquam in vegetibus per obliquum, intelligatur & præſumatur talem tabernarium fraudem facere, vel feciſſe de vino, quod venditur per ipſum ad minutum, & ſubjaceat pœnis ſupraſcriptis, ſcilicet librarum decem parvorum modo, & forma ut dictum eſt, & nihilominus.

nus condemnetur de falſo, & tamquam falſarius habeatur, & numquam poſſit vendere vinum, nec facere mercimonium vini.

Qualiter Tabernarius vendens vinum ad minutum, poteſt vendere in groſſum, Datiario tamen requiſito. Cap LVII.

DEclaramus, quod quandocumque aliqua perſona voluerit emere vinum a vendente vinum ad ſpinam, de vino quod venditur ad minutum, vendens dictum vinum, vel Tabernarius impune poſſit vendere ipſum in groſſum, ſive ad congium, medium congium, & quartam, & ab inde inferius, tamen cum licentia datiarii. Et ſi dictus datiarius nollet dare licentiam, nihilominus dictus talis vendens vinum poſſit ipſum vendere: dummodo habeat unum bonum teſtem bonæ famæ, & opinionis, per quem poſſit probari quantitas venditionis dicti vini: ita quod datiarius non poſſit defraudari.

Quod ſtatim ſagomata Vegete debeat ſolvi Datium; & de pœna Contrafacientis. Cap. LVIII.

STatuimus, quod ſi contingerit aliquam vegetem vini poni ad manum cauſſa vendendi ad minutum; & tabernarius vel vendens vinum, dictum vinum non poſſit vendere, vel non vendiderit, ſed ſolum aliquam partem ipſius vini vendiderit; tunc talis vendens, vel tabernarius dicti vini, ſeu vegetis dicti vini teneatur & debeat haurire, & extrahere vinum, quod remanſerit in dicta vegete quandocumque, & quotieſcumque dictus Datiarius requiſiverit tabernarium, ſeu vendentem dictum vinum; & facta ſagomatione dictæ vegetis, ſtatim dictus tabernarius teneatur ſolvere dicto Datiario datium pro tali vino vendito, & vegete ſagomata. Sub pœna ſol. centum parvorum pro condemnato. Cujus medietas ſit communis: & alia medietas Datiarii vini; & ſi dictus Datiarius recuſaverit ire ad videndum dictum vinum hauriri; tunc licitum ſit tabernario poſſe haurire dictam quantitatem vini, quæ remanſerit in dicta vegete, habendo unum teſtem bonæ opinionis & famæ, per quem poſſit probare quantitatem hauſtionis vini dictæ vegetis.

De modo ſagomandi Vegetes; & cujus expenſis debeant ſagomari; & per Quos. Cap. LIX.

STatuimus, quod quotieſcumque, & quandocumque vinum vegetis poſitæ ad manus ad vendendum, ad minutum fuerit venditum: tunc idem tabernarius ad voluntatem datiarii vini teneatur ſagomare,

re, vel ſagomari facere dictas vegetes vini venditi omnibus ſuis ſumptibus & expenſis: ſub jam dicta pœna: ſalvo, ſi tabernarius, vel alius loco ejus requiſierit datiarium vel datiarios ad ſagomandum dictas vegetes certo die vel hora competenti; tunc dictus tabernarius, ſi dictus Datiarius recuſaverit ire, valeat & poſſit dictas vegetes ſagomari, vel facere ſagomari: dummodo habeat unum bonum teſtem, per quem poſſit probare de ſagomatione dicti vini. Et Datiarii poſſint eligere ſagomatores ad eorum voluntatem.

De pœna vendentis Vinum, Piratam, & Pomatam ſine Licentia Datiariorum. Cap. LX.

STatuimus, quod nemo audeat vel præſumat directe vel per obliquum in civitate Belluni vel ejus diſtrictu vendere vinum, piratam, vel pomatam ad minutum a confinibus ſuperius nominatis infra, ſine verbo, & licentia Datiariorum vini; & qui contrafecerit, condemnetur in ſol. centum parvorum pro qualibet vice, & ad ſolvendum Datium vini duplum piratæ, vel pomatæ venditorum per ipſum. Medietas cujus condemnationis ſit communis: & alia medietas ſit datiarii. Hoc addito, quod ſi datiarius dictam licentiam recuſaverit dicto tali volenti vendere aliquid de prædictis, tunc impune talis vendere volens poſſit vendere: non obſtante licentia dicti Datiarii: dummodo ſolvat datium, quod tenetur.

Qualiter Jurati Villarum teneantur denuntiare D. Rectori, & Datiario Vendentes Piratam, & Pomatam Civibus Belluni. Cap. LXI.

STatuimus, & ordinamus, quod omnes Jurati villarum teneantur denuntiare D. Rectori, & Datiario omnes vendentes piratam vel pomatam quibuſcumque de civitate Belluni & burgis, vel alio quocumque modo darent, del donarent dictam piratam vel pomatam; & ſimiliter debeant eidem D. Rectori & Datiario denuntiare omnes vendentes, dantes, vel donantes prædicta, & quibus vendunt, dant, vel donant. Et hoc ſub pœna ſold. centum parvorum pro quolibet vendente vel donante, & qualibet vice; & ſimiliter dicti Jurati cadant in dictam pœnam, ſi non denuntiaverint dicto D. Rectori, & Datiario infra tertiam diem.

Digitized by Google

De pœna Bibentis Vinum alicujus non ſubjecti Temporali Jurisdictioni , denegantis Solvere Datium. Cap. LXII.

STatuimus, & ordinamus, quod ſi contingerit aliquam perſonam non ſubjectam temporali juriſdictioni communis Belluni vel alium quemcumque habitantem quomodolibet in civitate Belluni vel diſtrictu recuſantem ſolvere datium vini, vendere vinum ad minutum in civitate Belluni vel diſtrictu; Et illa talis perſona non ſubjecta temporali juriſdictioni denegaverit, vel recuſaverit ſolvere datium dicti vini Datiario; tunc omnes, qui vadunt ad bibendum de dicto vino condemnentur in ſold. ſexaginta parvorum pro quolibet, & qualibet vice.

De pęna habitantis in Villa non permittentis bullare Vaſa Vini. Cap. LXIII.

STatuimus, quod licitum ſit Datiariis vini ad minutum bullare vaſa vini omnia illius tabernarii, qui moratur in villa diſtrictus Belluni; & qui recuſaverit prædicta fieri, condemnetur pro quolibet vaſe, & qualibet vice in libris tribus parvorum; cujus medietas applicetur ut ſupra.

Qualiter Hoſpites teneantur oſtendere Vaſa Vini poſita in eorum Domibus Datiariis ipſa die, vel ſequenti. Cap. LXIV.

STatuimus ad evitandam malitiam, & ſagacitatem hoſpitum civitatis Belluni & diſtrictus, quod quotieſcumque dicti hoſpites conducunt vina ad ſua hoſpitia, vel eorum canipis, in quibus reponunt vina ſua, teneantur ſtatim ipſa die vel ſequenti mittere pro Datiariis vini ad minutum, ſive pro altero eorum, & ſibi oſtendere dicta vina; ita, quod dicti Datiarii poſſint bullare, & bullari facere; & alia ſimiliter, quæ poſſunt cum tabernariis operari. Pœna ſold. centum parvorum hoſpiti contrafacienti in aliquo de præmiſſis. * Vide proviſionem 17. 1519. quod portitores vini teneantur quantitatem vini portatam hoſpitibus, & tabernariis, Datiario denuntiare.

De quinta parte Vini detrahenda Hoſpitibus de Vino vendito per eos ſuis Hoſpitiis. Cap. LXV.

STatuimus, quod dicti hoſpites teneantur ſolvere datium datiariis vini de omnibus vaſis vini, quæ habent in eorum domibus, ſeu canipis. Sub pœna ſold. centum parvorum pro ſingulo vaſe ven-

Digitized by Google

ſe vendito dicto vino per dictum hoſpitem: ſalvo, quod detrahi debeat de dictis vaſis quinta pars vini venditi per dictum hoſpitem. Et hoc vendicet ſibi locum in hoſpitibus vendentibus vinum ſuis hoſpitibus tantummodo de viliori vino, quod dant hoſpitibus ad paſtum. Si autem aliud vinum vendiderint, quod ſit melius ſive hoſpitibus, ſive aliis, teneantur ſolvere datium integrum. Si autem vendiderit tanquam tabernarius ad minutum, ſive ad ſpinam aliis perſonis, tunc de dicto vino ſolvat datium integrum: hoc ſalvo etiam ſi contingeret dictum hoſpitem vendere vina ſua ad groſſum, quod facere poſſit; tunc de dicta tali venditione non teneatur ſolvere datium dictis datiariis, dummodo denunciet ipſis datiariis vinum venditum, & cui vendiderit; ita quod venditor & emptor per ſolemne ſacramentum hoc dicant, & manifeſtent. Et ſi fraus appareret in hoc, condemnetur tam venditor, quam emptor in libris decem parvorum pro ſingulo, & ſingula vice. Cujus banni medietas ſit communis, & alia dictorum datiariorum. * Vide Proviſionem 12. 1519. quod quintum vini venditi non detrahatur.

De pœnis impoſitis Hoſpitibus contrafacientibus in Capitulis contentis ſub Titulo Datii Vini. Cap. LXVI.

STatuimus, quod in omnibus caſibus, in quibus propter defectum hoſpitis commiſſum in aliquo, vel aliquibus de prædictis capitulis, ſub titulo de Datiariis vini ad minutum, hoſpes vel caupo veniret condemnandus, credatur Datiario per ſacramentum, ſi per unum teſtem bonæ famæ & opinionis, delictum probaverit hoſpitis, vel cauponis.

De Immunitate facta Vendenti Vinum ad Peronum. Cap. LXVII.

STatuimus, quod Petrus, qu. Andreæ del Perono non teneatur ſolvere datium datiariis communis Belluni de vino vendito per eum in domo ſua de Perono, donec attenderit & obſervaverit pacta per eum, ſive, qu. patrem ſuum habita cum commune Belluni; quæ pacta continentur in inſtrumentis ſcriptis, uno per Joannem de Odono Notarium, & altero per Magiſtrum Andream de Rudo.

Quod

Quod Forenſes non poſſint vendere Vinum ad minutum, ſalvo quam in Nundinis, Cap. LXVIII.

STatuimus, quod ſi aliquis forenſis, qui non habitat in civitate Belluni vel diſtrictu conducens vinum ad civitatem Belluni non poſſit vendere, nec vendi facere vinum ad minutum; Exceptis nundinis ſancti Martini, ſancti Luchani, & ſanctæ Mariæ de Agerdo; & qui contrafecerit, condemnetur in ſol. centum parvorum pro quolibet plauſtro, & in ratione plauſtri intelligendo plauſtrum octo congiorum menſuræ communis Belluni ipſi communi applicanda; & ipſo facto ſimiliter tabernarius, qui tale vinum talis forenſis poſuerit ad manum ad minutum, ſeu ad ſpinam, condemnetur in ſol. centum parvorum; quas pœnas tam forenſis, cujus fuerit dictum vinum, quam tabernarius vendens, incontinenti ipſo facto per Rectorem ſolvere compellatur, abſque aliqua ſententia ferenda. * Vide Proviſionem 10. 1519. quod forenſes non poſſunt incanipare vinum in civitate & diſtrictu Belluni, niſi per quindecim dies: quibus tranſactis, ſolvant pro congio quolibet ſoldos viginti Datiario.

HÆC SUNT STATUTA DE DATIO PANIS.

Qualiter ſolvitur Datium Panis; & de pœna Contrafacientis, Hoſpitibus exceptis. Cap. LXIX.

STatuimus, quod quælibet perſona, quæ fecerit panem ad vendendum teneatur & debeat, antequam ipſum faciat accipere bullam a conductoribus datii panis, & cum ipſa Bulla bullare panem antequam coquatur, & ſolvere datium dictis conductoribus, ſcilicet, den. tres pro qualibet calvea infra tertiam diem a die qua coctus fuerit; & qui contrafecerit, ſolvat communi pro banno ſol. quinque parvorum pro qualibet calvea: ſalvo, quod tabernarii & hoſpites de villis dantes panem bibentibus vinum in eorum canipis & tabernis, non debeant nec teneantur ſolvere datium panis, quem comedunt ipſi, & ſui hoſpites in domibus hoſpitum ipſorum: ſalvo etiam, quod pancogolæ facientes panem D. Rectori, vel D. Epiſcopo, vel quibuſcumque aliis ex frumento ſibi dato per ipſos, nullum datium ſolvere teneantur. * Cæterum hoſpites debent facere ad penſam; ut in Proviſione libro N. a char. 238.

De

De pœna facientis Panem ſine Bulla, ultra petitam quantitatem.
Cap. LXX.

STatuimus, quod ſi quis acceperit bullam a conductoribus datii panis cauſſa bullandi panem, & fecerit ultra quantitatem, pro qua acceperit bullam occaſione bullandi panem, condemnetur in ſol. viginti parvorum pro qualibet calvea, & qualibet vice. Medietas cujus banni ſit accuſantis.

De pœna illius, qui bullaverit Panem ſine licentia Datiarii.
Cap. LXXI.

STatuimus, quod idem intelligatur ſi aliquis acceperit bullam occaſione bullandi panem, & aliquis alius bullaverit panem ſine licentia conductorum datii panis incidat in bannum ſol. viginti parvorum pro qualibet calvea uterque eorum. Cujus banni medietas ſit communis, & altera accuſantis. Salvis ſemper ſtatutis poſitis ſub Rubrica de Piſtoribus.

Quod de Brazedellis, Nebulis, vel Scaletis Datium non ſolvatur.
Cap. LXXII.

STatuimus, quod facientes brazedellos, nebulas, vel ſcaletas ad vendendum pro portando per tabernas, non teneantur ſolvere datium aliquod datiariis communis Belluni de dictis brazedellis, nebulis, vel ſcaletis.

HÆC SUNT STATUTA COMPILLATA SUPER DATIO FERRI.

Qualiter, & in ratione quanti ſolvi debeat Datium Ferri.
Cap. LXXIII.

STatuimus, quod quicumque conduxerit ferrum a caſtro Agurdino inferius, vel ab hoſpitali Zaudi inferius teneatur & debeat ſolvere, & dare quatuor groſſos Venetos pro qualibet ſoma ferri hoc modo: videlicet, quod omnes qui conduxerint ferrum, debeant & teneantur dare, & ſolvere Datiariis dictos quatuor groſſos pro qualibet ſoma ab equis & mulis; & duos groſſos Venetos pro ſoma ab aſino; & groſſos octo pro qualibet caretta; & intelligatur ſoma ferri ab equis vel mulis, quæ ſit ducentarum, & ſexaginta quatuor librarum ferri, uſque ad ſeptuaginta libras ferri; Et ſoma ab aſi-

ab aſino, medietas prædictæ ſomæ ab equis vel mulis; & caretta quingentarum, & vigintiquinque librarum ferri: Salvo, quod ſi aliqua ſoma vel caretta videretur habere ultra dictum pondus, teneatur ſolvere datium conducens ultra dictum pondus pro rata datiariis; & de hoc tentando & inquirendo remaneat in arbitrio datiariorum, vel eorum, qui pro eis erunt ad datium colligendum; & quodlibet ferrum, quod conductum fuerit in ipſa loca, vel aliunde de extra diſtrictum Belluni in diſtrictum Belluni per aliam viam poſtquam intraverit diſtrictum Belluni; teneatur & debeat ſolvere datium modo, & forma ſuperius nominata; & quicumque conduxerit ferrum per Plavim vel aliunde quam per dicta loca in diſtrictum Belluni ſolvere teneatur eiſdem datiariis ſol. quatuor pro quolibet centenario, & in ratione centenarii. Et ſi quis conduxerit per dicta loca ferrum crudum, debeat ſolvere dictis datiariis ſol: octo parvorum pro quolibet ſoma, & in ratione ſomæ pro datio communis Belluni ſub dicta pœna; & quod dictum eſt de Ferro, intelligatur etiam de Azali.

Qualiter Datiarii Ferri poſſunt ſua Auctoritate intromittere Dona eorum, qui tenentur pro Datio. Cap. LXXIV.

STatuimus, & ordinamus, quod quilibet Datiarius ferri, bladi, vini, & aliarum rerum ad ſomam, vel illi qui pro eis aſtiterint ad colligendum datium, poſſint impune pro exigendo datium ſuum, ſua auctoritate intromittere bona eorum, qui eis tenentur pro datio, vel ſibi teneri credunt pro datio: & ea accipere, & tenere donec ſibi ſatisfactum fuerit de dicto eorum datio: ſalvo ſemper, quod jus cognoſcatur ſummarie inter dictas partes, & fine debito terminetur, non obſtantibus ſupradictis; & ſi reperirentur tales intromittentes bona aliquorum indebite, ſeu injuſte feciſſe prædicta, omnes expenſas reſtituere teneantur illis, quibus intromiſſa, ſeu accepta eſſent hujuſmodi bona.

De pœna impoſita Frangentibus Portas, & Clauſtra Datiariorum Ferri. Cap. LXXV.

STatuimus, quod nullus homo debens ſolvere datium ſupradictum audeat vel præſumat frangere portas vel rumpere, vel tranſire ultra portas conſtitutas in locis, in quibus colligitur datium ferri, ſeu alia clauſtra per ipſos datiarios conſtituta, niſi prius ſolverit datium conductoribus ipſius datii, vel de eorum voluntate, vel per alia loca tranſire per vim ultra dicta loca, in quibus ſolvitur datium, non ſoluto datio datiariis. Pœna cuilibet contrafacienti libr.

quin-

Digitized by Google

quinquaginta parvorum ſi fregerit dictas portas. Si vero tranſiret contra voluntatem conductorum datii condemnetur in libris decem parvorum pro qualibet vice; & ſi tranſiret abſque eo, quod ſolveret datium per alia loca, etiam ubique ſcita, in ſol. viginti condemnetur pro qualibet ſoma: ſalvo ſemper, quod ſi aliquis fecerit, vel dixerit aliquam injuriam conductoribus datii condemnetur in duplum ejus, quod in ſtatuto continetur, poſito in Rubrica Tertii libri de Injuriis.

De Datio Venæ Ferri, vel alterius Metalli Solvendo. Cap. LXXVI.

STatuimus, quod quicumque portaverit, vel portari fecerit venam a ferro, vel alio metallo de partibus ſuperioribus in diſtrictum Belluni ab agro hoſpitali Zaudi inferius, ſolvere teneatur datiariis ferri ſol. duos parvorum pro ſingula ſoma, & in ratione ſomæ; & ſol. octo pro ſoma alterius metalli, quam venæ ferri; & intelligatur ſoma ponderis lib. ducentarum ſexaginta quatuor, & in ratione ſomæ.

De Lopis, & Scais Ferri, & quid pro eis ſolvi debeat. Cap. LXXVII.

STatuimus, & ordinamus, quod portantes, vel facientes portari lopas, & ſcajas a ferro, ſolvere teneantur datiariis datii ferri communis Belluni pro ſoma dictarum rerum, vel in ratione ſomæ ſold. duos parvorum; & intelligatur ſoma dictarum ſcajarum, & lopæ ponderis librarum trecentarum.

De datio Ferri crudi ſolvendo. Cap. LXXVIII.

STatuimus, quod ſi quis conduxerit, vel conduci fecerit ferrum crudum de dictis partibus a dictis locis inferius, ſolvere teneatur conductoribus datii ferri ſol. quatuor parvorum pro quolibet centenario, & in ratione centenarii.

Qualiter pro ferro intra diſtrictum laborato, & conducto extra diſtrictum, quis ſolvere teneatur. Cap. LXXIX.

STatuimus, quod ſi caſus acciderit, quod aliqua perſona conducat venam ferri ad furnos diſtrictus Belluni, & de dicta vena ibi fieri fecerit ferrum crudum, vel coctum: & poſtmodum illud ferrum extraxerit, ſeu conduxerit extra diſtrictum Belluni ad quemcumque

locum, & per quemcumque locum, teneatur ſolvere datium datiariis ferri prædicti ſecundum formam ſtatutorum de Agro, vel Maedo. Et hoc non obſtante eo, quod ſi dictum ferrum reconduxerit poſtea per Agrum, vel Maedum: nihilominus ibi iterato, datium datiariis ſolvere teneatur.

Quod nemo audeat portare ferrum crudum in Cruſulo.
Cap. LXXX.

STatuimus, quod nemo audeat, vel præſumat portare, vel portari facere in mulis, vel equis, plauſtris, vel carettis, vel in aliquibus aliis animalibus aliquod ferrum crudum, vel coctum ad fuſinam, ſive ad furnum de Cruſulo de alienis furnis, vel fuſinis ſine expreſſa licentia Datiariorum a ferro de Agro, vel Maedo. Et quod omnes habitantes, vel ſtantes in Cruſulo non debeant portare, vel conduci facere vinum, vel bladum, nec aliqua alia victualia, de quibus ſolvitur datium datiariis a ferro ultra maedum: nec per aliquam aliam viam eundo de dicto furno, ſeu loco de Cruſulo in Zaudum, & ejus plebatum ſine expreſſa licentia datiariorum a ferro, vel eorum conductoribus. Sub pœna, & banno librarum decem parvorum pro ſingula ſoma, & in ratione ſomæ, & hoc intelligatur etiam in aliis furnis factis, vel fiendis in omnibus aliis locis, in quibus poſſet fieri fraus de dicto datio. Et de prædictis credatur datiario accuſanti cum uno bono teſte, qui non ſit ſocius in datio. Medietas cujus condemnationis ſit communis, & alia medietas ſit datiariorum, & teneatur ad ſolvendum datium duplum ipſis datiariis.

HÆC SUNT STATUTA PARTICULARIA DE DATIIS, VINI PRÆCIPUE ALIENI DISTRICTI, BLADII CUJUSCUMQUE GENERIS, SALIS, OLEI, CARNIUM, ET CÆTERARUM VICTUALIUM, ET MERCIUM.

Quid ſolvere teneantur portantes Vinum in Agurdum, vel Zaudum, vel etiam extra diſtrictum. Cap. LXXXI.

STatuimus, quod quæcumque perſona voluerit conducere vinum per viam Agurdi, ab Agro ſuperius, vel per viam Zaudi ab hoſpitali ſuperius, vel per aliam viam eundo in plebem Agurdi, vel Zaudi, directe, vel per obliquum, vel ipſum vinum extra diſtrictum conduxerit, ſolvere teneatur conductoribus datii ferri quatuor groſſos Venetos pro qualibet ſoma, & groſſos duodecim pro quolibet plauſtro, & groſſos octo pro qualibet caretta, & intelligatur plauſtrum de decem congiis, & caretta de quinque congiis, vel ab inde infra,

Digitized by Google

infra, & ſi plus vel minus fuerit, ſolvat pro rata, & nulli licitum ſit conducere vinum ab Agro ſuperius, vel ab hoſpitali Zaudi ſuperius ſine licentia, & bulleta notariorum officii majoris, & ſi quis contrafecerit, condemnetur pro qualibet ſoma in ſol. ſexaginta, & quolibet plauſtro & caretta in ſol. centum parvorum.

Qualiter pro Vino portato de partibus Alemaniæ in diſtrictum Belluni, quis ſolvere teneatur. Cap. LXXXII.

STatuimus, quod quicumque conduxerit vinum, vel conduci fecerit de partibus ſuperioribus, de quo non fuerit ſolutum datium in Agro, vel Maedo in diſtrictum Belluni ſolvere teneatur conductoribus datii ferri groſſos quatuor pro qualibet ſoma infra tertiam diem poſtquam ipſum vinum exoneraverit, & quilibet Juratus cujuslibet regulæ teneatur quolibet menſe manifeſtare in civitate Belluni conductoribus datii vinum, quod venerit de partibus Alemaniæ, & exoneratum fuerit in ſua regula, & nomen conducentis, & in cujus Domo collocatum fuerit. Sub pœna ſol. ſexaginta parvorum de ſuis propriis bonis. Et ille, in cujus domum exoneratum fuerit vinum veniens de partibus Alemaniæ, ſi conducens non ſolverit datium ſupradictum conductoribus, de ſuis propriis bonis ſolvere teneatur, quod ſolvere debebat conducens, & conducens condemnetur in ſol. ſexaginta pro qualibet ſoma.

Qualiter pro Vino de alieno diſtrictu, conducto per diſtrictum communis Belluni datium ſolvere, quis teneatur. Cap. LXXXIII.

STatuimus, & ordinamus, quod aliqua perſona non poſſit conducere vinum extra diſtrictum Belluni, vel per ipſum diſtrictum conducendo extra diſtrictum Belluni, etiam ſi de alieno diſtrictu conduxerit, niſi prius ſolverit datium conductoribus datii ad ſomam, & habuerit litteram ab officialibus officii majoris communis Belluni videlicet pro ſoma, & in ratione ſomæ groſſos quatuor, & pro caretta groſſos octo, & pro plauſtro a quatuor rotis groſſos duodecim, ſub pœna librarum decem parvorum pro quolibet plauſtro; & ſoldorum centum parvorum pro qualibet ſoma, & caretta; ſalvo, quod hoc non habeat locum in perſonis conducentibus vinum de Seravallo in Cadubrium per cannale ſanctæ Crucis, ponderando in burgo Seravalli, vel directe tranſeundo per dictum burgum Seravalli; ſalvo etiam, quod venientes per cannale Sancti Boldi, & tranſeuntes directe per comitatum Zumellarum, vel euntes in dictum comitatum, dictis datiariis ferri nihil ſolvere teneantur: ſed ſolummodo mudam Sancti Boldi.

Qua-

Qualiter portantes Bladum, Farinam, vel panem per viam Agurdi & Zaudi ſolvere teneantur, ſalvo quod conducentes de Seravallo. Cap. LXXXIV.

STatuimus, quod quilibet, qui voluerit conducere bladum, farinam, vel panem in Agurdum, vel Zaudum, per viam Agurdi ab Agro ſuperius, vel per viam Zaudi ab hoſpitali ſuperius, vel per aliam viam extra diſtrictum Belluni ad quemcumque locum ſe transferat, ſolvere teneatur conductoribus datii ferri ſol. duos parvorum pro qualibet ſoma, vel caretta, & pro quolibet plauſtro ſol. ſex parvorum, & ſi quis contrafecerit, condemnetur in ſol. ſexaginta parvorum pro qualibet ſoma, & pro quolibet plauſtro in ſol. centum parvorum, & nihilominus ſolvere teneatur datium; ſalvo, quod conducentes de Seravallo, vel ponderantes in Seravallo, vel directe venientes per burgum Seravalli, euntes in Cadubrium, non teneantur ſolvere mudam ad maedum. Quod ſtatutum vendicet ſibi locum in portantibus ſuper aliquibus animalibus, ſalem, farinam, vel alia victualia pro monticantibus a mudis de agro, & maedo ſuperius in locis, ubi debet ſolvi datium, & muda; ſalvo etiam quod fugientes propter guerram ad montaneas Agurdi, vel Zaudi, vel ad alia loca extra diſtrictum Belluni poſſint portare, vel portari facere quaelibet victualia: dum tamen ſolvant datium datiariis, quibus ſpectaverit ipſum datium: non tamen poſſint accuſari, vel contra ipſos inquiri occaſione datii fraudati, vel non ſoluti de dictis rebus ſic extra conductis.

Qualiter portantes Salem extra diſtrictum, vel in Agurdum, & Zaudum ſolvere teneantur. Cap. LXXXV.

STatuimus, quod quicumque voluerit conducere ſalem per viam Agurdi, vel ab Agro ſuperius, vel per viam Zaudi ab hoſpitali ſuperius, vel per aliam viam extra diſtrictum, vel in diſtrictum Belluni a dictis locis ſuperius, ſive veniant de alieno diſtrictu, ſive conduceant de noſtro diſtrictu extra diſtrictum Belluni a duabus calveis ſupra ſolvere teneatur conductoribus datii ferri ſol. octo parvorum pro ſoma, & in ratione ſomae, & nullus poſſit conducere, ſeu conduci facere ſalem de aliquo dictorum locorum ſuperius, niſi ſolverit datium ſupradictum, & qui contrafecerit, condemnetur in ſol. quinque parvorum pro qualibet calvea, & nihilominus datium ſolvere teneatur; ſalvo quod locum non habeat in conducentibus de Seravallo euntibus directe verſus Cadubrium ponderantibus in Seravallo, vel tranſeuntibus directe per Seravallum,

qui

Digitized by Google

qui ſolvere teneantur in capite pontis; ſalvo etiam, quod pro ſaleta veniente in diſtrictum Belluni, & quæ extra non conducitur, aliquod datium conducens ſolvere non teneantur.

Qualiter portantes Oleum, vel Mel per viam Agurdi, & Zaudi extra diſtrictum, ſolvere teneantur. Cap. LXXXVI.

STatuimus, quod quicumque conducere voluerit oleum, vel mel per viam Agurdi ab agro ſuperius, vel per viam Zaudi ab hoſpitali ſuperius, vel in diſtrictu prædicto a dictis locis ſuperius, vel per aliam extra diſtrictum Belluni a tribus libris olei, vel mellis ſupra ſolvere teneatur conductoribus datii groſſos ſex pro ſoma, & in ratione ſomæ; & ſic de plauſtro, vel caretta in ratione ſomæ, & intelligatur ſoma olei, & mellis de decem meriis; & nullus poſſit conducere, vel conduci facere oleum, vel mel ab aliquo dictorum locorum ſuperius a tribus libris ſupra, niſi ſolverit datium. Et qui contrafecerit, condemnetur in den. duodecim pro qualibet libra, quam portaverit ultra tres libras olei, vel mellis, & nihilominus datium ſolvere teneatur. Ac etiam qui conduxerit de alieno diſtrictu, & venerit per noſtrum diſtrictum, eundo extra diſtrictum, ſolvere teneatur dictum datium Datiariis; ſalvo, quod hoc non habeat locum in conducentibus de Seravallo euntibus directe verſus Cadubrium, ponderantibus in Seravallo, vel directe tranſeuntibus per Seravallum, qui ſolvere teneantur in capite pontis.

Qualiter portantes Carnes Porcinas per viam Agurdi, vel Zaudi, vel extra diſtrictum, ſolvere teneantur. Cap. LXXXVII.

STatuimus, quod quicumque voluerit conducere carnes porcinas ſalitas a decem libris carnium ſupra per viam Agurdi ab agro ſuperius, vel per viam Zaudi ab hoſpitali ſuperius, vel per aliam viam extra diſtrictum Belluni ſolvere teneatur conductoribus datii ſol. quatuor pro centenario, & in ratione centenarii, & nullus poſſit conducere carnes porcinas ſalitas a decem libris carnium ſupra ab aliquo dictorum locorum ſuperius, niſi ſolverit datium ſupradictum. Ac etiam qui conduxerit de alieno diſtrictu, & venerit in diſtrictum noſtrum, conducendo extra diſtrictum Belluni ſolvere teneatur dictum datium datiariis, & qui contrafecerit, condemnetur in den. quatuor pro qualibet libra, quam portaverit ultra decem libras: & nihilominus datium ſolvere teneatur. Idem obſervetur in aſſungia, & caſeo; ſalvo, quod hoc non habeat locum in conducentibus de Seravallo, euntibus recte verſus Cadubrium, ponderantibus

Digitized by Google

tibus in Seravallo, vel directe tranſeuntibus per Seravallum. Hoc addito, quod ſi quis conduxerit dicta mercimonia de partibus ſuperioribus, & tranſiverit per caput pontis directe per cannale ſanctæ Crucis verſus Seravallum, tunc ſolvat mudariis de capitepontis, & non alibi.

De datio Carnium ſalitarum, Caſei, Olei, Mellis, & Aſſungiæ.
Cap. LXXXVIII.

STatuimus, quod ſi quis conduxerit, vel conduci fecerit carnes ſalitas, caſeum, oleum, & mel, vel aſſungiam ad ſomam a dictis locis inferius, ſolvere teneatur conductoribus datii ferri ſol. quatuor pro centenario, & in ratione centenarii: ſi dicta res conduxerit extra diſtrictum Belluni; ſalvo, quod ſi dictæ res, vel mercimonia conducerentur per viam de Capitepontis directe tranſeundo per cannale ſanctæ Crucis verſus Seravallum: tunc teneatur ſolvere talis conducens mudario de capitepontis, & non alibi, ut ſupraſcriptum eſt, & intelligatur in hoc ſtatuto, in quinque ſtatutis proxime ſupraſcriptis, ponderaſſe in burgo Seravalli, vel inde tranſiviſſe directe ſi habuerit litteram officialis Seravalli, quod ibidem ponderaverit, aut inde tranſiverit, aut litteram D. Epiſcopi Cenetenſis, vel ejus officialium, quod ibi ponderaverit, aut inde tranſiverit directe veniendo verſus Seravallum.

Qualiter conducentes Victualia per viam de Sancto Boldo, ſolvere teneantur. **Cap. LXXXIX.**

STatuimus adjungendo dictis ſtatutis, quod ſi quis conduxerit, vel conduci fecerit aliqua mercimonia, vel victualia, de quibus ſolvitur datium ad Sanctum Boldum, tranſeundo per cannale ſancti Boldi, & veniendo in diſtrictum Belluni, & tranſeundo per quaſcumque vias, ſolvere teneatur mudario de Sancto Boldo, & non alibi; ſalvo ſi contingerit tranſire cum dictis mercimoniis per viam de agro, vel per viam de maedo, nihilominus teneatur ſolvere datiariis ferri.

Qualiter euntes per viam de Ruinis, ſolvere teneantur.
Cap. XC.

STatuimus, quod venientes, ſeu tranſeuntes per viam de Ruinis vel longeræ conducentes victualia aliqua, de quibus ſolvitur datium datiario ferri de maedo, vel agro, etiam ſi exoneraverint in Seravallo hujuſmodi mercimonia, & victualia conducentes tamen

eadem

eadem victualia infra quintam diem poſtquam ea portaverint in ſeravallum tranſeuntes cum eiſdem per maedum, ſolvere teneantur mudam de maedo, & etiam mudam de capitepontis, ut in ſtatuto de dicta muda continetur.

Qualiter portantes victualia ultra Fortognam, vel Zaudum, ſolvere debeant. Cap. XCI.

STatuimus, quod ſi quis conduxerit vinum, & cætera alia victualia, de quibus non erit ſoluta muda in capitepontis, ultra fortognam verſus longaronum, vel Zaudum, ſive ultra plavim, ſive citra plavim teneatur, & debeat denunciare datiariis ferri, vel ejus conductoribus de maedo quantitatem vini, & aliarum victualium, quod, vel quæ conduxerit, & quo conducere intendit, & cui vendiderit, & in quo loco voluerit exonerare; & hoc antequam tranſeat pontem maedi, vel ultra, ſeu ſupra maedum eundo per aliam viam, quam per viam rectam, vel domum de Cavacis eundo verſus furnum hæredum, quod ſecundum Alexandri de Ponte. Quod ſi non fecerit, & tranſiverit ultra dictos confines, ipſo jure ſtatim ſolvere teneatur datium de dictis rebus conductis per eum, ac ſi conduxiſſet extra diſtrictum Belluni in fraudem Datiariorum.

Qualiter Mercimonia non conſueta ſolvere, teneantur ſolvere datiariis ferri. Cap. XCII.

STatuimus, quod quilibet tam civis, quam forenſis conducens aliqua mercimonia, de quibus non eſt hucuſque conſuetum ſolvere datium in civitate Belluni per viam agri veniendo, ſeu redeundo, ſeu tranſeundo per Agurdum, vel ejus plebatum, ſive per Zaudum, & ejus plebatum, & per maedum, vel veniendo, vel redeundo, ſive tranſeundo undecumque per dicta loca, vel per quæcumque alia loca tranſeundo per diſtrictum extra diſtrictum Belluni directe, vel per obliquum, ſolvere teneatur pro qualibet ſoma, & in ratione ſomæ datiariis de maedo, vel agro groſſos quatuor Venetos. Intelligendo ſomam ponderis librarum ducentarum, & ſeptuaginta. Et hoc ſub pœna, & banno in ſtatutis communis Belluni ſuperioribus, ſive ſupraſcriptis, contenta: loquendo de aliis mercimoniis, de quibus non eſt ſolitum ſolvi datium ibidem; ſalvo, quod hoc non vendicet ſibi locum in conducentibus directe talia mercimonia per cannale ſanctæ Crucis, quia illud ſervatur ad mudam de Capitepontis, ut in penultimo ſtatuto dictæ mudæ continetur. Hoc ſalvo, quod conducentes ſcatolas, coſtas, cuſlerios,

 &ca-

Digitized by Google

& cazas, & quæcumque alia mercimonia laborata, & facta de lignamine, & lapide per diſtrictum Belluni extra diſtrictum, de talibus ſcatolis, coſtis, cuſleriis, & cazis, & quibuſcumque aliis mercimoniis laboratis, & factis de lignamine, & lapidibus non teneatur ſolvere aliquid datiario ferri, vel alicui alteri datiario, vel mudario.

Qualiter vendentes Victualia in plano, datium Ferri ſolvere non teneantur. Cap. XCIII.

STatuimus, quod quicumque conduxerit aliqua mercimonia victualium de partibus ſuperioribus, veniendo ad civitatem Belluni, & in plano dicti Epiſcopatus per viam agri, vel maedi, directe, vel per obliquum, & illa mercimonia vendiderit in civitate Belluni, vel diſtrictu de plano, quod nullum datium de dictis rebus, Datiariis ferri de maedo, & agro ſolvere teneatur; ſed ſi dicta mercimonia directe fuerint conducta, abſque alienatione, extra diſtrictum Belluni de plano: tunc de dictis mercimoniis ſolvatur datium dictis datiariis ferri, & nihilominus datium libretæ ſecundum formam ſtatutorum, & proviſionum communis Belluni; quod ſtatutum locum ſibi non vendicet in aliquibus beſtiis: quia de ipſis ſolvitur datium ſolummodo ad datiarios deputatos. Hoc etiam ſalvo, quod tranſeuntes directe per cannale ſanctæ Crucis, teneantur ſolvere datium, ſive mudam in capitepontis, juxta formam ſtatutorum dictæ mudæ, & non alibi teneantur ſolvere aliquod datium alicui alteri datiario.

Qualiter conducentes ſemen Lini extra diſtrictum Belluni ſolvere teneantur Datium Datiario ferri. Cap. XCIV.

STatuimus, quod conducentes ſemen lini extra diſtrictum Belluni, & de diſtrictu Belluni extra diſtrictum Belluni ſolvere teneantur conductoribus datii ferri ſol. duos parvorum pro ſoma, & in ratione ſomæ, eo modo, & forma ſicut ſolvitur de blado; ſub pœnis contentis in ſtatutis de datio ferri.

Qualiter conducentes Oleum, Mel, & Caſeum extra diſtrictum, ſolvere teneantur Datiario Ferri, & Libretæ. Cap. XCV.

STatuimus ſuper datio Libretæ, & datio Ferri, quod quæcumque perſona tam civis, quam forenſis, quæ conduxerit in diſtrictum Belluni oleum, mel, carnes, & caſeum, & ea conduxerit extra diſtrictum Belluni ſolvere teneatur mudam Datiario ferri, & Datia-

Datiario libretæ ſecundum formam dictorum ſtatutorum ; exceptis illis, qui conducunt per viam de Capitepontis, & cannale ſanctæ Crucis : qui ſolvere debeant ſolummodo mudam de Capitepontis.

Qualiter habentes furnos, teneantur eos in concio tenere. Cap. XCVI.

STatuimus, & ordinamus, quod omnes homines, & perſonæ habentes furnos ad faciendum ferrum in diſtrictum Belluni, vel habentes partem in dictis furnis a ferro diſtrictus Belluni, teneantur tenere dictos furnos in concio, & bene affilatos; ita quod tempore, quo ipſi domini furnorum prædictorum, vel ipſi habentes partem in dictis furnis, non laborent in dictis furnis, ſive non facerent ferrum; quilibet habitans in ipſo furno, vel regulatu dicti furni poſſit, & valeat, non obſtante contradictione dominorum dictorum furnorum, vel habentium partem in ipſis furnis laborare, & facere ferrum in ipſis furnis, dando, & præſtando dictis dominis furni, vel dictis habentibus partem in ipſis furnis, ſive furno habentibus ſuas horas tunc temporis pro qualibet hora, qua ipſi laborabunt, ſive facient fieri ferrum, unum centenarium ferri crudi ad ruble, ſub pœna librarum decem parvorum, & plus, & minus ad arbitrium D. Rectoris civitatis Belluni. Dummodo pœna non aſcendat duplum, inſpecta qualitate facti, & conditione perſonarum, & conditione temporis; & ſi furnum non fuerit aptatum; ita quod poſſit ibi fieri ferrum, quod poſſint laborare volentes, & ferrum facere ipſis, ad quos ſpectat furnum non aptantibus: aptare ipſum furnum expenſis illorum, quorum eſt furnum.

HÆC SUNT STATUTA UNIVERSALIA SUPER DATIO BESTIARUM CUJUSCUMQUE GENERIS.

De eo, quod ſolvere tenentur vendentes, vel aliter Alienantes in diſtrictu Belluni beſtias Bovinas. Cap. XCVII.

STatuimus, & ordinamus, quod quicumque vendiderit, vel permutaverit, vel aliquo quocumque modo vel titulo alienaverit in civitate Belluni vel diſtrictu beſtias bovinas, ſolvat pro qualibet beſtia bovina datiariis denar. duodecim pro qualibet libra denariorum.

Digitized by Google

Qualiter conducentes beſtias extra diſtrictum ſolvere teneantur.
Cap. XCVIII.

STatuimus, quod quicumque conduxerit beſtias bovinas extra diſtrictum Belluni ſolvat datiariis dicti datii ſol. duos parvorum pro qualibet libra in æſtimatione duorum bonorum virorum, arbitrio Judicis eligendorum pro datio, niſi dictas beſtias reconduxerit in diſtrictum Belluni infra unum menſem, poſtquam eas conduxerit extra diſtrictum Belluni.

Qualiter vendentes beſtias minutas in civitate Belluni & diſtrictu, ſolvere teneantur. Cap. XCIX.

STatuimus, quod quicumque vendiderit, vel permutaverit, vel alio quocumque modo vel titulo alienaverit in civitate Belluni vel diſtrictu beſtias minutas, ſcilicet, multonos, verveces, vel caſtratos, pecudes, agnos, capras, capretos, & hircos ſolvat datiariis pro datio den. duodecim parvorum pro ſingulo capite multonorum, vervecum, vel caſtratorum, pecudum, caprarum, & hircorum: & pro ſingulo capite capretorum & agnorum a lacte denarios octo parvorum.

Qualiter conducentes beſtias minutas extra diſtrictum, ſolvere teneantur.
Cap. C.

STatuimus, quod quicumque conduxerit extra diſtrictum Belluni beſtias minutas, ſcilicet, pecudes, multonos, caſtratos, agnos, capras, capretos, & hircos ſolvat datiariis pro qualibet beſtia minuta, ſcilicet, pro agno & capreto a lacte den. ſexdecim pro quolibet capite; & pro pecude, multono, caſtrato, hirco, & capra ſol. duos parvorum pro quolibet capite; & hoc locum habeat in ſupradictis beſtiis, quæ fuerint diſtrictualium Belluni vel forenſium: quæ beſtiæ ſteterint per dies quinque in diſtrictu Belluni, & extra diſtrictum fuerint conductæ: Hoc addito, quod pro neceſſitate carnium urgente, ſeu imminente poſſit inhiberi, ne carnes caprinæ, vel vitulinæ a lacte extra ducantur de diſtrictu; & quod de hoc datiarii nullum poſſint petere damnum vel emendam: nec quærimoniam exponere aliqualem.

Qua-

Qualiter vendentes beſtias alicui Forenſi , vel non ſubjecto Temporali Juriſdictioni Datium ſolvere teneantur. Cap, CI.

STatuimus , quod quicumque vendiderit , vel alio modo alienaverit beſtias aliquas conducendas extra diſtrictum Belluni alicui forenſi , vel non ſubjecto temporali juriſdictioni communis Belluni teneatur , & debeat in ſe retinere datium : & illud datium ſolvere conductoribus datii : alioquin de ſuo ſolvere teneatur , quemadmodum ipſe extra diſtrictum Belluni beſtias conduxiſſet.

Quod ſolvi debeat per Equis, mulis , aſinis , & hujuſmodi , Sella & Freno non computatis. Cap. CII.

STatuimus , quod quilibet venditor pro qualibet equa , mulo , mula, ſeu muletto, aſino, aſina, & eorum pullo ſolvere debeat datiariis dicti datii den. duodecim pro libra den. Pro equo autem , & pulerio a prætio ducatorum decem infra ſol. decem pro ſingulo capite ; A prætio ducatorum decem ſupra , ſoldum unum pro libra denariorum ; & quod ſi aliquis venditor non poſſit dicere, vel excipere, quod aliquid ſibi detrahatur pro ſella & freno, & aliis ornamentis equorum venditorum : quia ſemper intelligatur eſſe vendita ſella & frenum , & talia ornamenta ſimul cum equis , vel equabus, vel ſimilibus beſtiis.

Qualiter conducentes Equos extra diſtrictum, ſolvere teneantur. Cap. CIII.

STatuimus, quod ſi contingerit aliquem conducere velle aliquem equum, equam, mulum, mulam, mulatum , mulatam , ſeu eorum pullos : quem , vel quas emiſſet in diſtrictu Belluni extra diſtrictum Belluni cauſſa vendendi, donandi , vel alio modo tenendi, ſolvat datiariis communis Belluni ſol. duos pro libra den.

Qualiter conducentes animalia extra diſtrictum ſolvere teneantur , niſi ea reconduxerint infra menſem. Cap. CIV.

STatuimus , quod ſi contingerit aliquem velle conducere extra diſtrictum Belluni aliquem aſinum, vel aſinam, ſeu eorum pullum, quem, vel quam emiſſet in diſtrictu Belluni cauſſa vendendi, donandi , vel alio modo tenendi ſolvat ſol. duos parvorum pro libra den. pro quolibet ; & omnia ſupradicta locum habeant & vendicent ſibi locum in quolibet , qui aliquam ex prædictis beſtiis com-

comprehenſis in præſenti ſtatuto, & proxime præcedenti conduxerit extra diſtrictum Belluni cauſſa vendendi, donandi, vel alio modo tenendi, ſi eas vendiderit, donaverit, vel alio modo tenuerit, & eas non reduxerit in civitate Belluni vel diſtrictu infra unum menſem poſtquam ipſe redierit ad civitatem Belluni vel ad ipſius diſtrictum; & hoc etiam vendicet ſibi locum ſive emerit in civitate Belluni & diſtrictu, ſive non: ſalvo, quod hoc non habeat locum in aliquo viatore forenſi, & diſtrictuali, & in abſentibus juſta cauſſa, qui vadant, & redeant ſine fraude.

Qualiter vendentes Porcos, datium beſtiarum ſolvere teneantur.
Cap. CV.

STatuimus, & ordinamus, quod quilibet venditor porcorum, ſeu porcarum ſolvat, & ſolvere debeat pro datio datiariis dicti datii pro quolibet porco, vel porca den. duodecim pro libra denariarum: & in ratione libræ.

Qualiter conducentes Porcos extra diſtrictum ſolvere teneantur.
Cap. CVI.

STatuimus, quod quicumque conduxerit aliquem porcum, vel porcam, vel ejus fœtus extra diſtrictum Belluni, vel per ipſum diſtrictum cauſſa vendendi, vel alio modo alienandi, ſolvere debeat datium datiariis communis Belluni pro quolibet porco vel porca ſoldos duos parvorum pro unoquoque pro libra denariorum, & in ratione libræ: ſalvo, quod ſi aliquis prædicta animalia reduxerit in diſtrictum Belluni, & ea vendiderit, dictum datium ſolvere non teneatur: ſed ſolummodo datium venditionis; & ſi ad domum ſuam reduxerit infra quinque dies, ſimiliter datium aliquod ſolvere non teneatur.

Qualiter conducentes animalia ſupradicta in ſocedam, ſolvere non teneantur; ſed ſi permutaverint, ſolvere teneantur.
Cap. CVII.

STatuimus, & ordinamus, quod omnia & ſingula ſtatuta, & capitula ſupradicta vendicent ſibi locum tam in venditionibus dictarum beſtiarum, quam in cambiis, ſeu permutationibus ipſarum rerum. Dum tamen ſi quæ beſtiæ darentur in ſocedam, ſeu ad medietatem in diſtrictu Belluni nullum ex ipſis, ſeu ex dicta cauſſa datium ſolvere debeant dantes, ſeu recipientes dictas beſtias ad ſocedam, vel ad medietatem: Hoc addito, quod ſi quis dederit aliqua

qua animalia in ſocedam, ſive ad medietatem: & tempore diviſionis una pars dederit alteri aliquam additionem in pecuniam, quod de tali additione teneatur ſolvere datium datiario beſtiarum.

Qualiter donantes, vel ſolventes pro affictu, vel decimis dictas beſtias, ſolvere non teneantur. Cap. CVIII.

STatuimus, quod ſi quis donaverit, vel pro affictu, decimis, vel livello dederit civibus, vel diſtrictualibus Belluni agnos, capretos, vitulos, manzos, caſtratos, ſive multonos, nil ſolvere teneatur: dum tamen dicta dona non tranſeant ultra unum caput: ſacramento tamen donantis, & recipientis, ſi placuerit datiariis.

De pœna impoſita non denuntiantibus datia beſtiarum datiariis dicti Datii. Cap. CIX.

STatuimus, quod quilibet homo, qui deberet ſolvere datium de ſupradictis beſtiis, per eum alienatis dictis datiariis dictarum beſtiarum, ſi alienatio facta fuerit in civitate Belluni & burgis, teneatur talis alienans denuntiare, vel denuntiari facere ipſis datiariis ipſa die, qua alienatio facta fuerit, vel ſequenti. Si autem venditio facta fuerit in villis de plano ab Agro, & Maedo inferius teneatur denuntiare infra octo dies poſt factam dictam alienationem dictis datiariis beſtiarum; & ſi facta fuerit a Maedo, vel ab Agro ſuperius teneatur denuntiare dictis datiariis, vel eorum nuntiis infra decem dies; & ſi non denuntiaverit, ut dictum eſt, tunc condemnetur in ſol. ſexaginta parvorum pro qualibet vice: & ad ſolvendum datium duplum ipſis datiariis. Cujus condemnationis medietas ſit communis, & alia datiariorum: ſalvo, quod de beſtiis minutis condemnetur in ſol. viginti, de quibus ſolvitur datium, videlicet duodecim den. pro quolibet capite.

Infra quantum tempus, quis Datium beſtiarum ſolvere teneatur: & de pœna impoſita infra illud, non ſolventi. Cap. CX.

STatuimus, quod quælibet perſona, quæ debuerit ſolvere datium aliquod datiariis beſtiarum communis Belluni infra quintam diem poſt denuntiationem factam, teneatur ſolvere datium ſuum ipſis datiariis; & ſi fuerit de villis de plano infra octo dies ſubſequentes denuntiationem, teneatur ſolviſſe ſuum datium dictis datiariis; & ſi fuerit de Montaneis ab Agro, & Maedo ſuperius: tunc teneatur ſolvere ſuum datium infra quindecim dies poſtquam fecerit datium;

& ſi

Digitized by Google

& ſi forenſis, ſtatim facto datio ſub pœna librarum trium parvorum; & de civitate & burgis & villis de plano, & de montaneis pœna ſol. viginti parvorum pro ſingula vice. Cujus banni medietas ſit datiariorum; & de dicta pœna intelligatur in omnibus aliis datiis communis Belluni, in quibus non foret appoſita pœna.

Qualiter conducentes beſtias in herbam, vel ad Fœnum, Datiariis denuntiare teneantur. Cap. CXI.

STatuimus, quod quicumque conduxerit de alieno diſtrictu aliquas beſtias cujuſcumque maneriei ad paſcendum in herbam, vel ad fœnum in diſtrictu Belluni teneatur ipſis datiariis beſtiarum communis Belluni, & numerum ipſarum denuntiare infra quintam diem, poſtquam intraverint in diſtrictum Belluni. Quod ſi non fecerit, teneatur, & compellatur per Rectores civitatis Belluni ſolvere datium dictis datiariis de dictis beſtiis, quandocumque eas duxerit extra diſtrictum Belluni; & quod teneatur tempore quo receſſerit cum dictis beſtiis habere litteras, ſeu bulletam, aut licentiam a dictis datiariis gratis, abſque ſolutione aliqua. Qui datiarii ſtatim cum ab eis petunt bulletam, teneantur ipſam facere, & ipſos expedire; Quod ſi non facerent, poſſint tales conducentes libere recedere abſque licentia & ſolutione dicti datii, probando de dicta requiſitione per unum bonum teſtem diſtrictualem Belluni: ſalvo, quod hoc ſtatutum non vendicet ſibi locum in conducentibus beſtias aliquas in diſtrictum Belluni occaſione guerræ, vel alterius novitatis. Sed tunc ſervetur forma ſtatuti de hoc diſponentis.

Qualiter conducentes beſtias de alieno diſtrictu in herbam in diſtrictum Belluni eas debeant reconduxiſſe: & infra quantum tempus. Cap. CXII.

STatuimus, quod ſi quis conduxerit beſtias de ſubmontibus, vel de alieno diſtrictu ad civitatem Belluni vel diſtrictum ad paſcendum in herbam, vel ad fœnum, ipſas poſſit reconducere ſine aliquo datio ſolvendo. Dummodo ultra numerum non conducat; & ſi ultra numerum prædictum conduceret: quod tunc ſolvat datiariis beſtiarum de illis, quas conduxerit ultra primum numerum; & ſi talis conducens beſtias per diſtrictum Belluni iverit ad paſcendum in alienum territorium vel comitatum non ſuppoſitum juriſdictioni civitatis Belluni & diſtrictus, cum tranſit & vadit cum dictis beſtiis in alienum diſtrictum antequam recedant de diſtrictu Belluni, teneatur ſolvere datium datiario beſtiarum, & ipſas beſtias denuntiare, & demonſtrare datiariis prædictis, ut eas numerent antequam exeant diſtrictum

Bellu-

Belluni : & poſtea in reverſione nulli datiario ſolvere teneatur, per quemcumque locum conducat : dummodo ultra primum numerum non conducat, ſive ſint eædem, ſive non : Et ſi ultra numerum primum conduceret : quod tunc ſolvat datium de illis, quas conduxerit ultra primum numerum ; & hoc ſub pœna & banno ſolvendi datium duplum ipſis datiariis ; & conducens dictas beſtias ad paſcendum in herbam in diſtrictum Belluni eas debeat reconduxiſſe, uſque ad exitum menſis Auguſti extra diſtrictum : alioquin ab inde in antea datium ſolvere teneatur. Et prædicta duo ſtatuta non vendicent ſibi locum in conducentibus equos vel equas, mulos vel mulas de partibus ſuperioribus in diſtrictum Belluni ad herbam, vel ad fœnum : ſalvo, quod ſi dimitterent lanam in diſtrictu Belluni poſſint ſtare per decem dies menſis Septembris.

De Montigantibus in Monte Buſcadæ, & ſancti Boldi. Cap. CXIII.

STatuimus, quod forenſes venientes ad montigandum : qui vadunt per diſtrictum Belluni, & vadunt ad montigandum in monte buſcadæ cum ſuis beſtiis : qui mons eſt Epiſcopatus Belluni, ſubjaceant illis modis & conditionibus, quibus ſubjacent forenſes, venientes ad montigandum cum ſuis beſtiis in aliis montibus diſtrictus Belluni. Et idem intelligatur de montigantibus & paſcentibus in montibus ſuis propriis de ſancto Boldo ; & etiam habeant hæc locum in montibus ſitis intra ſanctam Crucem, & ſanctum Boldum, & in montibus Campſilii, & val meleræ. Adjicientes inſuper, quod omnes diſtrictuales Belluni euntes ad montigandum in montibus diſtrictus Rochæ pectoris, perinde habeantur ac ſi montigarent in diſtrictu civitatis Belluni, obſervando modos, & conditiones prædictas.

De pœna impoſita Beccariis non denuntiantibus beſtias, cum fuerint requiſiti. Cap. CXIV.

STatuimus, quod ſi aliquis beccarius, vel aliqua alia perſona cauſa vendendi ad libram, emerit aliquam beſtiam a carnibus ab aliqua perſona teneatur & debeat omni vice, qua requiſitus fuerit a datiariis beſtiarum, denuntiare illas beſtias, quas emerit, & a quibus perſonis : & pro quanto prætio. Quod ſi manifeſtare recuſaverit, vel non recte manifeſtaverit ; tunc de talibus beſtiis per eum emptis, ſolvat communi Belluni pro qualibet vice ſol. viginti parvorum : & duplum datium ipſi datiario ſolvere teneatur ; & de prædicta requiſitione credatur Datiario cum uno bono teſte.

Digitized by Google

Qualiter quis pro Porco granelofo Datium ſolvere non teneatur.
Cap. CXV.

STatuimus, quod ſi contingerit aliquam perſonam vendere porcum vel porcam alicui perſonæ: qui, vel quæ poſtea mortuus vel mortua reperiretur granelofus, vel granelofa, vel habere aliquam ſimilem infirmitatem, quod talis vendens teneatur recipere retro ab emptore ipſum porcum vel porcam, ſic vitioſum vel morboſum: & prætium reſtituere emptori. Quod ſi datium aliquod ſolviſſet datiario beſtiarum, teneatur dictus datiarius denarios habitos ex tali porco vel porca ſtatim reſtituere integraliter ipſi venditori. Etiam ſi vendens diceret, vendo tibi cum omnibus vitiis apparentibus, & non apparentibus.

Qualiter ſolvatur Datium de beſtia partim viva, & partim mortua.
Cap. CXVI.

STatuimus, quod ſi contingerit aliquam perſonam vendere, vel alienare aliquam partem de dictis beſtiis a carnibus alicui perſonæ, ipſis exiſtentibus vivis: tunc teneatur ſolvere datium datiario beſtiarum pro ea parte, qua vendiderit, vel alienaverit, & nihilominus datium libretæ pro ea parte datiario libretæ communis Belluni ſub pœna & banno ſolvendi datium duplum datiariis prædictis.

Qualiter de beſtiis datis in ſocedam, ſeu ad medietatem extra diſtrictum, quis Datium ſolvere teneatur. Cap. CXVII.

STatuimus, quod ſi caſus acciderit, quod aliqua perſona dederit, ſeu locaverit in ſocedam, ſeu ad medietatem, quocumque modo aliquas beſtias cujuſcumque conditionis alicui perſonæ extra diſtrictum Belluni teneatur & debeat ſolvere datium conductionis de diſtrictu extra diſtrictum Belluni, & aliud datium ſolvere non teneatur. Non obſtantibus aliquibus aliis ſtatutis; & reformationibus loquentibus in contrarium.

Qualiter duplici pœna puniantur vendentes beſtias fraudulenter, & diſſimulate. Cap. CXVIII.

STatuimus ad quorumdam malitiam evitandam, vel evincendam, quod quotieſcumque aliqua perſona vendiderit carnes cujuſcumque conditionis exiſtant ad groſſum, ſive in numero, prima facie, & prin-

& principaliter, & ſecundario dictas carnes vendiderit ad minutum, ut puta ſi vendidit quidam beccarius centum caſtratos ad duodecim den. pro libra, vel plus, vel minus; quod talis vendens teneatur pro tali fraude præſumpta ſolvere datium duplum, ſcilicet, beſtiarum, & libretæ.

Qualiter conducentes beſtias de partibus Alemaniæ, & eas vendiderint in diſtrictum Belluni ad datium ſolvendum non teneantur. Cap. CXIX.

STatuimus, quod quicumque mercator, & quælibet alia perſona, qui, & quæ ad civitatem Belluni, vel diſtrictum conduxerit ad vendendum infraſcriptas beſtias, quæ ſint de partibus Alemaniæ, videlicet, muſtonos, caſtratos, pecudes, capras, hircos, boves, vaccas, manzos, manzas, vitulos, & porcos magnos ad interficiendum, & quod dicitur ad interficiendum, referatur ſolummodo ad porcos, & non ad alia animalia, & intelligantur porci magni ad interficiendum, qui erunt communi æſtimatione ponderis librarum ſeptuaginta, & ultra, poſſit dictas beſtias impune vendere abſque ſolutione alicujus datii communis Belluni de dictis beſtiis venditis, & quod ad ſolutionem datii dictarum beſtiarum venditarum nullatenus teneatur. Dum tamen dictas beſtias vendiderit a Ruio ſicco citra, & a Ruio molendini de Raimundo citra, & a Creſali citra, & a flumine cigognæ citra verſus civitatem Belluni, & eas vendiderit infra unum menſem a die, qua conducta erunt in diſtrictum Belluni, & denuntiaverit dictis datiariis beſtiarum infra quinque dies poſtquam venerit in plano civitatis Belluni, & conduxerit cauſſa vendendi, & intelligantur beſtiæ de partibus Alemaniæ illæ, quæ conducuntur ab hoſpitali Cadubrii ſupra, & caprilo, & falcadis ſupra; ſalvo, quod ſi talis conducens dictas beſtias antequam venderet, vellet eas conducere extra diſtrictum Belluni, tunc teneatur ſolvere ſecundum formam ſtatuti, poſiti ſub Rubrica de capitepontis, in ſtatuto, quod incipit: Statuimus, quod quicumque conduxerit beſtias de alieno, &c. Et ſi talis conducens dictas beſtias in diſtrictum Belluni eas venderet ad becchariam, non teneatur ſolvere datium beſtiarum, ſed ſolummodo datium libretæ. Eo etiam ſalvo, quod ſi talis conducens dictas beſtias ad vendendum ipſas, vendiderit alicui volenti eas conducere extra diſtrictum Belluni: talis vendens teneatur ſolvere datium beſtiarum ſecundum formam ſtatuti mudæ de capitepontis: de quo in præſenti ſtatuto ſit mentio.

Qualiter conducentes beſtias de partibus Alemaniæ poſſint paſculare in paſcuis Regularum. Cap. CXX.

STatuimus, quod conducentes dictas beſtias ad vendendum ad diſtrictum Belluni, poſſint paſculare in paſcuis cujuslibet regulæ civitatis Belluni impune abſque contradictione alicujus Marici, vel Saltarii: dummodo in unaquaque regula non ſtent, ultra dies tres.

Qualiter Officiales, Medici, & Forenſes ſalariati, datium equorum ſolvere non teneantur. Cap. CXXI.

STatuimus, quod ſi Rectores, ſeu Officiales communis Belluni, forenſes, & medici ſalariati forenſes, & ſtipendiarii, equites, & alii familiares forenſes, qui veniunt ad ſerviendum præfato Dominio noſtro, vel aliquibus aliis civibus de equis conductis per eos de alieno diſtrictu, quando veniunt ad civitatem Belluni, non teneantur ſolvere datium aliquod tempore, quo recedent, ſi dictos equos vellent ſecum conducere extra diſtrictum.

Qualiter pro beſtiis munitionum, datium non ſolvitur. Cap. CXXII.

HAc nova lege ſancimus, quod ſi præfata Illuſtriſſima Dominatio noſtra conduci faceret per aliquem ſuum officialem, vel alium quemcumque ejus nomine conducentem per diſtrictum, extra diſtrictum, & de diſtrictu communis Belluni beſtias, ſeu animalia cujuſvis generis, & alia res qualeſcumque maxime ad caſtra Feltri, Zumellarum, Fortilitiam, caſamatam, & Rocham de pectore pro munitione eorum, vel alia ratione, vel cauſſa, non teneantur ſolvere aliquod datium, vel mudam datiariis, & mudariis communis Belluni: dummodo conſtet prius per litteras præfati dominii. Alias quilibet etiam officialis teneatur ad ſolutionem; ita tamen, quod ipſe conducens aliquid de prædictis, vel prædicta teneatur præſtare bonam ſecuritatem, & idoneam de ſolvendo libras quinquaginta parvorum, & datium duplum antequam res prædictas, vel aliquam prædictarum extra dictum diſtrictum conducat, ubi appareat eumdem conducentem eas res, vel aliquam earum non conducere nomine præfati Dominii noſtri, vel ob munitionem dictorum caſtrorum, vel fortilitiarum.

Qua-

Qualiter interficientes beſtias ad Beccchariam, & vendentes ipſas ad libram, datium beſtiarum ſolvere non teneantur.
Cap. CXXIII.

STatuimus, quod quicumque interfecerit, vel interficere fecerit ad beccchariam aliquam beſtiam a carnibus: & carnes ipſarum beſtiarum vendiderit ad libram non teneatur ſolvere datium beſtiarum de dicta tali beſtia ſic vendita: ſed ſolummodo datium librettæ, & quod ſtatutum poſitum in datio beſtiarum ſub Rubrica qualiter omnes interficientes beſtias ad beccchariam ſolvere teneantur datiariis beſtiarum. Exceptis beccchariis conſuetis in hac parte ſit ſuſpenſum: dum tamen ipſas beſtias interfecerit, & vendiderit publice ad beccchariam in platea, & ſi aliter quam in prædictis locis interfecerit, & vendiderit, ſolvere teneatur datium datiario beſtiarum, & ſi fuerit dubium utrum dicta beſtia fuerit vendita, vel alienata beccchariis, vel interficienti per aliquam perſonam ad inquirendum veritatem ad inſtantiam datiarii, cogatur uterque ſubire ſacramentum: & per ſacramentum dicere veritatem.

Quod conducentes beſtias de Feltro, & de Submontibus datium beſtiarum tantum ſolvere teneantur. Cap. CXXIV.

STatuimus ad declarationem ſtatutorum mudæ de capitepontis, quod conducentes beſtias de Epiſcopatu Feltri, vel de ſubmontibus, & intelligatur venire de ſubmontibus, venientes etiam per Campſilium, & Val maleram, tranſeuntes per diſtrictum Belluni euntes extra diſtrictum ſolvere teneantur datium datiario beſtiarum juxta formam ſtatutorum poſitorum in dicto datio, & non alibi aliud datium ſolvere teneantur; ſalvo, quod reconducentes nihil ſolvere teneantur.

De pœna impoſita non denuntiantibus Datiariis beſtias conductas, in Herbam, vel ad Fœnum in Diſtrictum Belluni.
Cap. CXXV.

STatuimus, quod ſi quo caſu contingerit propter guerram, vel ob timorem alterius novitatis aliquem forenſem conducere beſtias in diſtrictum Belluni, quod eas libere poſſit tenere tam ad herbam, quam ad fœnum uſque ad quatuor menſes, a die qua conductæ fuerint in Epiſcopatu Belluni, & eas infra dictum tempus reconducere abſque ſolutione alicujus datii: dum tamen tales conducentes debeant denuntiare datiariis beſtiarum infra quindecim
dies

Digitized by Google

dies poſtquam intraverint diſtrictum Belluni, & beſtias, & numerum ipſarum, & de die, qua conduxerint, vel conductæ fuerint in diſtrictum Belluni, ſtetur ſacramento denuntiantis, & ſi non denuntiaverint datium dictarum beſtiarum datiariis communis Belluni deputatis quandocumque reconducuntur ſolvere teneantur; & prædicta denuntiatio fieri poſſit tam per ipſum conducentem, quam per dominum ipſarum, & etiam per quemcumque alium ipſorum nomine, & teneantur qui non denunciaverint infra tempus prædictum præſtare fidejuſſionem ad petitionem datiarii de ſolvendo datium tempore reconductionis dictarum beſtiarum. Facta autem dicta denuntiatione infra dictum tempus quindecim dierum, ut dictum eſt, ſi conducens dictas beſtias, vel conduci faciens ipſas beſtias retinuerit ultra dictum tempus quatuor menſium; tunc quandocumque reconducere voluerit, teneatur ſolvere datium datiariis beſtiarum deputatis, non obſtante dicta denuntiatione.

HÆC SUNT STATUTA GENERALIA SUPER MUDA DE CAPITE PONTIS.

Qualiter ſolvatur Muda de Capite pontis; & de quibus rebus non ſolvatur ad præſens pro parte. Cap. CXXVI.

STatuimus, quod quælibet perſona tam civis, quam forenſis tranſiens cum mercantiis per cannale de Capitepontis, quæ conduxerit merces in equis, equabus, mulis, mulabus, aſinis, aſinabus, vel in aliquibus aliis beſtiis, & in plauſtris, vel carettis ſolvere teneatur mudario de Capite pontis ibi aſtanti pro communi Belluni pro qualibet ſoma, & in ratione ſomæ ſol. quindecim parvorum; ſalvo, quod pro ſoma mandolarum, comini integri, ſavomi, pellium, coraminis, ficuum, luminis de roza, vitrium, riſorum, olei, mellis, liquiritiæ, plumbi, ſtagni, rami, largati, & picis, & in ratione ſomæ ſolvere teneatur ſol. decem parvorum ipſi datiario; ſalvo, quod ferrum conductum per cannale de Capitepontis, nihil mudario, ſed ſolum datiariis ferri ſolvere teneatur.

De eo, quod pro Caſeo, & Carnibus conductis per dictum locum conducens ſolvere teneatur. Cap. CXXVII.

STatuimus, quod ſi contigerit, quod de partibus ſuperioribus, & intelligantur de partibus ſuperioribus a gardona ſupra, & de cimoleſo, & herto conducerentur carnes mortuæ, vel caſeus per viam de capite pontis per cannale ſanctæ Crucis, vel per Alpagum directe, talis conducens de dictis carnibus, & caſeo pro ſingulo cen-

centenario, & in ratione centenarii teneatur ſolvere ipſi datiario ibi aſtanti pro communi Belluni ſol. quatuor parvorum, & aliud, & alibi ſolvere non teneatur: dum tamen ſit conductum per homines de Seravallo, vel de cadubrio ad uſum illorum de Seravallo. Omnes alii, qui conduxerint ſupradictas res ſolvere teneantur duos denarios pro libra carnium, & caſei.

Qualiter tranſeuntes cum beſtiis etiam non oneratis ſolvere teneantur. Cap. CXXVIII.

STatuimus, quod ſi quis theutonicus conduxerit aliquas beſtias ad ſomam ponderatas, vel non ponderatas aliquibus mercimoniis, victualium, vel non victualium per burgum de capite pontis, vel per regulatum de polpeto, ſeu ſortognæ undecumque veniat, teneatur ſolvere datiario de capite pontis ibi aſtanti pro communi denarios duodecim pro qualibet beſtia ponderata, vel non ponderata; ſalvo, quod ſi de mercimoniis quæ portantur per ipſas beſtias, ſolvitur muda ipſi datiario: tunc pro dicta tali beſtia ponderata nullum datium ſolvatur, vel muda ipſi datiario, & idem intelligatur de equis trahentibus carettas.

Qualiter tranſeuntes, & ſolventes mudariis mudæ magnæ, ſolvere non tenentur Mudario mudæ parvæ. Cap. CXXIX.

STatuimus, quod ſi quis conduxerit equos, vel equas, mulos, vel mulas ponderatos mercimoniis, de quibus debeat, ſeu teneatur ſolvere mudam mudario, mudæ magnæ, non teneatur aliquod ſolvere mudario mudæ parvæ de capite pontis, pro dictis equis, vel mulis ſic ponderatis, & hoc locum habet, donec muda magna per mudarium exigetur, & idem intelligatur de equis trahentibus carettas.

De eo, & pro eo, quod ſolvere debent tranſeuntes per burgum de Capitepontis. Cap. CXXX.

STatuimus, quod quilibet homo, ſeu perſona tranſiens per dictum cannale, qui, vel conduxerit mercationes in equis equabus, mulis, mulabus, aſinis, aſinabus, vel in aliquibus aliis beſtiis, plauſtris, vel carettis ſolvere teneatur pro qualibet ſoma, & in ratione ſomæ ſol. quindecim parvorum: ſalvo, quod pro ſoma ferri laborati tantum; & intelligatur ferrum laboratum, prout in fine primi ſtatuti de datio ferri continetur. Mandolarum comini integri, ſavoni, pellium, coraminis, ficuum, luminis de roza, vitrium, riſorum,

ſorum, olei, mellis, liquiritiæ, plumbi, ſtagni, rami, largati, rubagarum, & picis: & in ratione ſomæ ſolvere teneantur ſol. decem parvorum: ſalvo, quod ſi caſeus, vel carnes mortuæ conducerentur per viam de Capitepontis per cannale ſanctæ Crucis, conducens ſolvat duos denarios pro libra caſei, & carnium datiario de Capitepontis: & alibi ſolvere non teneatur: Exceptis illis de Seravallo, & de Cadubrio, qui ſolvere teneantur ſecundum formam ſtatutorum ſupraſcriptorum ſub Rubrica, quod pro caſeo, & carnibus conductis.

De Sale, Saleta, Vino, Blado, & Pane ſolvatur datium mudæ magnæ. Cap. CXXXI.

STatuimus, & ordinamus, quod quilibet conducens ſaletam de Alemania ab hoſpitalibus, Cadubrii, vel Zaudi, vel ab Agro ſuperius in diſtrictum Belluni quam poſtea conducat extra diſtrictum Belluni ſolvat, & ſolvere teneatur datium mudæ magnæ de Capitepontis in ratione ſol. trium parvorum in ratione ſomæ; & nihilominus datium ferri per quemcumque locum conducatur extra diſtrictum Belluni. De ſale vero, & ſaleta, qui conducerentur recte de Seravallo per cannale ſanctæ Crucis, & de Capitepontis extra diſtrictum Belluni ſolvatur datium mudæ magnæ tantum; Et de ſale, vel ſaleta conductis in diſtrictum Belluni per quemcumque alium locum, & exeuntibus extra diſtrictum ſolvatur, & ſolvi debeat datium datiario ferri tantum. Pro vino vero, blado, vel pane conducto per dictum cannale de Capitepontis, ſolvatur datium mudæ magnæ de Capitepontis ſol. tres parvorum pro qualibet ſoma, & in ratione ſomæ; & intelligatur tranſire etiam ponderans in Capitepontis, qui datium ſolvere teneatur.

Qualiter conducentes Carettas non ponderatas, ſolvere teneantur. Cap. CXXXII.

STatuimus, quod quilibet conducens carettam theutonicam non ponderatam tranſiens per dictum cannale teneatur ſolvere den. duodecim parvorum; & ſi fuerit ponderata vino, vel blado, ſale vel pane, vel aliis victualibus teneatur ſolvere ſol. quinqne parvorum pro ſingula caretta, & qualibet vice; & pro plauſtro ſol. duodecim parvorum.

Qua-

Qualiter Forenſes tranſeuntes cum beſtiis vacuis ſolvere teneantur. Cap. CXXXIII.

STatuimus, quod quælibet perſona forenſis conducens mulos vel mulas, equos vel equas non ponderatos per dictum cannale teneatur ſolvere denarios duodecim pro quolibet, & qualibet vice; pro aſino & aſina vacuis denarios ſex parvorum pro quolibet, & qualibet vice; exceptis perſonis ſubjacentibus juriſdictioni Venetiarum, Cadubrii, & Feltri: & venientes, & tranſeuntes per viam de Campſilio de Alpago.

Qualiter venientes per flumen Plavis, ſolvere teneantur. Cap. CXXXIV.

STatuimus, quod quælibet perſona, quæ conduxerit per flumen Plavis aliquid ex prædictis mercimoniis teneatur, & debeat ſolvere pro qualibet ſoma, & in ratione ſomæ, modo, forma, & bannis ſuperius nominatis: ſalvo, quod de caſeo, carnibus, & blado non teneatur ſolvere datiariis de Capitepontis, veniendo verſus Bellunum, ſive per terram, ſive per aquam.

Qualiter conducentes ferrum per flumen Plavis, ſolvere teneantur. Cap. CXXXV.

STatuimus, quod quælibet perſona conducens ferrum de Cadubrio, vel de alio loco per Cadubrium per aquam Plavis teneatur ſolvere datium ad Maedum, & non alibi; & conducens largatum vel picem quæcumque perſona ſit per dictam aquam cauſſa eundi extra diſtrictum Belluni teneatur ſolvere mudam in Capitepontis, & non alibi.

Qualiter portantes pelles per viam de Capitepontis, mudam ſolvere teneantur. Cap. CXXXVI.

STatuimus, quod quilibet homo vel perſona conducens de alieno diſtrictu, vel portans pelles multoninas, agnellinas, caprinas, hircinas, hædinas, camorcinas, lupinas, urſinas: & ſimiles vitulinas, bovinas, vacinas: & quaſcumque alias pelles per dictum cannale de Seravallo per viam de Capitepontis, vel ejus confines, & tranſeundo ultra confines mudæ Capitepontis, & venientes etiam per cannale de longarono & fortogna: & tranſeundo per ultra burgum Capitepontis verſus cannale ſanctæ Crucis, Seravallum, ſolve-

re teneatur, & debeat mudariis de Capitepontis ſtantibus ibidem per commune Belluni mudam ſive datium de hujuſmodi pellibus hoc modo, videlicet: pro ſingula pelle agni, & multoni denar. unum: pro qualibet pelle bovina & vaccina den. duodecim; & pro qualibet pelle caprarum, luporum, & camorciarum denarios quatuor parvorum: pro qualibet pelle urſi, vulpis, & ſimilium denar. ſex; Item pro ſingula pelle vituli den. unum: & ſic de ſimilibus: ſalvo ſi dictæ pelles eſſent in tanta quantitate, quod eſſent ſoma, & in ratione ſomæ, quod tunc teneatur ſolvere ſol. decem parvorum pro ſoma, & in ratione ſomæ; & in ſupradictis omnibus caſibus contentis in ſupradictis ſtatutis quilibet conducens teneatur habere bulletam de ſuis mercimoniis, quæ conducit modo & forma ſuprascriptis: & eas præſentare Capitaneo, ſeu aliis perſonis, quibus ordinabunt ipſi Mudarii, ſtantibus pro eis ad loca deputata per dictum commune; & quicumque contrafecerit in quocumque caſu ſupradicto, contento in ſupradictis ſtatutis, perdat mercimonia: & condemnetur in ſol. centum parvorum; quorum omnium medietas ſit communis: & alia mudarii accuſantis.

Qualiter portantes per dictam viam Pannum de griſo, vel de Lino, ſolvere teneantur. Cap. CXXXVII.

STatuimus, quod quilibet homo, ſeu perſona portans pannum de lino, vel de griſo, vel alterius maneriei, vel lanam, vel filatum, vel ſimilia mercimonia ad dorſum per viam de Capitepontis veniendo per cannale ſanctæ Crucis, & eundo verſus Cadubrium vel hertum: vel veniendo de partibus ſupradictis de extra diſtrictu Belluni, & tranſeundo per diſtrictum Belluni extra diſtrictum Belluni directe verſus Seravallum, ſolvere teneatur & debeat mudario de Capitepontis datium prædictorum mercimoniorum ad ſomam, & in ratione ſomæ, prout faciunt de aliis mercimoniis, quæ exinde tranſeunt: de quibus ſolitum eſt ſolvi mudam in Capitepontis: ſalvo, quod portantes victualia ad dorſum per dictam ſtratam, ſive eundo ſive redeundo, nullum datium ſolvere teneantur; & ſolventes mudam in Capitepontis de dictis mercimoniis, alibi ſolvere non teneantur.

Qualiter vinum navigatum veniens de Venetiis, ſolvere tenetur Mudam in Capitepontis, & non alibi. Cap. CXXXVIII.

STatuimus, quod quælibet perſona forenſis, quæ conduxerit vinum navigatum, oleum, vel mel de civitate Venetiarum, veniendo de Feltro, & tranſeundo per diſtrictum Belluni eundo in Alema-

Alemaniam, ſolvere teneatur mudam mudario mudæ magnæ de capitepontis dictorum vini, mellis, & olei: & aliam mudam vel datium alibi non teneatur ſolvere; & hoc; donec muda magna per mudarios communis Belluni exigetur, vel accipietur. Si autem dicta muda magna non exigeretur, vel auferretur: tunc de dictis vino, oleo, & melle ſolvatur datium datiariis ferri eo modo & forma, ut prius conſueverat ſolvere, ſecundum quod in ſtatutis communis Belluni poſitis ſub Rubrica de datio ferri continetur: & aliud datium ſolvere non teneatur. * Vide Proviſionem 18. anni 1519. qua limitatur hoc ſtatutum.

Qualiter conducentes ſoleam, ſcorzam, valaniam extra diſtrictum, ſolvere teneantur. Cap. CXXXIX.

STatuimus, quod ſi quis conduxerit ſoleam, vel ſcorzam, vel valaniam per diſtrictum Belluni extra diſtrictum Belluni teneatur ſolvere mudam mudario de Capitepontis, videlicet, ſol. tres parvorum pro ſoma, & in ratione ſomæ, ſcilicet, mudario mudæ parvæ: ſalvo ſi dicta ſolea, ſcorza, vel valania conduceretur extra diſtrictum Belluni per cannale ſancti Boldi, quod tunc de tali ſolea, ſcorza, vel valania ſolvatur muda mudario de ſancto Boldo: & alibi aliud datium non ſolvatur.

Qualiter mercimonia tranſeuntia per cannale ſanctæ Crucis, non ſolita ſolvere, ſolvere teneantur. Cap. CXL.

STatuimus, quod conducens mercimonia aliqua de alieno diſtrictu tranſeuntes, & venientes per diſtrictum Belluni eundo directe per Seravallum per cannale ſanctæ Crucis, & conducentes ipſa extra diſtrictum Belluni de quibus mercimoniis non ſolvitur alicui datiario vel mudario communis Belluni datium vel muda; tunc de ipſis mercimoniis teneatur ſolvere mudam mudario de Capitepontis, prout ſoliti ſunt de aliis ſpecificatis ad dictam mudam, juxta formam ſtatutorum communis Belluni, loquentium de dicta muda.

Quanti ponderis debet eſſe ſoma, & quomodo intelligatur ſoma. Cap. CXLI.

STatuimus, quod in omnibus ſupradictis caſibus, ubi fit mentio de plauſtro ponderato & caretta, de quibus in ratione ſomæ debet ſolvi datium; intelligatur ſoma eſſe debere librarum quadrigentarum ponderis; Exceptuatis ſomis victualium, ſuper quibus

 ſerve-

Digitized by Google

ſervetur ordo & forma ſupradictorum ſtatutorum, ubi ſit mentio de dictis ſomis.

Qualiter conducentes beſtias extra diſtrictum Belluni ſolvere teneantur : dum tamen conducant de alieno diſtrictu, ut hic.
Cap. CXLII.

STatuimus, quod quicumque conduxerit beſtias de alieno diſtrictu tranſeundo per diſtrictum Belluni eundo extra diſtrictum, per quemcumque locum ſe transferat extra diſtrictum, veniendo directe per ſtratas de Cadubrio, cimoleſo, & herto : vel per cannale de Zaudo, vel de Agurdo, vel per quemcumque alium locum diſtrictus Belluni undecumque, & qualitercumque : dummodo non conducat de Epiſcopatu Feltri, vel de ſubmontibus : quia tunc ſervetur ſtatutum poſitum ſupra de datio beſtiarum, ſub Rubrica : Qualiter conducentes beſtias de alieno, &c. ſolvere teneatur datium de dictis beſtiis mudario mudæ de Capitepontis hoc modo : videlicet, de vaccis, bobus, vitulis, porcis, & ſimilibus denarios duodecim parvorum pro libra denariorum, & in ratione libræ, in æſtimatione bonorum virorum. De capris, hircis, multonis, caſtratis, pecudibus, & ſimilibus denarios duodecim pro ſingulo capite : Hoc addito & ſalvo, quod ſi dictas beſtias conduxerit in diſtrictum Belluni, & eas tenuerit in diſtrictu per decem dies : & infra decem dies eas non conduxerit extra diſtrictum Belluni ; tunc ſi conducere voluerit dictas beſtias extra diſtrictum Belluni, tranſactis decem diebus teneatur ſolvere conducens datium de dictis talibus beſtiis datiario beſtiarum & mudam mudario de Capitepontis; & non habeat locum in beſtiis, quæ conducerentur de ſubmontibus, vel de verſus Feltrum, vel de comitatu zumellarum non tranſeundo per cannale ſanctæ Crucis : Sed de dictis beſtiis debeat ſolvi datium datiariis beſtiarum, non autem mudæ de Capitepontis. Quod non habeat locum in conducentibus beſtias ad vendendum ad civitatem Belluni, juxta formam vigeſimiquinti ſtatuti de datio Beſtiarum, poſiti ſub Rubrica: Qualiter conducentes beſtias de partibus Alemaniæ, & eas vendiderint, ad datium ſolvendum non teneantur. Quibus ſervetur forma dicti ſtatuti : & ſolvere teneantur, ut in dicto ſtatuto continetur : & non aliter ; & intelligatur quis conducere beſtias ad vendendum in civitate Belluni, vel diſtrictu, ſi poſtquam intraverit planum civitatis Belluni prædicta denuntiaverit datiariis beſtiarum, quod venerit cauſſa vendendi infra quinque dies ; & ſi caſus acciderit, quod aliquis conducens beſtias per ſupradicta loca in diſtrictum Belluni eas vendiderit in diſtrictu Bellu-

Digitized by Google

Belluni alicui volenti eas conducere extra diſtrictum Belluni, talis vendens teneatur ſolvere datium de dicta venditione dictarum beſtiarum datiario beſtiarum; & ille, qui eas conduceret extra diſtrictum, teneatur ſolvere mudam de dictis beſtiis mudario de Capitepontis: dummodo dictas beſtias conducat extra diſtrictum infra unum menſem a die, qua conductæ eſſent in diſtrictum Belluni: ut ſupradictum eſt.

De pœnis impoſitis fraudantibus dictam Mudam; & de confinibus dictæ Mudæ. Cap. CXLIII.

STatuimus, quod quilibet homo, ſeu perſona tranſiens per dictum locum, non ſoluta muda, & non habita bulleta a mudario, ſive per alium locum in fraudem dictæ mudæ, ſolvere teneatur communi Belluni pro pœna libras decem parvorum pro quolibet plauſtro ponderato, & libras quinque parvorum pro qualibet caretta a duobus rotis, & ſol. ſexaginta parvorum pro qualibet beſtia ponderata vini, bladi, ſalis, vel panis, & pro qualibet beſtia ponderata mercimoniorum libras decem parvorum, & pro qualibet beſtia vacua ſol. viginti, & pro quolibet pedite ſol. viginti, & pro quolibet equeſtre ſol. quadraginta, & intelligatur tranſiens, non ſoluta muda, & non habita bulleta ſi intraverit pratum pulpetinum verſus Cadubrium, vel verſus hertum, & pontem Plavis, vel ſubtus verſus Seravallum. Cujus banni medietas ſit communis: & alia ipſius datiarii: quæ pœna poſſit exigi, ſicut exigitur muda, & ſi quis duxerit mercationes aliquas eundo verſus Cadubrium, vel eundo verſus pontem Plavis, poſitum ſubtus burgum de Capitepontis ſine bulleta dictorum mudariorum ſubjaceat pœnis dupli dictæ mudæ, ſi tranſiret ultra confines mudæ prædictæ; cujus banni medietas ſit communis: & alia medietas ſit ipſorum mudariorum: & nihilominus mudam ſolvere teneatur, & intelligatur eſſe fraus, ſi tranſiret per dicta loca directe, vel per obliquum, non ſoluta muda, & ſine bulleta, & quod dicti datiarii ſtatim, & incontinenti teneantur facere dictam bulletam, ſoluta dicta muda: ſub pœna librarum quinque, & nihilominus petens bulletam poſſit impune recedere ſine bulleta, muda ſoluta, & bulleta petita, ſi datiarius fuerit negligens in faciendo ſibi bulletam, probando de negligentia per unum teſtem: & de petitione dictæ bulletæ.

Qua-

Digitized by Google

Qualiter mercimonia exiſtentia infra confines Mudæ ſolvere teneantur Mudariis novis, & non antiquis. Cap. CXLIV.

STatuimus, quod mudarii, qui nunc ſunt, vel pro temporibus erunt ad mudam de capitepontis habere, & recipere debeant mudam omnium illarum rerum, de quibus ſolvi debet muda in capite pontis, videlicet, quæ tranſeunt ſuo tempore gardonam, & caſamatam, & quæ tranſiverint fontanam della caza, poſitam ultra burgum novum ſupra, & pontem Plavis poſitum prope civitatem Belluni, & tranſire volens extra diſtrictum civitatis Belluni, & quæ ductæ erunt per aquam Plavis de his, quæ tranſiverint confines bulletæ zattarum pontis prædicti, poſiti pęnes civitatem Belluni, & ſi reperiretur, quod dicti mudarii veteres haberent aliquam ſolutionem dictarum rerum de illis, quæ eſſent intra dictos confines, finito ſuo tempore dictæ mudæ: tunc teneantur reſarcire dictis mudariis novis eiſdem ſuccedentibus in dicta muda. Vide proviſionem 5. 1519. ſuper differentiis mudariorum veteris, & novi.

De pęna impoſita tranſeuntibus ultra ipſa Confinia ſine Bulleta Mudariorum. Cap. CXLV.

STatuimus, quod diſtrictuales communis Belluni, qui recipiunt aliqua mercimonia ad conducendum verſus Bellunum, Seravallum, vel Cadubrium: de quibus ſolvitur muda in capite pontis, ipſa mercimonia non audeant, nec præſumant conducere ultra confines mudæ de capite pontis, niſi prius haberent bulletam datiariorum dictæ mudæ, ſub pœna decem librarum parvorum ſingula vice, & ſolvendi mudam. Hoc addito, quod ſi quis cariator, vel aliquis alius ad petitionem alicujus conduceret extra diſtrictum de ſupradictis mercimoniis, non ſoluta muda, vel non præſtita ſecuritate, ſeu non habita bulleta datiariorum, & propter hoc talis conducens condemnaretur, vel in aliquod damnum incurreret, qnod tunc talis conducens habeat regreſſum contra illum, qui dedit ſibi talia mercimonia ad conducendum in dictam condemnationem, & damnum, & quod eidem conducenti ſummarie reddatur jus, quemadmodum fit datiariis.

De pęna impoſita conducentibus mercimonia per Regulas Villarum, non ſoluta Muda. Cap. CXLVI.

STatuimus, quod res & mercimonia, de quibus ſolvi debet muda mudario in capite pontis, pertranſeuntis per cannale capite pon-

pontis: Exceptis rebus, de quibus ſolvi debet datium ad libretam, vel ad datium panni, & coraminis, & ferri communis Belluni, ſi quo caſu acciderit, quod dictæ res, & mercimonia conducerentur, vel venirent per ſtratas, & regulatum polpeti, vel per flumen Plavis, cauſſa eundi extra diſtrictum Belluni de talibus rebus, & mercimoniis ſolvatur muda mudario de capite pontis, antequam tranſeant confines dictæ mudæ, videlicet, pontem capitis pontis, volentibus tranſire verſus Seravallum, & ruium marſulinum, volentibus tranſire verſus Cadubrium, vel hertum per medium ultra Villam Soverdeni ultra Plavim, & verſus Alpagum ultra Socherum, & verſus civitatem Belluni ultra fontem della caza, ad partes inferiores volentes tranſire extra verſus Feltrum, vel Agurdum, pontem Plavis poſitum ſubtus civitatem tranſire volentibus, & per Plavim confines dicti pontis ſcriptos ad bulletam zattarum, vel intelligatur conducere in fraudem dictæ mudæ.

Quod debentes ſolvere mudam D. Epiſcopo, ſi contrafaciant, ſubjaceant pœnis impoſitis ſuper mudis præfati Dominii noſtri, & communis Belluni. Cap. CXLVII.

STatuimus, & ordinamus, quod ſolvere debentes mudam D. Epiſcopo de rebus, & mercimoniis per ipſos conductis, contrafacientes in aliquo ſubjaceant eiſdem pœnis, quibus ſubjacent contrafacientes circa mudam Dominii noſtri, & communis Belluni.

De Statera ad ponderandum Ballas; & qualiter ſolvere teneantur. Cap. CXLVIII.

STatuimus, & ordinamus, quod mudarii de capite pontis, qui nunc ſunt, vel pro temporibus erunt, teneantur, & debeant tenere unam ſtateram ad ponderandum ballas in capite pontis, & unam in campitello, & ponderare ballas in capite pontis, & alia mercimonia ponderare volentibus, & accipere poſſint, & debeant ſolutionem a facientibus ponderare hoc modo, videlicet: pro quolibet pondere ſol. duos parvorum, & teneatur quilibet conducens mercationes in plauſtris, carettis, vel zattis dictas mercationes facere ponderari, & ſi non faceret ponderari, nihilominus teneatur ſolvere dictam ſtateram, ut dictum eſt; ſi autem dicta mercimonia conduxerit in equis, vel mulis, non teneatur ſolvere dictis mudariis aliquid pro dicta ſtatera, niſi vellet facere ponderari talia mercimonia conducta in equis, vel mulis; tunc eo caſu de talibus mercimoniis ſic ponderatis, teneatur ſolvere dictis mudariis ſtateram, ut dictum eſt ſuperius; ſalvo quod portantes, ſive conducen-

tes

Digitized by Google

tes vinum terranum, bladum, & alia victualia per caput pontis, vel per alia cannalia, ſive portentur in plauſtris, carettis, vel zattis, ſive in equis, non teneantur facere ponderari, nec aliquid ſolvere pro ſtatera.

De eodem ſuper Pice, ſeu Pegola. Cap. CXLIX.

STatuimus, quod quicumque conduxerit picem, vel pegolam per flumen Plavis, vel aliunde: & dictam picem, vel pegolam conduxerit Venetias, non teneatur facere ponderari, nec ſolvere ſtateram, niſi vellet ex propria voluntate ponderare.

De Mudariis ad inveniendum Plauſtra Mercatoribus; & quid accipere poſſint. Cap. CL.

STatuimus, & ordinamus, quod mudarius, qui conduxerit mudam de capite pontis a commune Belluni debeat invenire plauſtra mercatoribus pro ſuis mercimoniis conducendis, modo, & forma inferius contentis, & teneatur præſtare ſecuritatem penes Maſſarium communis Belluni ducentarum librarum de bene, & legaliter exercere officium ſuum prædictum per modum infraſcriptum, & accipere poſſit, & debeat a mercatoribus pro ejus ſalario, & labore pro ſoma, & in ratione ſomæ a Sancta Cruce, uſque in capite pontis denar. quatuor parvorum, & a capite pontis uſque ad hoſpitale Cadubrii den. ſex pro ſoma, & in ratione ſomæ: & econverſo a cariatoribus tantum.

De pena impoſita hominibus plebium, cariare nolentibus. Cap. CLI.

STatuimus, quod homines plebium, qui habent conducere dictas mercationes teneantur obedire dicto mudario: ita quod quicumque fuerint requiſiti ire ad cariandum ballas, teneantur ire, ſub pœna librarum trium parvorum pro quolibet, & qualibet vice, applicandarum communi toties, quoties fuerit denuntiatum per ipſum mudarium.

De prætio, quod Cariatores accipere poſſunt, & debent. Cap. CLII.

STatuimus, quod Cariatores debent habere pro ſuo labore infraſcriptum pretium, videlicet: de qualibet ſoma conducta de ſancta Cruce ad caputpontis ſolvantur, & dentur ſol. decem pro ſoma,

Digitized by Google

ma, & in ratione ſomæ de menſibus Martii, Aprilis, Maii, Septembris, Octobris, & Novembris. De aliis vero menſibus ſol. duodecim pro ſoma, & in ratione ſomæ tam magni ponderis, quam parvi. Item de capite pontis ad hoſpitale Cadubrii pro menſibus Martii, Aprilis, Maii, Septembris, Octobris, & Novembris ſol. vigintiduo pro ſoma uſque ad pondus, XII. centenariorum. A XII. vero ſupra uſque ad xv. ſol. vigintiſex pro ſoma, & in ratione ſomæ. A XVI. ſupra ſol. viginti octo. De aliis vero menſibus ſol. viginti ſex parvorum octo a XII. infra. A XII. ſuperius uſque ad XVI. ſol. viginti novem parvorum. A XVI. centenariis ſuperius ſol. triginta duo parvorum.

De pœna impoſita Mudariis, vel Cariatoribus accipientibus ultra pretium ſupradictum. Cap. CLIII.

STatuimus, quod mudarii, vel cariatores nullo modo audeant vel præſumat accipere a dictis mercatoribus ultra dictum pretium, ſub pœna librarum vigintiquinque parvorum pro quolibet, & qualibet vice applicanda communi Belluni.

Qualiter Cariatores tenentur ſolvere Mudario. Cap. CLIV.

STatuimus, quod ſi contingerit aliquem cariatorem conducere aliqua mercimonia ſine licentia mudarii, nihilominus ſolvere teneatur dicto mudario ſalarium ſupradictum ei deputatum.

De pœna impoſita Mudario, ſi non expedieris mercatores. Cap. CLV.

STatuimus, quod dictus mudarius vinculo ſacramenti teneatur, & debeat expedire mercatores ordinate, ſecundum quod veniunt: & eis plauſtra invenire; ſub pœna librarum vigintiquinque parvorum.

Qualiter Mercatores poſſunt dare Mercimonia ſua quibuſcumque Perſonis facientibus factiones; & non aliis. Cap. CLVI.

STatuimus, quod nullus homo, nullaque perſona audeat, vel præſumat ad requiſitionem alicujus, qui non facit factiones communis Belluni, & cuſtodias, cariare dictas ballas, & mercimonia per dictum diſtrictum, & loca; ſub pœna ſol. centum pro quolibet, & qualibet vice: & pro quolibet plauſtro, & quilibet poſſit

 accu-

accuſare in omnibus ſupradictis caſibus: & eidem adhibeatur fides, ſi probat per unum bonum teſtem bonæ famæ, & opinionis: & habeat medietatem condemnationis, & prædictis pœnis ſubjaceant conducentes dicta mercimonia per flumen Plavis, ſine licentia mudariorum.

De pena impoſita Mudariis, vel aliis non ſolventibus Cariatoribus.
Cap. CLVII.

STatuimus, quod mudarii, & quæcumque aliæ perſonæ, quæ faciunt cariare ballas, & alia mercimonia ad petitionem mercatorum, teneantur, & debeant ea die, vel ſequenti ſolvere cariatoribus, qui cariaverunt dicta mercimonia, pretium, quod habere debent; ſub pœna ſol. centum parvorum pro quolibet plauſtro, & qualibet vice. Medietas cujus banni ſit cariatoris.

HÆC SUNT STATUTA SUPER MUDA DE SANCTO BOLDO.

Qualiter conducentes per locum Sancti Boldi ſolvere teneantur.
Cap. CLVIII.

STatuimus, & ordinamus, quod quicumque conduxerit equos, vel equas, mulos, vel mulas per locum Sancti Boldi verſus diſtrictum Belluni, & Feltri ponderatos vino, blado, vel aliis mercimoniis, ſolvere teneatur, & debeat datiariis communis Belluni ibi in dicto loco deputato pro communi Belluni, ſeu morantibus groſſum unum pro quolibet equo, equa, mulo, vel mula ponderatis. Si autem conduxerit aſinum, vel aſinam ponderatos dictis vino blado, vel mercimoniis, ſolvat den. viginti pro quolibet aſino, vel aſina: & qualibet vice. Si autem dicti equi, equæ, muli, vel mulæ eſſent ponderati fructibus; tunc conducentes ſolvere teneantur datiariis den. duodecim parvorum pro qualibet ſoma, & qualibet vice; ſi autem aſini, vel aſinæ eſſent ponderati dictis fructibus: tunc conducentes ſolvere teneantur den. ſex parvorum pro quolibet aſino, & aſina, & qualibet vice.

De pœna impoſita tranſeuntibus per alia loca, quam per Sanctum Boldum. Cap. CLIX.

STatuimus, quod ſi quo caſu aliquis duceret mercimonia, de quibus ſolvitur muda ad Sanctum Boldum: & conducens tranſierit

rit per viam novam, vel per aliquam viam indirectam, exinde ſolvat bannum contentum in ſtatutis loquentibus de his, qui tranſeunt per vias indirectas, & nihilominus mudam de Sancto Boldo ſolvere teneatur in duplum.

Qualiter conducentes Salem per Sanctum Boldum extra diſtrictum Belluni, ſolvere teneantur. Cap. CLX.

STatuimus, quod quicumque conduxerit ſalem ad ſomam per cannale ſancti Boldi teneatur ſolvere mudariis ibi exiſtentibus pro commune Belluni groſſos quatuor Venetos pro ſingulo: & qualibet vice pro ſoma, & in ratione ſomæ. Hoc ſalvo, quod ſi dictum ſalem conduxerit ad civitatem Belluni cauſſa ibi vendendi, & retinendi. Tunc ſolvat ſolum unum groſſum pro ſoma, & in ratione ſomæ: quem ſalem talis conducens teneatur præſentare Rectori civitatis Belluni, vel ejus officialibus ad hoc deputatis: a quo Rectore, vel officiali dictæ talis præſentationis habeat litteram ipſius Rectoris, vel officialis, & eam in ejus reditu præſentare mudario prædicto, & ſi præſentaverit litteram prædictam dicto mudario: & dictus mudarius recepiſſet a prædicto conducente ultra unum groſſum de ſoma; tunc illud plus, ipſi conductori ſtatim reſtituere teneatur, præſentata dicta littera Rectoris, vel ejus officialis.

Qualiter conducentes Vinum per Sanctum Boldum extra, ſolvere teneantur. Cap. CLXI.

STatuimus, quod ſi quis conduxerit vinum per dictum cannale, & venerit per noſtrum diſtrictum, tranſeundo extra diſtrictum Belluni ſolvere teneatur mudario ſupradicto groſſos quatuor Venetos pro ſoma, & in ratione ſomæ; ſalvo ſi iret per viam de Maedo, vel Agro, quod tunc ipſi mudario ſolvere teneatur ſolum unum groſſum Venetum pro ſoma: & in ratione ſomæ, & nihilominus datium de Maedo, & Agro ſolvere teneatur.

Qualiter habitantes in Sancto Boldo, & Trotali, teneantur ſolvere Datium Panis, & Vini. Cap. CLXII.

STatuimus, quod vendentes panem, & vinum ad minutum in Sancto Boldo, ſive Trotali teneantur ſolvere datium panis, & vini mudario de Sancto Boldo, & dictum datium intelligatur eſſe comprehenſum ſub dicta pœna.

De pœna impoſita conducentibus Victualia per viam indirectam. Cap. CLXIII.

STatuimus, quod nulla perſona audeat, vel præſumat ducere animalia ponderata mercationum, victualium per aliquam viam indirectam, & non uſitatam, & ſi contrafecerit condemnetur in ſol. centum parvorum pro qualibet beſtia ponderata: & ad ſolvendum datium duplum mudario de Sancto Boldo; cujus condemnationis medietas ſit mudarii.

Quod conducentes mudam de ſancto Boldo teneantur ipſam mudam facere exigi per diſtrictualem Belluni. Cap. CLXIV.

STatuimus, quod ille, qui acceperit mudam de ſancto Boldo a commune Belluni teneatur, & debeat dictam mudam exigere, vel exigi facere in ſancto Boldo juxta portam, ſeu fortilitiam ſancti Boldi per aliquem civem, & diſtrictualem Belluni, & non alibi; ſub pœna librarum vigintiquinque parvorum pro ſingula vice.

Quod conducentes ſcorzam, ſoleam, vel valaniam per ſanctum Boldum, ſolvere teneantur ibi. Cap. CLXV.

STatuimus, quod omnes conducentes ſoleam, ſcorzam, vel valaniam per cannale ſancti Boldi, ſolvere teneantur mudario de ſancto Boldo ſol. tres pro qualibet ſoma; & in ratione ſomæ: & alibi aliud datium ſolvere non teneantur.

HÆC SUNT STATUTA DE DATIO STATERÆ FERRI.

De ferro ponderando tantum cum ſtatera communis Belluni, & de pœna impoſita contrafacientibus. Cap. CLXVI.

STatuimus, quod nullus homo vel perſona debeat ponderare ferrum in civitate Belluni & burgis, ſeu facere ponderari a decem libris ſupra, niſi cum ſtatera communis; & qui contrafecerit, condemnetur in ſol. ſexaginta parvorum pro qualibet vice. Cujus banni medietas ſit accuſantis: & quilibet poſſit accuſare; ſalvo, quod fabri civitatis Belluni & diſtrictus, & eis vendentes, vel ab eis ementes quantum eſſet pro uſu ſuarum ſuſinarum, poſſint ferrum prædictum ponderare cum qualibet ſtatera, & ſine ullo datio ſolvendo; & teneatur talis datiarius & ſuus ponderator ad requi-

requiſitionem ponderare volentis ſtatim cum requiſitus fuerit ire ad ponderandum, pœna ſol. centum parvorum pro ſingula vice, & ſingulo ipſorum.

De pretio, quod accipere debent ponderatores ferri; & de pœna contrafacientibus danda. Cap. CLXVII.

STatuimus, quod ille, qui deputatus fuerit ad ponderandum ferrum, & cui fuerit ſtatera communis locata poſſit accipere de quolibet pondere ferri quinque den. parvorum ab emptore, & venditore: & duos ſol. parvorum pro quolibet gumellorum milliario, & cottarum, & ferri ligati a ferro, & in ratione milliarii toties, quoties venditum fuerit ferrum & ponderatum; & quoties ferrum fuerit venditum, toties debeat ponderari: & teneatur emptor, & venditor ſolvere; & ſi ponderator plus acceperit, condemnetur in ſol. quinque pro quolibet denario, quem plus acceperit; & jurare debeat bona fide, & ſine fraude ponderare juſte pro utraque parte: & ire ad ponderandum quotieſcumque requiſitus fuerit, & ſollicitus erit ad ſuum officium exercendum; & omni ſeptimana ad minus faciet tentare ſtateram, & juſtari, ſi devaſtata eſſet, ſuis expenſis.

De pœna impoſita non ponderantibus ferrum. Cap. CLXVIII.

STatuimus, quod nemo præſumat conducere ferrum extra diſtrictum Belluni, quod conductum fuerit in civitate Belluni, ſive burgis, per terram, ſive per Plavim, niſi prius dictum ferrum fuerit ponderatum cum ſtatera prædicta: ſub pœna librarum decem pro quolibet milliario, & in ratione milliarii.

Qualiter ementes ferrum teneantur ipſum ponderare tempore, quo id conducerent extra diſtrictum. Cap. CLXIX.

STatuimus, quod quilibet civis vel diſtrictualis Belluni, qui emerit ferrum ab aliquo, ſi contingerit dictum ferrum conduci extra diſtrictum Belluni, teneatur iterum ipſum ferrum ponderari facere tempore, quo conducet. Sub pœna ſol. viginti pro quolibet faſſo. Cujus pœnæ medietas ſit communis: & alia medietas ſit datiarii: non obſtante ponderatione alias facta: ſalvo, ſi quis civis Belluni emerit ferrum pro aliquo mercatore, qui ſit civis Venetus: quod ferrum fuerit ponderatum cum ſtatera communis, & fuerit ſolutum datium pro dicta emptione, quin dictum ferrum conduceretur

Digitized by Google

tur per mercatorem, ſive ad inſtantiam dicti mercatoris extra diſtrictum Belluni, quod de tali ferro non teneatur ſolvere datium ſtateræ, niſi dictum ferrum vellet de novo ponderari.

Infra quantum tempus datiarius teneatur exegiſſe; & de ſuo Datio fraudem accuſaſſe. Cap. CLXX.

STatuimus, & ordinamus, quod conductor ſtateræ ferri, aut datiarius ſuper datio illius deputatus, teneatur & debeat infra duos menſes continuos a die factæ ponderationis de dicto ferro, vel a die, quo miſſum, ductum, vel ponderatum fuerit ipſum ferrum extra diſtrictum civitatis Belluni computandos, datium pro prædictis ſibi debitum exegiſſe, & infra dictum tempus a tempore ſcientiæ ipſius fraudationis computandum accuſaſſe, vel denuntiaſſe debeat omnes fraudantes datium antedictum: & omni quovis jure uſum fuiſſe. Elapſo vero ſpatio temporis prælibati penitus a Rectore rejiciatur, & nullatenus audiatur: Salvo ſi prædicta, vel aliquod prædictorum inchoaverit infra dictum tempus: & in eo, & circa illud ſibi non currat tempus antedictum.

HÆC SUNT STATUTA DE DATIO ZATTARUM.

Qualiter conducens Zattaras per aquam Plavis ſolvere teneatur. Cap. CLXXI.

STatuimus, & ordinamus, quod quilibet conducens caput raſi, ſeu zattarum per aquam Plavis extra diſtrictum Belluni, tranſiens per dictum diſtrictum, teneatur ſolvere datiariis communis Belluni ſol. tres parvorum pro qualibet zatta, ſive magna, ſive parva, ſive vacua, ſive ponderata; ſub pœna ſol. centum parvorum pro ſingula zatta; Medietas cujus condemnationis ſit dictorum datiariorum.

De pœna impoſita tranſeuntibus confinia Datii Bulletarum. Cap. CLXXII.

STatuimus, quod nemo audeat, vel præſumat tranſire per aquam Plavis cum aliquibus zattis a ſeccis, qu. Nicolai de Caſteono infra: quæ ſunt ſitæ in muſilo, niſi prius habita bulleta a dicto datiario: & ſoluto datio, vel aliter fuerit in concordia, cum dicto datiario ſub dicta pœna.

De-

De pœna impoſita Datiario Zattarum, ſi non fecerit Bulletam poſtulanti. Cap. CLXXIII.

STatuimus, quod ſi aliquis dominus raſi, vel aliquis zattarius petierit bulletam a datiario bulletarum, dictus datiarius ſtatim cum ab eo fuerit requiſitus, teneatur facere dictam bulletam, ſub pœna ſol. centum parvorum; quod ſi dictus datiarius non faceret ſibi dictam bulletam; tunc dictus dominus raſi, ſive zattarius poſſit impune recedere ſine bulleta: Et ſi dictus dominus raſi, ſive zattarius non poſſet invenire dictum datiarium; tunc poſſit & debeat dare, ſeu præſentare denarios dictæ bulletæ familiæ ipſius datiarii, ſive domui ſuæ, & poſtea recedere abſque pœna.

HÆC SUNT STATUTA DE DATIO PANNI, LANÆ, PELLIUM, CORAMINIS, ET SIMILIUM.

Qualiter conducens extra diſtrictum aliquid ex prædictis ſolvere teneatur. Cap. CLXXIV.

STatuimus, & ordinamus, quod ſi quis conduxerit extra diſtrictum Belluni vel per ipſum diſtrictum undecumque, & quomodocumque veniat aliquem pannum lini, vel ſtupæ, teneatur, & debeat ſolvere pro datio communi Belluni ſeu datiariis ad hoc deputatis, quatuor den. pro ſingulo brachio; ſi autem conduxerit pannum de griſo, ſolvere debeat den. octo parvorum pro ſingulo brachio; & ſolvere debentes in Capitepontis ſecundum formam ſtatutorum dictæ mudæ de Capitepontis, tranſeuntes exinde alibi non ſolvant; & ſi quis conduxerit extra diſtrictum Belluni per ipſum diſtrictum, undecumque, & quomodocumque veniat aliquas pelles conditas, ſeu affaitatas, ſeu coramen crudum, ſeu conditum, vel affaitatum ſolvat communi Belluni pro datio, ſeu datiariis ad hoc deputatis ſol. duos parvorum pro libra, & in ratione libræ den. Et ſi quis conduxerit aliquam lanam extra diſtrictum Belluni debeat ſolvere communi Belluni ſeu datiariis, ad hoc deputatis quatuor den. pro qualibet libra lanæ: ſalvo, quod ſi lana forenſis de partibus Alemaniæ fuerit conducta per cannale de Capitepontis, vel per Plavim, teneatur ſolvere in Capitepontis mudam, & non alibi, ſive ducatur per aquam, ſive per terram; & idem intelligatur de coramine & pellibus conductis de partibus Alemaniæ; & ſi quis conduxerit extra diſtrictum Belluni undecumque veniat aliquem filatum de lana, lino, vel ſtupa, teneatur ſolvere

Digitized by Google

vere datiaris ſol. duos parvorum pro libra den. niſi reconduxerit pannum factum de ipſo filo, ſeu filato infra duos menſes; ſalvo, quod tranſeuntes, vel portantes, vel conducentes de prædictis rebus per burgum, & pontem Capitispontis venientes de Seravallo, & euntes in Cadubrium, vel venientes de Cadubrio verſus Seravallum per ſanctam Crucem, ſive per ipſum cannale, ſolvant mudam conſuetam de Capitepontis, & non alibi ipſum datium ſolvere teneantur; & ſalvo, quod conducentes de partibus Alemaniæ pannum de griſo, lino, vel ſtupa, vel alterius maneriei, ſeu filatum cujuſcumque maneriei, vel lanam, vel pelles, vel coramen crudum vel conditum, ſolvere teneantur de dictis rebus mudam mudario de Capitepontis, & non alibi datium ſolvere teneantur, ſive ducantur per caput pontis extra diſtrictum, ſive per quemcumque alium locum; Et intelligatur eſſe de partibus Alemaniæ, quod conductum eſt a Boteſtagno ſupra, & a padula, & a comelico ultra. Portaſſe autem intelligatur extra diſtrictum quicumque tranſiverit pontem ardi ſine bulleta, & fontem della caza, coldenavim, & rujum de valcaurera recedentes de civitate & burgis. Recedentes autem & ferentes de villis, & portantes, intelligantur portaſſe extra diſtrictum, poſtquam erunt centum paſſus extra villam, in qua habitant. Euntes autem per Plavim poſtquam tranſiverint ſeccam Petri de Plavi. Et ubicumque inventi, teneantur patienter dimittere ſe tentari per datiarios, vel eorum nuntios, in pœna parvorum duodecim pro ſingulo brachio. Cujus banni medietas ſit communis: & alia medietas datiariorum; & intelligatur fraudare quicumque non dimiſerit ſe tentari: & credatur ſacramento datiariorum.

Qualiter de Panno de Feltro conducto ſolvere teneantur conducentes illum extra diſtrictum. Cap. CLXXV.

STatuimus, quod conducentes pannum, qui ſit Feltri per diſtrictum Belluni extra diſtrictum teneatur ſolvere datium de tali panno datiariis panni & lanæ, ſicut de panno griſo ſolvitur; & quod dictus pannus eo caſu intelligatur de panno griſo.

Qualiter de Pellibus, & Coramine conditis, conductis extra, ſolvere quis teneatur. Cap. CLXXVI.

STatuimus, quod quicumque conduxerit pelles affaitatas, ſive coramen conditum extra diſtrictum Belluni teneatur, & debeat ſolvere datiariis panni lanæ, & coraminis, datium de talibus pel-

libus

libus & coramine conditis & affaitatis eo modo & forma, prout ſolvitur de pellibus crudis, ſecundum quod in ſupraſcripto ſtatuto continetur: ſalvo, quod conducentes de talibus pellibus conditis de partibus Alemaniæ non teneantur ſolvere aliquid de dictis pellibus datiariis pellium; & panni. Sed ſolummodo teneantur ſolvere mudam de Capitepontis; Idem intelligatur de conducentibus, & portantibus chartas extra diſtrictum Belluni, qui ſolvere teneantur: ut ſupradictum eſt de pellibus.

Qualiter portantes Pannum ad fullandum extra diſtrictum, ſolvere teneantur. Cap. CLXXVII.

STatuimus, quod ſi quis portaverit, vel portari fecerit ad fullandum pannum de griſo, vel de agnellino, ſive cujuslibet alterius maneriei pannum de lana, vel de lino, ſive de ſtupa ad tingendum, vel ad fullandum extra diſtrictum Belluni, & ipſum pannum non reconduxerit, uſque ad triginta dies; tunc ſolvere teneatur illud datium, quod ſolvere tenetur ſecundum formam ſtatutorum communis Belluni pro ſingulo brachio ipſis datiariis; & de prædicto panno exportando extra diſtrictum Belluni: talis portans, vel conducens habere debeat bulletam datiariorum, vel eorum procuratorum & factorum panni: vel cùm ſpeciali verbo ipſorum, vel licentia. Quam bulletam, ſive licentiam dictus datiarius, ſive ejus factor, vel nuntius ſtatim facere teneatur gratis. Quod ſi non fecerit: tunc impune poſſit extra ducere dictum pannum; ſub pœna amiſſionis dicti panni. Cujus medietas ſit communis, & reliquum ſit datiorum: & ſolvat datium in duplum: ſi autem dictum pannum reconduxerit de extra diſtrictum Belluni in diſtrictum, facta legitima fide datiariis de reconductione per unum bonum teſtem, datium aliquod tunc ſolvere non teneatur.

Qualiter portantes Pannum, vel Lanam extra diſtrictum Belluni, ſolvere non teneantur, ſi reconduxerint, uſque ad quintam diem in diſtrictum Belluni. Cap. CLXXVIII.

STatuimus, quod ſi aliqua perſona diſtrictualis Belluni portaverit, ſeu conduxerit; vel conduci, ſeu portari fecerit pannum laboratum & factum in diſtrictu Belluni cujuſcumque maneriei tam de lana, quam de lino: vel etiam lanam dicti diſtrictus extra diſtrictum Belluni cum bulleta tamen datiarii, vel ſpeciali verbo, vel licentia ipſius datiarii vel ejus factoris, cauſſa vendendi: & ipſum pannum, vel lanam reconduxerit ad diſtrictum Belluni, uſ-

Digitized by Google

que ad quintam diem poſt acceptam bulletam, vel habitam licentiam, ut ſupra: de qua reconductione fidem fecerit dicto datiario; tunc de tali panno vel lana datium aliquod ipſi datiario ſolvere non teneatur; & ſi ſolviſſet: tunc datiarius cogi debeat ad reſtituendos denarios, per ipſum acceptos a tali perſona ſtatim cum reconduxerit.

Qualiter vendentes Pannum, vel Lanam forenſibus, denuntiare teneantur. Cap. CLXXIX.

STatuimus, quod qualibet perſona civis, vel diſtrictualis Belluni, quæ vendiderit alicui perſonæ forenſi pannum, lanam, vel filatum, vel coramen, & ſimilia, de quibus ſolvitur datium, ad datium panni, & lanæ conducenti, vel volenti conducere prædicta mercimonia extra diſtrictum Belluni teneatur aut ſolvere datiariis prædicti datii datium talium rerum venditarum per eos dictis talibus forenſibus conducentibus extra: aut denunciare datiario, vel ejus factoribus prædicti datii venditionem talem, antequam tradat ipſas res talibus forenſibus; de qua denuntiatione credatur venditori probanti per unum bonum teſtem.

Qualiter ementes prædicta a Forenſibus, & ea extra diſtrictum portantes, ſolvere teneantur. Cap. CLXXX.

STatuimus, quod quotieſcumque aliqua perſona tam civis, quam forenſis ad hanc civitatem & diſtrictum conduxerit pelles vel lanam de partibus Alemaniæ, & eas vendiderit in hac civitate vel territorio, aut alienaverit, teneatur emptor talis conducendo extra diſtrictum de talibus pellibus, ſive lana alienata, vel alienatis ſolvere datium ſuperius nominatum.

De pœna portantis Lanam extra diſtrictum Belluni. Cap. CLXXXI.

STatuimus, & ordinamus, quod nullus homo, nullaque perſona tam civis, quam forenſis cujuſcumque conditionis exiſtat, audeat, vel præſumat portare, vel portari facere directe, vel per obliquum aliquam lanam Bellunenſem extra diſtrictum Belluni; ſub pœna ſol. decem parvorum pro qualibet libra lanæ; & ſi contingerit exportari, ſolvatur datium maſſario communis Belluni pro ipſo communi recipienti, & non alicui Datiario. * Vide Proviſionem ad hoc in libro 1. a carte 87.

Qua-

Digitized by Google

Qualiter de Panno garzato facto in civitate Belluni conducto extra, Datium ſolvatur. Cap. CLXXXII.

STatuimus, & ordinamus, quod quicumque civis vel forenſis conduxerit pannum garzatum, factum in civitate Belluni vel diſtrictu extra ipſum diſtrictum Belluni; ſolvere teneatur datiariis communis Belluni habentibus datium panni: vel ipſi communi Belluni ubi non eſſet locatum datium prædictum, hoc modo, videlicet: Pro quolibet capitio aſcendente ad ſummam triginta brachiorum panni: & ab inde infra parvos duos pro quolibet brachio; & a triginta brachiis ſupra quantacumque ſit petia, ſive capitium magnum ſol. quinque parvorum pro ſingula petia, ſive capitio.

HÆC SUNT STATUTA DE DATIO LIBRETÆ.

De Datio Olei, & Mellis. Cap. CLXXXIII.

STatuimus, & ordinamus, quod quicumque tam civis, quam forenſis, qui vendiderit, permutaverit, vel alio quocumque modo, ſeu titulo alienaverit in civitate Belluni vel diſtrictu oleum, vel mel, ſive ad groſſum, ſive ad minutum, ſolvere teneatur communi Belluni vel datiariis dicti communis, ad hoc deputatis duos denarios parvorum pro qualibet libra, & in ratione libræ ad menſuram: quod vendicet ſibi locum in melle cocto tantum; Et ſi crudum venderetur, computentur tres libræ crudi cum una de melle cocto; Pœna contrafacienti ſol. quinque pro qualibet libra olei, & mellis.

Qualiter vendentes carnes ſalitas & Caſeum, ſolvere teneantur. Cap. CLXXXIV.

STatuimus quod quicumque tam civis, quam forenſis, qui vendiderit, permutaverit, vel alio quocumque modo, ſeu titulo alienaverit in civitate Belluni vel diſtrictu carnes ſalatas & recentes cujuſcumque generis, & cujuſcumque animalis, & caſeum: qui, & quæ venduntur ad libram, teneatur ſolvere communi Belluni vel mudariis dicti communis ad hoc deputatis den. unum pro libra, & in ratione libræ; Pœna cuilibet contrafacienti den. duodecim parvorum pro qualibet libra, de qua non eſt ſolutum datium: & qualibet vice; Hoc ſalvo, quod omnes perſonæ, quæ de carnibus, caſeo, oleo, & melle ſolverit datium ad Agurdum,

Digitized by Google

vel Maedum, non teneatur in plebe Agurdi vel Zaudi, vel inferius ſolvere datium dictæ libretæ dictis datiariis, vel communi: ſalvo etiam de caſeo, quem quis donaverit, uſque ad ſummam librarum vigintiquinque caſei: quod nullum datium ſolvere teneatur.

De pœna impoſita vendenti dicta res, niſi prius fuerint æſtimatæ. Cap. CLXXXV.

STatuimus, & ordinamus, quod aliquis de civitate Belluni vel diſtrictu, vel forenſis non audeat, vel præſumat vendere, vel alio modo alienare oleum, mel, carnes, vel caſeum ad groſſum, vel ad minutum, niſi prius prædictæ mercationes fuerint æſtimatæ, vel ponderatæ, vel aliter fuerit in concordia cum datiariis; Pœna cuilibet contrafacienti, qui vendiderit carnes vel caſeum; denariorum duorum pro qualibet libra, & ſol. centum pro quolibet plauſtro olei, & mellis: & qualibet vice: & in ratione plauſtri: Salvo ſtatuto loquente de forenſibus, qui debent vendere, & poſſunt infra quintam diem.

Qualiter Beccarii ſolvere teneantur Datium Libretæ; & pœna eis impoſita. Cap. CLXXXVI.

STatuimus, & ordinamus, quod beccarii de civitate Belluni non audeant vendere carnes ad beccariam, vel alibi, nec eas incidere, niſi prius requiſito uno ex datiariis ad hoc deputatis; Pœna cuilibet contrafacienti ſol. viginti parvorum pro qualibet beſtia; & quod dicti beccarii teneantur pro quolibet agno a lacte, & capretto den. octo parvorum ſolvere datiariis.

De pœna impoſita Beccariis non denuntiantibus beſtias cum fuerint requiſiti a Datiariis. Cap. CLXXXVII.

STatuimus, quod dicti beccarii teneantur denuntiare datiariis beſtiarum quotieſcumque ab eis, vel ab altero ipſorum fuerint requiſiti, illum, vel illos, qui beſtias dictis beccariis vendiderint; ſub pœna ſoldorum viginti: & nihilominus teneantur ſolvere datium dictæ beſtiæ.

Qua-

Digitized by Google

Qualiter conducentes Carnes, Caſeum, Oleum, & Mel de Partibus ſuperioribus, ſolvere teneantur. Cap. CLXXXVIII.

STatuimus, quod ſi quis conduxerit carnes ſalitas, oleum, mel, vel caſeum de partibus ſuperioribus ad civitatem Belluni, & ibi vendiderit, ſolvere teneatur datiariis libretæ unum den. pro libra caſei, & carnium: & pro libra olei, & mellis duos den. Salvo ſtatuto, quod loquitur de forenſibus, qui poſſunt vendere dictas res infra quintam diem. Si autem ipſa mercimonia poſtquam fuerint ad civitatem Belluni conducta fuerint extra civitatem Belluni, & ejus diſtrictum, teneatur ſolvere conducens ipſi datiario libretæ den. duos pro libra: & nihilominus datium ferri contentum in ultimo ſtatuto, poſito ſub Rubrica de datio ferri; ſi autem ipſa mercimonia fuerint conducta per viam de Capitepontis, eundo verſus Seravallum, teneatur ſolvere duos den. pro libra mudario de Capitepontis, & non aliud datium dicto communi: nec alibi ſolvere teneatur; ſi autem fuerint conducta de partibus de Feltro, vel de territorio Tarviſino, vel de aliis partibus inferioribus, ſolvere teneatur dictum datium conductoribus datii libretæ modo ſupradicto, & ſi tranſirent per viam de Capitepontis, & ſanctæ Crucis, eundo verſus partes ſuperiores, ſolvere teneantur mudam mudario de Capitepontis, eundo verſus Cadubrium, ſcilicet duos den. pro libra: & alibi ſolvere non teneantur, & mercimonia venientia de Venetiis, tranſeuntia per caput pontis, eundo verſus Cadubrium, non ſolvant datium libretæ. Nec fratres Folinæ, qui poſſunt conducere caſeum, ſive per terram, ſive per aquam extra diſtrictum libretæ, quem habent de ſuo redditu. Salvo etiam, & reſervato jure illorum de Seravallo, quando tranſeunt per viam de Capitepontis, veniendo de Cadubrio, tranſeundo directe per viam, & cannale ſanctæ Crucis: ſuper quibus ſunt ſtatuta diffinita in muda de Capitepontis, & quod datiarius, ſive ejus deputatus poſſit deferre ſacramentum mercatoribus, ubi ponderaverint.

De pœna impoſita non habentibus bulletam datiariorum. Cap. CLXXXIX.

STatuimus, & ordinamus, quod quotieſcumque aliquis portaverit, ſeu conduxerit extra diſtrictum Belluni carnes, beſtias mortuas, oleum, mel, pannum, lanam, caſeum: vel alias res de quibus debetur ſolvi datium communi Belluni, vel datiariis dicti communis, teneatur habere bulletam datiariorum ad hoc deputatorum.

Digitized by Google

rum. Pœna cuilibet contrafacienti ſol. centum parvorum pro qualibet ſoma: & in ratione ſomæ, & quod ſoli datiarii poſſint accuſare, & habeant medietatem banni, & idem obſervetur in omnibus ſupradictis datiis, contentis in libro ſtatutorum; ſalvo quod ſi major pœna, vel minor reperiretur in dictis ſtatutis debeat obſervari.

Qualiter vendentes beſtias, ſolvere teneantur pro ea parte, quæ vendiderint. Cap. CXC.

STatuimus, & ordinamus, quod quandocumque aliqua perſona interſecerit aliquam beſtiam occaſione vendendi, donandi, vel alio quocumque modo alienandi ad libram: & vendiderit, donaverit, vel alienaverit in toto, vel in parte; tunc tantummodo de parte vendita ſolvere teneatur datiariis libretæ, ſcilicet unum denarium pro libra.

De eodem, pro qua parte ſolvere teneatur. Cap. CXCI.

STatuimus, quod ſi aliqua perſona vendiderit in diſtrictu Belluni aliquam beſtiam a carnibus, & de dicta beſtia aliquam partem in ſe retinuerit idem venditor; Tunc ipſe venditor teneatur ſolvere datium libretæ pro ea parte, quam vendiderit, & nihilominus datium beſtiarum dictæ beſtiæ pro ea parte, quam vendiderit.

Qualiter ementes beſtias, inter ſe dividendas, ſolvere teneantur. Cap. CXCII.

STatuimus, quod ſi qua perſona emerit aliquam beſtiam a carnibus pro ſe, & vice, ac nomine aliarum perſonarum cauſſa interficiendi, & dividendi inter ſe, teneatur ibidem in conventione fori ipſius beſtiæ nominare illos, pro quibus ille emit, & illos facere ſcribi ad datium beſtiarum. Quod ſi non fecerit, de dicta tali beſtia ſolvatur datium libretæ, & quod datiarii beſtiarum teneantur ſcribere ſecundum quod eis fuerit denuntiatum, ſub vinculo ſacramenti. Hoc addito, quod ſi ſcriptum erit in quaterno datii beſtiarum talis vendidit talem beſtiam tali ementi pro ſe, & duobus, vel tribus ſociis, ſufficiat talis ſcriptura; hoc ſalvo, quod quandocumque talis emens fuerit requiſitus per datiarios libretæ, teneatur ipſe emens per ſacramentum nominare eos, pro quibus emit, & ſi reperiretur eum dediſſe de dictis carnibus pluribus perſonis,

Digitized by Google

ſonis, quam eis, qui erunt ſcripti in quaterno datii beſtiarum: tunc ſolvere teneatur datium datiario libretæ.

Qualiter Apothecarii ſolvere teneantur de Melle, & Oleo.
Cap. CXCIII.

STatuimus, quod ſi contingerit aliquem apothecarium habere oleum, vel mel in ſtationibus ſuis, vel domibus, ipſe talis apothecarius teneatur ſubire ſacramentum coram D. Rectore, ad requiſitionem datiariorum de quantitate olei, & mellis, quam vendit, ſeu vendere poteſt ultra quantitatem, qua utitur pro ſtatione, & domo ſua, & ſolvere datium.

Qualiter Conſules, & Sapientes poſſunt ponere Victualia ad manus.
Cap. CXCIV.

STatuimus, quod Conſules, & ſapientes poſſint quandocumque eis placuerit, ponere oleum, carnes, caſeum, ſalem, & alia victualia ad manus, ſecundum quod eis melius videbitur expedire, & quod propter hoc datiarii, nec aliquis mercator, nullum poſſit petere mendum, vel quærimoniam exponere aliqualem.

Qualiter Montigantes, de Caſeo datium ſolvere teneantur.
Cap. CXCV.

STatuimus, quod omnis caſeus factus in diſtrictu Belluni in montibus diſtrictus Belluni ſi contingerit ipſum caſeum conduci debere extra diſtrictum Belluni ſolvatur de tali caſeo datiario libretæ duos denarios pro libra: etiam ſi traditio, ponderatio, vel menſuratio facta fuerit extra civitatem Belluni, vel diſtrictum; ſalvo quod forenſes montigantes in Alpago, & in montibus ſitis inter ſanctam Crucem, & comitatum zumellarum in diſtrictu Belluni poſſint ſuum caſeum conducere ſine ſolutione alicujus datii.

Qualiter Datiarii poſſint Carnes, & Caſeum Bullare.
Cap. CXCVI.

STatuimus, quod datiarii libretæ poſſint, ſi volunt, bullare carnes omnes, caſeum, & omnes res, quæ venduntur ad libram cum ſuis bullis, & aliter non vendantur, niſi ſint bullatæ cum dicta ſua bulla ſine licentia ipſorum datiariorum; ſub pœna ſol. centum parvorum pro qualibet vice.

De

Digitized by Google

De pęna impoſita nolentibus dimittere ponderari Carnes Porcinas in Domo ſua. Cap. CXCVII.

STatuimus, quod ſi qua perſona ſtationaria interfecerit porcos, vel porcas in domo ſua, quod datiarii libretæ, cum ſint ſiccæ, poſſint ipſas carnes, & mezenas omnes facere ponderari, & ipſi tales ſtationarii dimittant ponderari, ſub pęna ſol. ſexaginta parvorum pro ſingula baſſa, & mezena; cujus banni medietas ſit communis: & alia medietas datiariorum.

De pęna impoſita vendentibus Res ſupradictas, ſi eas repoſuerint ſine licentia datiariorum. Cap. CXCVIII.

STatuimus, quod ſtationarii, vel vendentes res ad minutum, ſive in groſſum, non recipiant in domibus ſuis, vel in ſtationibus res aliquas ab aliquibus perſonis, de quibus ſolvitur datium libretæ, niſi prius ipſas res demonſtrent datiariis libretæ, & ipſas faciant ponderari, & ſcribere, vel denunciare; ſub pœna ſoldorum ſexaginta parvorum pro ſingula vice. Cujus banni medietas ſit communis, & alia medietas datiariorum, & credatur eis cum uno bono teſte bonæ opinionis.

Qualiter vendentes Res ſupraſcriptas nomine alieno, non tenentur ſolvere. Cap. CXCIX.

STatuimus, quod omnes vendentes, vel quocumque modo alienantes tam cives, quam forenſes oleum, vel mel ad mireum, & ad minutum in civitate Belluni, & diſtrictu ab Agro, & hoſpitali Zaudi inferius teneantur ſolvere conductoribus datii ſupradicti denarios duos parvorum pro ſingula libra olei, vel mellis; ſalvo ſtatuto, quod loquitur de forenſibus, qui poſſunt vendere infra quintam diem: quod ſtatutum ſemper in omni capitulo obſervetur. Hoc etiam ſalvo, & addito, quod ſi quis Venetus, vel quicumque alius tam forenſis, quam civis dederit mel, vel oleum ad vendendum alicui de civitate Belluni, & diſtrictu a dictis locis inferius pro certa mercede, non vendendo, vel alienando, non teneatur ſolvere dictis conductoribus datium aliquod de dicto oleo, & melle ſic dato. Dum tamen tam dans, quam accipiens uſque ad octo dies poſt dationem dicti olei, vel mellis, teneatur & debeat in præſentia D. Rectoris, & in præſentia unius datiarii, vel legitime citati, jurare ad Sancta Dei Evangelia, quod dictum oleum,

oleum, vel mel non vendidit, vel alienavit dicto tali accipienti, ut ſupradictum eſt: alioquin ſi prædicta non fuerint obſervata infra dictum terminum: tunc tam dans, quam accipiens: ſi dictus accipiens realienaverit, ſeu vendiderit aliquibus aliis, vel alicui perſonæ, ſolvere teneatur datium dictis conductoribus, vel alteri ipſorum; ſub pœna poſita ſub Rubrica de datio olei, in ſtatutis communis Belluni.

Ne quis occulte facere debeat Becchariam; & pena impoſita contrafacienti. Cap. CC.

STatuimus, ut datium libretæ melius incantetur, & magis locetur, ſive diſtribuatur plus offerenti, quod omnes becchariì debeant vendere publice, palam, & non in occulto carnes in ſuis becchariis, ſub pœna ſol. viginti parvorum pro qualibet libra carnium vendita in occulto, & quilibet poſſit accuſare, & habeat medietatem banni, & hoc credatur uni teſti bonæ famæ cum ſacramento teſtis, & accuſantis, ſive denuntiantis.

Qualiter conducentes Caſeum, Oleum, Carnes, & ſimilia, & ea vendiderint infra quintam diem, ſolvere non teneantur. Cap. CCI.

STatuimus, quod quælibet perſona forenſis, quæ conduxerit de extra diſtrictum oleum, vel mel, caſeum, & carnes ſalitas ad vendendum ad civitatem Belluni poſſit dictas res, caſeum, & carnes vendere civibus, & diſtrictualibus Belluni libere abſque aliquo datio, ſolvendo alicui datiario, vel mudario communis Belluni. Dum tamen dictas res vendat infra dies quinque poſtquam venerit ad civitatem Belluni, & eas vendat in civitate, vel burgis a ponte ardi citra: & a fontana della caza citra: & a ponte Plavis citra. Hoc addito, quod ſi quis revenditor, vel ſtationarius emerit a dictis forenſibus de dictis oleo, melle, carne, caſeo, & carnibus, teneatur, & debeat ſolvere datium de dictis rebus per eum emptis a dicto tali forenſe datiario libretæ quando ement: & nihilominus ſolvere datium dictarum rerum, etiam quando vendent ſecundum formam ſupradictorum ſtatutorum, & intelligatur revenditor quicumque emerit de dictis rebus ultra id, quod eſt ſibi neceſſarium pro uſu ſuo in domo ſua, & ſi tranſactis dictis quinque diebus dictus forenſis venderet, vel alienaret de dictis rebus: tunc ſolvere teneatur datium datiariis libretæ ſecundum formam ſtatutorum.

Digitized by Google

Qualiter pro beſtiis mortuis a Lupis, vel aliis, datium Libretæ quis ſolvere non teneatur. Cap. CCII.

STatuimus, quod ſi quæ beſtiæ interficerentur a lupis, vel ab aliquibus aliis ferris, vel caderent de corda, vel alio modo devaſtarentur: & dictæ beſtiæ poſtmodum dividerentur inter homines ſuæ jurariæ ſecundum conſuetudinem ipſorum: vel ipſæ, cujus eſt beſtia venderet ubique extra civitatem non teneatur ſolvere datium libretæ pro talibus carnibus ſic datis: nec aliquod aliud datium.

Quod nullus Forenſis poſſit accipere aliquod datium Communis Belluni. Cap. CCIII.

STatuimus, quod nullus homo, nullaque perſona forenſis audeat, vel præſumat per ſe, vel interpoſitam perſonam accipere aliquod datium communis Belluni in toto, vel in parte; ſub pœna librarum centum parvorum. Et ſimiliter nullus civis, vel diſtrictualis Belluni audeat, vel præſumat accipere aliquod datium communis Belluni pro aliquo forenſe in toto, vel in parte, ſub dicta pœna: & nihilominus talis locatio non valeat, nec teneat, & intelligatur forenſis quicumque non facit factiones cum commune Belluni.

De Statutis intelligendis ad Litteram, prout jacent. Cap. CCIV.

STatuimus, quod omnia Statuta in hoc volumine ſcripta, tam præſentia, quam futura intelligi debeant ad litteram prout ſcripta jacent: ita ut nullam recipiant interpretationem, niſi eam, ex qua appareat, quæ fuerit mens condentium ipſa.

HÆC

Digitized by Google

HÆC SUNT STATUTA COMPILLATA SUPER MUDA D. EPISCOPI CIVITATIS BELLUNI.

Quæ, quomodo, & quando percipi poſſint ab Epiſcopo, vel habentibus cauſſam ab eo ſuper rebus in, vel extra diſtrictum Belluni conductis ex Conſilio Generali Communis Belluni.

ITem ſtatuit, & ordinavit Conſilium Generale communis Belluni, quod per D. Epiſcopum Belluni, ſive ejus factores, vel habentes cauſſam ab eo, percipiatur, & percipi poſſit, & debeat muda de rebus infraſcriptis, prout inferius continetur.

PRimo, pro qualibet ſoma bacinorum, duos bacinos, vel ſol. triginta duos parvorum ad voluntatem, & electionem ipſius D. Epiſcopi, vel ejus mudarii, & intelligatur ſoma ponderis librarum cccc. a conducentibus de extra diſtrictu Belluni, extra diſtrictum Belluni, & etiam in ratione ſomæ ſolvatur pro rata.

I.

Item pro quolibet equo onerato mercimoniis ponderis librarum tercentarum ſoldos quinque parvorum, & ſi minus, pro rata ſolvatur, ut ſupra.

II.

Item pro qualibet ſoma vini plauſtrizati, conducendo in Alemaniam, ſeu ad partes Alemaniæ extra Cadubrium, groſſum unum onerando extra diſtrictum Belluni.

III.

Item pro quolibet equo, vel alio animali ponderato, ſeu onerato vino extra diſtrictum Belluni, eundo extra diſtrictum Belluni, groſſum unum.

Digitized by Google

I V.

Item pro qualibet ſoma bladi conducta de partibus ſuperioribus in diſtrictum Belluni, quæ conduceretur extra diſtrictum Belluni, ſive cum equis, ſive cum plauſtris, ſive in zattis, vel aliquo alio modo, groſſum unum pro ſoma, & in ratione ſomæ.

V.

Item pro quolibet vaſe picis & raſæ, quæ conducuntur de cimoleſio, vel aliunde in diſtrictum Belluni, & conducerentur extra diſtrictum Belluni ſold. quinque parvorum pro vaſe illius quantitatis, cujus ſunt vaſa, quæ conſueverunt venire de cimoleſio: & ſi eſſent majora, ſolvere debeant pro rata in ratione ſomæ ſold. quinque parvorum.

V I.

Item pro quolibet barili largati ab equo conducto, ut ſupra, & portato ut ſupra, unum aquilinum, & ab inde ſupra ſold. quinque parvorum pro ſoma: & in ratione ſomæ, ut ſupra.

V I I.

Item pro omnibus mercimoniis, quæ conducuntur de extra diſtrictum Belluni, & conducuntur extra diſtrictum Belluni in plauſtris, vel aliter a conducentibus ea extra diſtrictum Belluni ſol. quinque pro ſoma, & in ratione ſomæ: Salvo, quod de ſupradictis, de quibus percipi, & haberi debetur, ut ſupra. Intelligendo ſomam ponderis librarum cccc. ut ſupradictum eſt: ſalvo, quod portantes ad dorſum, nil ſolvere debeant.

V I I I.

Item pro quolibet caſtrato, multono, hirco, pecude, & capra conductis de extra diſtrictum Belluni eundo, & conducendo extra diſtrictum Belluni parvorum quatuor pro quolibet capite a conducentibus de extra diſtrictum Belluni.

IX.

Item pro quolibet capretto & agno, qui non ſint tonſi, conductis ut ſupra parvos duos.

X.

Item pro quolibet bove, & qualibet vacca, & quolibet manzo, & qualibet manza conductis ut ſupra, ſoldum unum pro capite.

XI.

Item pro quolibet vitulo, & qualibet vitula a lacte parvos ſex.

XII.

Item pro quolibet porco, & qualibet porca conductis ut ſupra, ſoldum unum pro quolibet capite.

XIII.

Item pro quolibet plauſtro ſcatolarum, paraſidum, cazarum, & dogarum conductarum de extra diſtrictum Belluni eundo extra diſtrictum Belluni ſold. quinque parvorum.

XIV.

Item pro quolibet ligno, & qualibet talea factis in Epiſcopatu Belluni conducendo extra diſtrictum Belluni, ſoldum unum.

XV.

Item pro quolibet dogarento facto in Epiſcopatu Belluni in conducendo extra diſtrictum Belluni parvum unum.

XVI.

Item pro quolibet centenario dogarentorum conductorum de extra diſtrictum Belluni in conducendo extra diſtrictum Belluni ſoldos quatuor parvorum pro centenario, & in ratione centenarii.

Item

XVII.

Item pro quolibet raſo, ſive magno, ſive parvo arborum, ſive antennellarum, ſpagetæ, & remorum, ac aliorum aventaminum rotundorum, factorum in Epiſcopatu Belluni, in conducendo extra diſtrictum Belluni, habere debeat decimam ipſorum, ſeu æſtimationem.

XVIII.

Item pro quolibet raſo antenellarum parvarum conductarum de extra diſtrictum Belluni, conducendo extra diſtrictum Belluni pro unoquoque remo, quem habebit ipſe raſus in eo, aquilinos tres.

XIX.

Item pro quolibet raſo arborum, ſpagetæ, & ventaminis, pro unoquoque homine, ſeu pro unaquaque broccha conductis de extra diſtrictum Belluni, conducendo extra diſtrictum Belluni, tres aquilinos.

XX.

Item pro quolibet raſo remorum conductorum de extra diſtrictum Belluni, eundo, ſive conducendo extra diſtrictum Belluni, ſol. viginti parvorum.

XXI.

Item pro quolibet milliarii tallearum, conductarum de extra diſtrictum Belluni, & conducendo extra diſtrictum Belluni, a conducentibus, ſeu conduci facientibus, libras decem parvorum pro quolibet milliario, & in ratione milliarii.

XXII.

Item de lignamine facto in plebatu Alpagi pro comburendo, dato quod non conduceretur extra plebatum Alpagi, a conducentibus habere debeat decimam ipſius lignaminis.

Item

XXIII.

Item Statuerunt, & ordinaverunt, quod per præcedentia ſtatuta, nec per confirmationem de eis factam, nec fiendam, non derogatum eſſe intelligatur in toto, nec in parte alicui decreto, nec ordinamento præfati Illuſtriſſimi Dominii Noſtri Venetiarum, ſeu ejus mandato facto, vel confirmato: ædito, nec ædendo.

Expliciunt Statuta Communis Belluni.

Digitized by Google

AD MAGNIFICÆ CIVITATIS
BELLUNI.
STATUTORUM
LIBROS QUATUOR

Decreta , Partes , ac Terminationes nunc primum additæ.

Quod Cives Civitatis Belluni ſint Cives Venetiarum de intus.

Ex Regeſto Ducali A. fol. 9.

MICHAEL STENO DEI GRATIA DUX VENETIARUM &c. Univerſis , & ſingulis , tam Amicis , quam fidelibus , tam præſentibus, quam futuris, præſens Noſtrum Privilegium inſpecturis, Salutem , & ſinceræ dilectionis affectum .

SI dignitatis noſtræ cura ſolerter invigilat ad noſtrorum honores , & commoda ſubjectorum , agere quidem digne credimus , ſi Bellunenſem Civitatem Noſtram, quam utique fide plenam , & fidelium devotorum non vacuam , interna cordis affectione proſequimur , aptis , & compendioſis honoribus decoramus : his præſertim , ubi intereſſe Noſtræ Reip. vertitur , & ejuſdem Civitatis, ac Civium quominus utilitas procuratur; nam hoc modo Solium Eccellentiæ Noſtræ Ducalis extollitur , & ipſorum fides erga Nos ferventius excitatur . Supplicationibus itaque dictæ Comunitatis Belluni , & Civium , ac Incolarum ejus benignius inclinati , noſtrorum Conſiliariorum deliberatione præhabita , ipſos , & eorum quemlibet in Cives Urbis Noſtræ Venetiarum de intus tantum fecimus ,

& facimus, & pro Venetis, & Civibus Noſtris de intus tantum haberi, & procurari ab hodierna die in antea omni affectu, & plenitudine volumus, & tractari. Statuentes, quod ſingulis libertatibus, beneficiis, & immunitatibus quibuſcumque, quibus alii Cives, & Veneti Noſtri de intus tantum gaudent, & perfrui dignoſcuntur, ipſi Cives Civitatis Belluni, & eorum quilibet in Venetiis tantum, perpetuo gaudeat, & utatur. Cum conditione, quod in Fontico Teuthonicorum, ſeu cum Teuthonicis mercari non poſſint ſecundum formam Conſilii. In præmiſſorum autem fidem, & evidentiam pleniorem præſens Privilegium fieri juſſimus, & Bulla Noſtra plumbea pendente muniri.

Datum in Noſtro Ducali Palatio die ultimo Novembris Ind. xv. 1406.

Quod Promiſſiones, conceſſiones, & pacta obſerventur ad litteram prout jacent.

Ex Regeſto Ducali A. fol. 7.

MICHAEL STENO D. G. Dux Venetiarum &c. Nobb. & Sapp. Viris Jacobo Treviſano de ſuo mandato Poteſtati, & Capitanio Civitatis Belluni, & Succeſſoribus ſuis fidelibus dilectis, & Dilectionis affectum.

Significamus Vobis, quod in Noſtris Conſiliis Rogatorum, & Additionis in milleſimo quadrigenteſimo ſexto, Ind. 15. die 17. menſis Februarii capta fuit Pars infraſcripti tenoris, vid.

QUia Communitatibus, & hominibus Terrarum, & locorum aquiſitorum de novo ſunt factæ multæ promiſſiones, conceſſiones, & pacta, & alia ſimilia; & omni die compareant perſonæ cum petitionibus, vel aliæ informationes dantur, aut proviſiones fiunt, per quas interdum pro non habendo menti ea, quæ promiſſa, vel conceſſa ſunt, ſcribuntur litteræ, & fiunt præcepta Rectoribus in forma, quæ eſt contra dictas promiſſiones, pacta, vel conceſſiones; & hoc modo multæ inconvenientiæ ſecutæ ſunt, & ſequi poſſent in diminutionem fidelitatis dictorum noſtrorum ſubditorum; & bonum ſit providere. Vadit Pars; Quod ſcribatur, & præcipiatur omnibus Noſtris Rectoribus dictorum locorum, & terrarum aquiſitorum de novo, & addatur in eorum commiſſionibus, quod debeant dictas promiſſiones, conceſſiones, & pacta obſervare ad litteram prout jacent, & omni vice, qua ſibi ſcriberetur, vel mandaretur aliquid per noſtrum.

noſtrum Dominium, quod ſit contra pacta, promiſſiones, & conceſſiones noſtras, debeant dicti Noſtri Rectores reſcribere, & informare Nos, in quo, & qualiter illud tale mandatum ſit contra dicta pacta, conceſſiones, & promiſſiones per Nos factas; ut noſtrum Dominium poſſit providere, aut per Dominium, aut per Collegium, aut cum Conſilio Rogatorum, prout melius videbitur, mandantes vobis, quatenus dictam partem, in quantum ad vos ſpectat, debeatis obſervare, & facere inviolabiliter obſervari; faciendo has Noſtras litteras in Cancellaria veſtri Regiminis ad futurorum memoriam regiſtrari.

Datum in Noſtro Ducali Palatio die ultimo Februarii Ind. xv. 1406.

Quod habitator Civitatis Belluni, vel habens parentellam in dicta Civitate non poſſit, nec debeat eſſe Vicarius, Cancellarius, Socius, miles, &c. & qui fuerit Vicarius &c. non poſſit habere denuo offitium, niſi poſt quinque annos.

Ex Regeſto Ducali A. fol. *9*.

MICHAEL STENO Dei Gratia Dux Venet. &c. Nobb. & ſapp. Viris Benedicto Treviſano de ſuo mandato Poteſtati, & Capitaneo Civitatis Belluni, & ſucceſſoribus ſuis fidelibus dilectis, ſalutem, & dilectionis affectum.

IVerunt ad præſentiam Noſtram Oratores fidelis Communitatis Civitatis noſtræ Belluni porrigentes ſuppliciter aliqua Capitula, petentes ſubuentionem, & gratiam noſtram pro alleviatione expenſarum dictæ Communitatis.

Omiſſis.

Ad aliud Capitulum, per quod ſupplicant, quod pro honore noſtro, & bono Regimine Civitatis, & Diſtrictus Belluni, aliquis Civis, vel habitator Civitatis Belluni, vel habens parentellam, vel affinitatem aliquam in dicta Civitate Belluni, non poſſit, nec debeat eſſe Vicarius, Cancellarius, Socius, Miles, vel comeſtabilis Baroveriorum dictæ Civitatis, & Diſtrictus Belluni aliquo tempore ſub aliquo Poteſtate, & Capitaneo ipſius Civitatis, & Diſtrictus; & quod quilibet, qui fuerit Vicarius, vel Cancellarius, vel Socius, Miles Poteſtatis Belluni, vel Comeſtabilis Baroveriorum, non poſſit, nec de-

debeat recipi , nec habere dictum officium Vicariatus , Cancellariæ ; Socii , Militis , vel Comeſtabilis Baroveriorum in dicta Civitate Belluni , uſque ad quinque annos proxime tunc futuros , & elapſos .

Reſpondimus , quod ſumus contenti de contentis in hoc Capitulo dictæ Communitati complacere .

Omiſſis.

Datum in Noſtro Ducali Palatio die 25. menſis Januarii Ind. III. 1409.

Privilegia indulta per Sereniſſimum Dominium Venetiarum Civitatis Belluni.

Ex Regeſto Ducali C. fol. 1.

THOMAS MOCENIGO DEI GRATIA DUX VENETIARUM &c.

UNiverſis , & ſingulis , tam amicis , quam fidelibus præſens Privilegium inſpecturis , facimus manifeſtum , quod ad noſtram præſentiam comparentes Egregii , & Prudentes Viri ſ. Aldobrandinus de Doyono , ſ. Michael de Milliario , ſ. Marius de Paxa , & ſ. Andreas de Perſiginis Ambaſciatores Egr. & Sapp. Virorum Gardeſani de Salodro LL. Doctoris , Vicarii , & Rectoris, & Communis , & Conſilii Civitatis Belluni Noſtro Dominio obtulerunt Civitatem Belluni , Caſtrum , & Fortilitia de extra , ponere in poteſtate , & manibus Noſtri Dominii , ſalvis perſonis , & habere, & ultra oblationem prædictam , nobis porrexerunt aliqua Capitula ex parte Communitatis Civitatis Belluni prædictæ .

Nos vero volentes erga dictam Communitatem , humanitatem , & benignitatem noſtram oſtendere , dictam oblationem acceptantes , fuimus contenti accipere , & acceptare libere in manibus, & Poteſtate noſtra dictam Communitatem Civitatis Belluni : Caſtrum , & alia fortilitia de extra cum munitionibus dictæ Communitatis in Caſtro , & fortilitiis prædictis exiſtentibus , ſalvis perſonis , & havere , & ad eorum Capitula Noſtro Dominio porrecta facimus reſponſiones infraſcriptas.

Omiſſis.

Ad quartum continens, quod dignetur ipſa prælibata Dominatio committere Rectoribus , & Officialibus ſuis , quod regant prædi-

ctam

Digitized by Google

ctam Civitatem ſecundum formam Statutorum, & conſuetudinum antiquarum prædictæ Civitatis, & ipſis deficientibus ſecundum formam juris communis: quæ Statuta, & conſuetudines prædictas dignetur ipſa Dominatio obſervare, & obſervari facere, prout jacent, & hactenus obſervata ſunt. Reſpondemus, quod committemus Rectori noſtro, quod miniſtret jus, & juſtitiam ſecundum Statuta, & conſuetudines Civitatis prædictæ conſuetas, & conſueta obſervari tempore, quo habebamus Dominium, & ipſis deficientibus ſervetur jus commune.

Omiſſis.

Ad ſextum continens, quod ſit licitum Civibus Civitatis Belluni, & diſtrictus poſſendi de alieno Territorio conducere, & conduci facere frumentum, & alia quævis blada, & victualia de Territorio, & per Territorium prælibatæ Dominationis ad hanc Civitatem, & diſtrictum, ipſis ſolventibus Dacia, Pedagia, & Gabellas conſuetas.

Reſpondemus, quod ſumus contenti, quod fiat eis, prout in dicto capitulo continetur, intelligendo per terram ſolummodo, & accipientibus ipſis bulletas a Rectore locorum noſtrorum.

Ad ſeptimum continens, quod Cives, & diſtrictuales Civitatis, & diſtrictus Belluni, qui habent poſſeſſiones, & bona immobilia in diſtrictu Tarviſino, Cenetenſi, & alibi Territorii prælibatæ Dominationis, ſi conduxerint, ſive conduci fecerint de loco ad locum prælibatæ Dominationis, vinum, blada, vel alia naſcentia in eorum poſſeſſionibus prædictis, non teneantur ad aliquam ſolutionem pedagii, vel gabellæ, nec cogi poſſint quovis modo per officiales, Cives, & habitatores Territorii Tarviſini, Cenetenſis, vel alios Territorii prælibatæ dominationis, niſi prout ſolvunt, & ſolvere conſueti ſunt Cives, & habitatores Tarviſini, & Cenetenſes, & alii aliorum locorum prælibatæ Dominationis.

Reſpondemus, quod ſumus contenti concedere Civibus originariis dictæ Civitatis de gratia, prout, & ſicut petunt, & continetur in in dicto Capitulo. Sed quod hæc conceſſio hujus Capituli habere debeat vigorem, & executionem ſolummodo quando erunt elapſi termini Daciorum, ſive Mudarum, quæ ſunt ad præſens affictata in Tarviſino, & Cenetenſi.

Omiſſis.

Ad decimum continens, quod prælibata Dominatio dignetur dimit-

mittere introitus dictæ Communitatis, & Diſtrictus Belluni ipſi Communitati, prout hactenus conſuetum eſt, cum ipſa Communitas parata ſit expenſas facere conſuetas, & ſolvere Poteſtati, Caſtellano Caſtri, & aliis Capitaneis fortilitiorum Civitatis Belluni de dictis introitibus ſecundum ſummam conſuetam tempore præterito Dominii ipſius prælibatæ Dominationis.

Reſpondemus, quod ſumus contenti, quod exigant introitus dictæ Civitatis, ſecundum quod petunt, & teneantur facere expenſas Rectoris, Caſtellani Caſtri, & ſtipendiariorum, & fortiliciorum intus, & extra, ſecundum quod terminabitur per Noſtrum Dominium, pro cuſtodia tenenda in Civitate, & fortilitiis prædictis, & reparationibus fiendis in Civitate, & Caſtris prædictis, & munitionibus in eis tenendis, & ſecundum quod de tempore in tempus fuerit neceſſarium, & dantibus ipſis Noſtro Dominio ſingulo anno ducatos mille pro cenſu, prout conſueti erant ſolvere: quos ducatos mille ſolvere debeant ſingulo anno in die Beati Marci Evangeliſtæ de menſe Aprilis, & prima ſolutio incipiat de milleſimo quatuorcenteſimo vigeſimoprimo, & ſic ſucceſſive ſervetur de anno in annum, quos ſolvere debeant hic Venetiis Dominio Noſtro.

Omiſſis.

In fidem autem, & evidentiam pleniorem præmiſſorum, præſens Privilegium fieri juſſimus, & Bulla noſtra plumbea pendente muniri.

Datum in Noſtro Ducali Palatio, die 24. menſis Aprilis, Ind. XIII. 1420.

Quod Communitas poſſit diſponere de flumine Cordubii, tamquam de re ſua.

Ex Regeſto Ducali C. fol. 40. t.

FRANCISCUS FOSCARI D. G. Dux Venet. &c. Nobb. & Sapp. Viris Andreæ Marcello de ſuo mandato Poteſtati, & Capitaneo Civitatis Belluni, & Succeſſoribus &c.

VIdimus ſupplicationem Jacobi de Guilielmo, & Hæredum quondam Jacobi Rugerio, per quam petunt, quod ſibi concedere dignemur, quod quædam conceſſio, ſive affictatio alias eis facta per illam Communitatem de flumine Cordubii per annos decem, qui nunc expirant, eis confirmetur per alios decem annos.

Vidi-

Vidimus reſponſionem, & opinionem veſtram, audivimuſque Oratores illius Communitatis, unde omnibus bene conſideratis, deliberavimus non facere talem gratiam, ſed relinquimus in libertate, & arbitrio ipſius Communitatis ſuperinde diſponendi, & faciendi, tamquam de re ſua, ſicut ſibi videbitur, & placebit. Verum, ſicut dictis Oratoribus diximus, ita, & vobis ſcribimus, quod laudamus, & ſuademus ſecundum opinionem veſtram, quod, ſi illa Communitas deliberabit flumen Cordubii denuo affictare, erga ipſos ſupplicantes utatur omni humanitate poſſibili, & illos ſuſcipiat recomendatos, ut reſpectu magnorum laborum, & ſumptuum præteritorum, ſi poſſibile fuerit, ſentire poſſint aliquod commodum in futurum.

Datum in Noſtro Ducali Palatio die 13. Septembris Ind. x. 1440.

Quod Rectores, & Judices per octo dies ante exitum ſui regiminis non poſſint aliquam facere ſententiam.

Die 15. Septembris 1450. *in Excelſo Conſilio Decem.*

QUod Poteſtas, & Judices in regimine Civitatum conſtituti per octo dies ante exitum ſui Regiminis, nullam poſſint facere Sententiam nec de maleficiis, nec de damnis datis, nec de injuriis, nec etiam in civilibus, & ſi facta fuerit Sententia, ipſo jure ſit nulla, & nullius valoris, & vigoris: & mandetur Advocatoribus, & Auditoribus, quod prædictum ordinem obſervari faciant inviolabiliter ab omnibus.

Qui ſolverit uniformem penſionem per annos 50. nec conſtet, an jure Locationis id fuerit, præſumitur Livellus, & qui per 40. annos aliquid ſub uniformi penſione ab Eccleſia cognoverit, debeat inveſtiri.

Die 23. Decembris 1451. *in Rogatis.*

SI quis poſſederit in futurum per annos quinquaginta continuos, & ſolverit unam certam uniformem penſionem continuam, licet non appareat, an de jure livelli, vel locationis ſolverit, nec de hoc conſtare poſſit per formam publicam, aut alio modo, aut præſumptione, quod in tali dubio intelligatur, quod talis perſona ſolverit jure livelli: & quod ex talibus continuis ſolutionibus uniformibus præſumatur eſſe livellum, & ſic poſſit, & debeat inveſtiri de, eo uti livellarius.

Et

Digitized by Google

Et quod illi, qui recognoverit aliquid ab Eccleſia per ſpatium annorum quadraginta ſub uniformi penſione, debeant inveſtiri ab ipſis Eccleſiis ſub forma ſupraſcripta, prout jus diſponit.

Quod Milites, Comeſtabiles, Viatores, Baroverii &c. non poſſint pro itinere, & pignoratione accipere ultra limitatum per Statuta, vel per Conſilium.

PASCHALIS MARIPETRO D. G. Dux Venetiarum &c. Nobb. & Sapp. Viris Thomæ Michael de ſuo mandato Poteſtatis, & Cap. Civitatis Belluni, & Succeſſoribus ſuis fidelibus dilectis ſalutem, & dilectionis affectum.

Significamus Vobis, quod in Noſtro Conſ. Rogatorum die 28. Januarii prox. præteriti capta fuit Pars tenoris infraſcripti. Vid.

QUoniam officium noſtrum eſt, ut omnibus Juſtitia miniſtretur, quod fieri non extimatur, niſi, quod juſte decretum eſt, juſte etiam exequatur: ea propter corruptelas in Terris, & locis noſtris introductas contra mentes, & ſcientias noſtras, ex quibus creditoribus non ſatisfit, & continuis expenſis afflictiones adduntur afflictis debitoribus, & ſatellites aluntur ex calamitatibus, & ſanguine pauperum.

Vadit Pars, quod milites, Comeſtabiles, viatores, Baroverii, & omnes alii, qui ad exigendum fuerint deputati, quoviſmodo accipepere, ſeu habere non poſſint a debitoribus, niſi pignus, vel debiti ſolutionem, expenſas vero itineris nullo modo accipere poſſint, niſi de eo, quod pignoraverint, ſive in totum, ſi acceperint pignus ſufficiens, ſive per ratam de eo, quod pignoraverint, & has expenſas habeant a creditoribus, vel maſſariis vendentibus pignora; quæ tamen expenſæ ponantur ad rationem debiti ſub pœna privationis officii, & ſtandi per unum diem in Barlinam irremiſſibiliter: Non poſſint ergo præfati exequutores ire in poſſeſſionem ſub eadem pœna, & non poſſint accipere ultra taxam limitatam per Statuta ſua, ſeu per ordines Civitatis ſub eadem pœna; quam taxam nullus Rector, vel Judex poſſit augere ſub pœna Duc. 100., & privationis Officii: Præterea nullus Prætor, vel Judex poſſit Committere plures, quam tres commiſſiones, nec Notarius notare ſub pœna cuilibet contrafacienti Duc. 100. & privationis Officii; quæ commiſſiones fiant juxta modos, & ordines per ſtatuta ſua declaratos, vel qui per Conſilia ſua determinabuntur, cum præſentia, & conſenſu, Rectorum: & tertia commiſſio firma, & valida perduret uſque ad totius cauſæ expeditionem, ſive debiti exactionem: Quare cum præfato conſilio mandamus vobis, quod hanc partem, & delibe-

liberationem Noſtram obſervetis, & facietis inviolabiliter obſervari, præcipiendoque eam in locis ſolitis veſtri Regiminis publice proclamari, ac etiam ſignificando Rectoribus, ſive Officialibus, & Vicario illius Territorii noſtri, ut omnibus nota ſit; & demum volumus, quod partem ipſam in illa Cancellaria, & aliis locis ubi opus erit, ad futurorum memoriam regiſtrari faciatis.

Datæ in Noſtro Ducali Palatio: die 3. Menſis Februarii Ind. VI. 1457.

Quod Animalia Bovina a laborerio non accipiantur pro pignore.

Die 2. Decembris. 1458.

SErvatur in civitatibus, terris, & locis noſtris partium terreſtrium quædam conſuetudo, quæ eſt inhumana, & tandem ob eam multi, & infiniti ſubditi noſtri, & diſtrictuales ipſarum civitatum, & locorum noſtrorùm ad extremam miſeriam deducuntur, & territoria noſtra coguntur deſerere, & vagari per alienas terras cum pauperculis familiis ſuis; nam eſt certiſſimum, quod principale fundamentum, & vita ipſorum diſtrictualium exercentium agriculturam conſiſtit in animalibus ſuis a laborerio, quibus cum privantur, privantur propria vita, quando laborare non poſſunt poſſeſſiones, & ſubſequenter non recolligunt, & non poſſunt ſolvere datias noſtras, & alia debita ſua; Sequitur etiam, quod poſſeſſiones efficiuntur incultæ, & vigræ cum maximo damno illorum, quorum ſunt; quæ inconvenientia ſequuntur, quia, ſi aliquis dictorum diſtrictualium eſt debitor pro debito publico, aut privato, pignorantur, & accipiuntur ipſa animalia a laborerio, quæ ponuntur in hoſpitiis cum maxima expenſa, & venduntur cum ejus totali conſumptione; & cum ſit res pia, & humana ſuper his providere: ideo

Vadit Pars, quod de cætero pro aliquo debito publico, vel privato non poſſint accipi pro pignore animalia a laborerio bovina modo aliquo, vel ingenio, neque tangi, neque vendi: ſed executiones debiti ipſorum diſtrictualium fieri poſſint contra perſonas debitorum, & alia quælibet bona ſua tam mobilia, quam immobilia ſine aliqua dilatione. Declarando, quod, ſi iſti diſtrictuales, & ſubditi tenerent, aut haberent plura animalia bovina a laborando, quæ eſſent inneceſſaria pro poſſeſſionibus, quas laborant, hoc committatur Rectoribus noſtris, ut intelligant, & examinent, &, ſi plura animalia bovina habebunt, quæ non ſint eis neceſſaria, illa plura accipi poſſint pro debitis antedictis perſolvendis. Declaratur etiam, quod, ſi aliqua ex civitatibus, terris, & locis noſtris haberet privilegium,

& commiſſionem a noſtro Dominio, quod pro debitis aliquis perſonaliter retineri non poſſit, propter hoc non intelligatur eidem privilegio eſſe derogatum, ſed ſerventur illis ea, quæ conceſſimus: & hoc ſcribatur, & mandetur omnibus Rectoribus civitatum.

Quod pro aliquo debito publico, vel privato non poſſint intromitti, neque pro pignore accipi, Boves, Currus, Vomeres, & alia omnia Inſtrumenta pertinentia ad Agriculturam.

1461. 20. Octobris. *In Rogatis.*

Alias 1458. die 11. Decembris pro evidenti utilitate Subditorum, & diſtrictus Terrarum, & locorum noſtrorum a parte terræ, in iſto Conſilio captum fuit: Quod pro aliquo debito publico, vel privato non poſſint accipi pro pignore Animalia Bovina a laborerio modo aliquo, vel ingenio, neque tangi, vel vendi, ſed executio debiti ipſorum diſtrictualium fieri poſſit contra perſonas debitorum, & alia quælibet bona ſua tam mobilia, quam immobilia, quæ Pars utiliſſima fuit, prout clariſſime compertum eſt: Verum ab aliquo tempore citra cœptum eſt, dictis ſubditis diſtrictualibus noſtris accipi pro pignore Currus, vomeres, falces, & alia inſtrumenta pertinentia ad Agriculturam, quibus privati coguntur deſerere terras, & loca noſtra, & per alia vagare cum pauperculis famulis ſuis, & etiam ſit humanum ſuper hoc providere: maxime, quia in aliquibus ex terris noſtris per Statuta ipſarum prohibitum eſt, ſimilia Inſtrumenta accipere pro pignore.

Vadit Pars, quod de cætero pro aliquo debito publico, vel privato non poſſint intromitti, & accipi pro pignore Boves, Currus, falces, vomeres, & alia omnia inſtrumenta pertinentia ad Agricolturam; ſed poſſint pro debitis ipſi Subditi, & diſtrictuales pignorari in perſonis, & eorum quælibet bona tam mobilia, quam immobilia vendi.

Et ſcribatur, & mandetur omnibus Rectoribus noſtris Civitatum, & locorum noſtrorum, quod hanc Partem obſervare debeant, & inviolabiliter obſervari faciant, ſub pęna Ducat. 100. in ſuis propriis bonis, & eam publicari facere in locis conſuetis ſuorum Regiminum, & in actis ibi regiſtrari.

Quod

Digitized by Google

Quod credatur paſſo damnum in ſuis poſſeſſionibus, uſque ad ſummam librarum quinque parvorum cum juramento.

Ex lib. I. Proviſionum fol. 377.

1471. 25. Auguſti. *Pars Conſilii Majoris Civitatis Belluni.*

DIe vigeſimoquinto Auguſti 1471. In Sala Palatii Civitatis Belluni, convocatum fuit Conſilium Majus dictæ Civitatis mandato &c. In quo interfuerunt Conſiliarii n. 36. Et inter cætera, cum Magnificus D. Poteſtas, & Capitaneus audiviſſet quamplures perſonas conqueri, eorum poſſeſſiones devaſtari, & fructus ex dictis poſſeſſionibus ſine eorum licentia arripi: & bonum eſſet ſuper his providere: propterea poſuit partem infraſcriptam. Vid.

Quod addendo Statuto ſuper hoc diſponente, de cætero, quando aliquis paſſus fuerit damnum in aliqua ſua vinea, Horto, Clauſura, vel poſſeſſione, & datorem damni per teſtes probare non poſſet, tunc credatur ipſi paſſo damnum uſque ad ſummam librarum quinque parvorum, ipſo tamen jurante, ſe tantum damnum paſſum fuiſſe, remanentibus etiam firmis omnibus, & quibuſcumque aliis proviſionibus ſuper hoc factis: Unde facto partito ad buſſulos, cum ballotis, quod qui volunt, & quibus placet, quod ſupraſcripta Pars capiatur, prout jacet, ponant eorum ballotas in buſſulo rubeo affirmativo, præmiſſo partito buſſuli albi negativi: in quo nulla ballota reperta fuit. Cum interpoſitione Decreti Magnifici D. Rectoris.

Quod appellari non poſſit a ſententiis latis ad publicum arrengum in Criminalibus, neque a ſententiis latis a libris viginti-quinque infra.

Ex Regeſto Ducali C. fol. 123. t.

JO: MOCENICO D. G. Dux Venetiarum &c. Nobb. & Sapp. Viris Peratio Maripetro de ſuo mandato Poteſtati, & Capitaneo Civitatis, & Diſtrictus Belluni, & Dominico Mauroceno, & Sociis Sindicis noſtris a parte Terræ ſucceſſoribus &c. ſuis &c.

PRudens Vir, & Orator iſtius fideliſſimæ Communitatis noſtræ Bartholomeus Perſicinus nobis expoſuit, quod ſententiæ latæ ad publicum arrengum in Criminalibus, tam ex forma Privilegiorum, & Statutorum ſuorum, quam ex quadam vetere conſuetudine

 ſunt

ſunt inappellabiles : Item , quod a ſententiis latis iſtic a libris 25. infra , nemo appellari poſſit . Quæ, quamvis ita ſint , & quamvis & multi ordines noſtri ſint capti ad confirmationem rerum ſuprascriptarum , tamen in dies his ordinibus contrafit , & vos Sindici, vel Auditores aſſumitis vobis multas cauſſas , quas appellabiles facitis contra duo prædicta contenta in Privilegiis, & Statutis iſtius Noſtræ fideliſſimæ Communitatis , & promiſſionibus Noſtris , & quia honeſtum eſt , & volumus , ut Privilegia , & Statuta ipſius Communitatis , & Proviſiones , quas ſibi fecimus , ſibi ad unguem obſerventur , propterea vobis Sindicis mandamus , ut in ſententiis latis iſtic in Criminalibus ad publicum arrengum , & in his etiam a libris vigintiquinque infra nullo modo vos impedire debeatis , quia nolumus debere contrafieri Privilegiis, & Statutis iſtius Communitatis, & Proviſionibus, quas ſibi fecimus: Dicentes Vobis Poteſtati, & Capitaneo, ſi ſupraſcripti Sindici aliquid ad vos ſcripſerint contra prædicta duo omnino obſervanda , nulla ratione ipſis, vel eorum litteris parere debeatis ; has autem Noſtras ad ſucceſſorum memoriam regiſtrari facite ; & regiſtratas præſentanti reſtitui.

Datum in Noſtro Ducali Palatio die ultimo Octobris Ind. xv. 1481.

De præſcriptione triginta annorum.

Die 11. Junii 1496. *In Conſilio Decem cum additione .*

SUnt in hac urbe noſtra jamdiu oratores fideliſſimarum civitatum noſtrarum Paduæ, Veronæ, Tarviſii, & Foriulii , omnes conquerentes verbis plenis amaritudine, & dolore de quibuſdam confiſcationibus contra eos factis , & circa hoc adducentes plurima notabilia inconvenientia, & diſordines ſecutos, & ſecuturos, niſi convenienter provideatur . Idcirco cum nihil ſit , æque odioſum , & ſcandaloſum ex rationibus notiſſimis unicuique hujus Conſilii, quam hujuſmodi materia confiſcationum, ſitque in primis, & ante omnia reſcindenda radix, quæ parit tam malos fructus , removendaque facilitas a noſtris miniſtris deveniendi ad tales actus , ſine expreſſis , & evidentiſſimis rationibus , ut ſubditi noſtri potius ſentiant benignitatem, & liberalitatem ſtatus noſtri, quam timere habeant ſeveritatem, & rigorem alicujus noſtri Repreſentantis.

Vadit Pars , quod primum confirmatis, ſalvis, & reſervatis, ac in ſuo robore , & vigore permanentibus omnibus, & ſingulis Partibus, ordinibus , & legibus , in hac materia deliberatis tam per hoc, quam per conſilium Rogatorum , & maxime, ac potiſſimum

illis,

Digitized by Google

illis, quæ volunt, ac ſtatuunt non poſſe confiſcari, nec etiam aliquo modo inquiri, aut procedi ſuper poſſeſſionibus, & bonis quibuſcumque Dominii noſtri pacifice poſſeſſis per annos triginta: quæ quidem Partes, & leges cum omni plenitudine debeant cum omnibus ſuis capitulis, & conditionibus in eis appoſitis, & declaratis, non ſolum ad Paduanos, Veronenſes, Brixienſes, Ravennates, ac Foriulienſes, ſed etiam ad omnes alios fideles ſubditos noſtros indifferenter pertinere, adeoque ſuper prædictis per 30. annos pacifice poſſeſſis non ſolum fieri non poſſit aliqua confiſcatio, ſed nec acceptari aliqua denuntia, aut conſcientia, quæ porrigeretur alicui Magiſtratui noſtro. Captum præterea, & firmiſſime ſtatutum, additum, & ordinatum ſit de cætero authoritate hujus Conſilii cum additione quantum ad bona noſtri Dominii uſurpata, & poſſeſſa citra annos 30. quod in talibus cauſſis per nullum Rectorem, aut officialem noſtrum cujuſcunque generis tam intus, quam extra hanc civitatem noſtram procedi aliquo modo poſſit, niſi ſervato ordine infraſcripto, videlicet, quandocunque fiet denuntia, manifeſtatio, aut propalatio aliqua bonorum noſtri Dominii ab aliquo uſurpatorum a dicto tempore annorum 30. citra, tunc Rector, ſive Officialis, ſive alius, cui talis denuntia facta fuerit, teneatur illam præſentare, aut præſentari facere Capitibus hujus Conſilii cum omnibus aliis ſcripturis, quæ ſimul cum denuntia præſentatæ fuiſſent, aut allegatæ, & in hoc caſu ipſi Capita videre, & examinare debeant diligenter ipſam denuntiam, & ſcripturas eis præſentatas: & ſi eis videbitur talem manifeſtationem eſſe rationabilem, & non contravenire legibus, & ordinibus in hac materia diſponentibus, tunc venire poſſint, & ponere huic Conſilio, interveniente Collegio, de dando facultatem, & libertatem Rectoribus, aut officialibus, quibus res denuntiatæ fuiſſent, procedendi per Juſtitiam, & juxta eorum conſcientias, ad illos actus, prolationes, & ſententias, quæ ipſis videbuntur. Factis autem ſententiis, & proceſſibus, ſi ab ipſis ſententiis a parte ſententiata provocatum, & appellatum fuerit, denuo ipſi proceſſus, & ſententiæ præſentari debeant Capitibus antedictis, qui teneantur illas deducere ad Conſilium, interveniente Collegio, & ſi ex forma proceſſus, & ſcripturarum præſentatarum poſt denuntiam, & ambabus partibus productarum conſtiterit non fuiſſe contrafactum Partibus, & ordinibus ſupradictis, & maxime circa præſcriptionem annorum 30. in eo caſu per idem Conſilium dari, & deputari debeat illud, vel illa Conſilia, vel collegia auditura, vel determinatura ſuper appellatione dictarum ſententiarum, & actuum, ſicut conveniens fuerit judicatum juxta quantitatem, & importantiam rerum, & aliarum circumſtantiarum intervenientium, debeatque hic modus inviolabilirer obſervari. Et demum, ut eis modis in confiſca-

ſcationibus procedatur cum omni conſideratione, & maturitate, captum quoque, & ſtatutum ſit, quod nullus Officialis noſtræ hujus civitatis facere poſſit per ſe ſolum aliquo modo, forma, vel ingenio aliquam ſententiam pertinentem confiſcationibus: ſed fieri poſſint, & debeant ipſi actus pro majori parte illius magiſtratus, aut officialium, cui denuntia facta fuerit, aut manifeſtatio: ſervato tamen ordine ſupraſcripto, cui nullo pacto liceat contrafieri.

Quod in cauſſis ſpectantibus foro ſeculari non impetrentur Judices Eccleſiaſtici.

Die 25. Junii 1517. *In Conſilio Rogatorum*.

E' ſtato in ogni tempo proviſto per li progenitori noſtri, ſecondo le eſigenzie, e per leggi quanto ſi convien alla giuſtizia, è alla dignità del Stato noſtro; E non ſi ritrovando leze alcuna, che proveda ad uno pernizioſiſſimo inconveniente, che non ſolamente è dannoſo alla raſon delli privati, ma offende etiam la dignità del Stato noſtro, che li cittadini, e li ſudditi noſtri ſiano de tanta temerità, che li baſti l'animo de impetrar Giudici Eccleſiaſtici nelle cauſe civili, la cognizion delle quali aſpetta al foro, e Giudice ſecular, e con tal mezi indiretti citar in corte di Roma li ſuoi contraverſarii, over davanti altri Eccleſiaſtici Giudici impetradi, impediendo etiam il giudicio delli noſtri Giudici laici ordinarii, a conoſcer ſopra tal cauſe: dal che molte querele al coſpetto della Sig. N. e delli Avogadori di Commun ſi ſentono, non è da ſupportar per alcun modo, che tali temerarii vadino impuniti, ma è da provveder di opportuno rimedio, però

L'andarà Parte, che non ſia alcuno zentil'uomo, o cittadino noſtro, o altre perſone, ſia di che qualità, e condizion ſi voglia, che ardiſca, ovver preſuma per alcun modo, forma, ovver ingegno per sì, ovver per altri, directe, vel indirecte, ottenir, nè impetrar in corte di Roma, nè da alcun' altro Prelato, per via di Breve, ovver d'altra conceſſione, alcuno Giudice Eccleſiaſtico in cauſa alcuna ſpettante al foro ſecular, che vertiſca, ovvero vertir poteſſe davanti li Giudici noſtri laici di queſta Città, Rettori di fuora, o altri noſtri juriſdicenti, alli quali apparteneſſe tal cauſa, ovver cauſe conoſcer, e giudicar, nec aliquo modo impedir il foro ſeculare nelle cauſe a tal foro ſpettanti, nè li contraverſarii in corte di Roma, nè davanti altri Giudici Eccleſiaſtici citar, nè al foro Eccleſiaſtico dedur: ſotto pena alli contrafacienti di eſſer immediate caduti da tutte, e cadaune raſon, che in tal cauſa, ovver cauſe aveſſino, o aver poteſſino, e de eſilio perpetuo di Venezia, e del deſtret-

ſtretto, ovver di quelle terre, e luoghi, e deſtretti, delle quali li impetranti foſſero cittadini, e abitanti: di pagar per cadauno contrafaciente ducati 200. d' oro alli Avogadori noſtri di commun, alli quali ſia commeſſa la eſecutiôn della preſente Parte, da eſſer per loro e cadaun di loro ſcoſſa ſenza altro Conſeglio. Appreſſo li predetti Avogadori noſtri, e li Rettori noſtir di fuora abbino la medeſma auttorità per li cittadini, o altri ſotto la giuriſdizion ſua abitanti.

Che li Minerali debbano pagar li Dazj per le Vittuaglie, che conducono per uſo de' Lavoranti, come fanno delle altre robbe.

LEONARDUS LAUREDANUS D. G. Dux Venetiarum &c. Nobb. & Sapp. Viris Chriſtoforo Mauroceno de ſuo mandato Poteſtati, & Capitanio Civitatis Belluni, & ſucceſſoribus ſuis fidelibus dilectis, Salutem, & dilectionis affectum.

Significamus vobis, quod hodie in Conſilio Noſtro X. Interveniente Collegio capta fuit pars tenoris infracripti. Vid.

Che attento le ſcripture, & raſoni hora aldite, ſi per la fideliſſima Communità Noſtra di Cividal de Bellun, come per li Partecipi, & Intervenienti nelle minere d'Agort circa lo articulo, ſe i minerali per le Vittualie, che i conducono per uſo delli lavoratori in dette minere ſieno exempti dei Datii, delli quali è la controverſia, an non: & aldido, eviſto in primis il Privilegio di eſſa Communità conceſſoli in prima aquiſizine del 1420. Nec non Viſto le lettere, Capitoli minerali, leze, e Proceſſi, e tutte altre ſcripture pertinente à tal materia minerale, ſia per auctoritade de queſto Conſejo dichiarito, che per conſervazione delle promeſſe, e conceſſioni facte à dicta Communità in prima aquiſitione, ut præfertur del 1420. Li minerali debbino pagare li Dazii per le Victualie i conducono per uſo dei lavoranti predicti, come fanno delle altre Robbe: & hoc non obſtante qualunque altra coſſa in contrarium diſponente: Quare aucthoritate dicti Conſilii Noſtri 10. vobis mandamus, ut dictam Partem exequi diligentiſſimè, & cum omni integritate debeatis, regiſtrantes præſentes Noſtras in iſta Cancellaria Veſtra ad futurorum memoriam.

Datum in Noſtro Palatio die 10. Aprilis Ind. IX. 1521.

Quod

Digitized by Google

Quod Datia ſolvantur, & Obſerventur conceſſiones factæ per Excelſum Conſilium X.

ANDREAS GRITTI D. G. Dux Venetiarum &c. Nobb. & Sapp. Viris Dominio Michaeli de ſuo mandato Poteſtatis, & Cap. Civitatis Belluni, & ſucceſſoribus ſuis fidelibus dilectis, Salutem, & dilectionis affectum.

CUm lettere voſtre credential del 28. del meſe preterito, ſono comparſi alli Capi del Conſiglio Noſtro di Dieci li Sp. Oratori di queſta Fedeliſſima Communità, e ſi hanno doluto di alcune patenti fatte cum li Capi del predetto Conſiglio à certi mercadanti, che conducono Animali per le Beccarie noſtre, li quali ricuſano pagar il Dazio delli Animali preditti, che per tranſito conducono da quella Città, e Territorio: Aſſerendo queſto eſſer contra la forma del li loro Privileggi, e della parte preſa in dicto Conſilio alli 16. marzo 1487. Onde, ſe ben tenimo, che ditta Comunità, per la fede, e divozion ſua, verſo la Signoria Noſtra non ſia per far dificultà alli mercadanti noſtri, de accomodarli del tranſito per li Animali, che trareno de lochi alieni per queſta Città: Nientedimeno, intenzion noſtra è, che li Privileggi della predetta fideliſſima Communità ſiano integramente obſervati: e però vi commettemo cum li Capi del Conſ. Noſtro di Dieci, che nonoſtante le predette patenti noſtre dobbiate obſervar le ſopraditte lettere ſcritte cum el Conſ. Noſtro di X. Sotto de *16.* Marzo 1487., che ditta fedeliſſima Communità poſſi, e debba ſcuoder li Dazi conſueti di tutte quelle coſe, che ſono ſubiecte à Dazio: Il che avete ad eſequir per eſſer tale la mente Noſtra, e del prefato Conſiglio.

Has autem Noſtras ad ſucceſſorum memoriam in actis Cancellariæ veſtræ regiſtrari facite.

Datum in Noſtro Ducali Palatio die VI. Novembris Ind. IV.

Quod condemnationes fiant cum interventu, & conſenſu Conſulum.

AD ogni abundante cautela; non che ſia atto neceſſario; Noi Michiel Perſicino, e Zuanbattiſta fradelli Belluneſi provar intendemo l'infraſcritti Capitoli in la cauſa della condemnatione lo-

ro

ro fatta per il Magnifico m. Alviſe Mudatio Podeſtà, e Capitaneo di Belluno ſenza lo conſenſo delli Conſoli.

Primo: Che li Statuti, che fanno menzione, ogni aſſoluzione, overo condemnazione, che ſe ha à fare in quella Cittade ſopra ogni delitto: che 'l Maguifico Rettor, overo ſuo Vicario poſſa expedir con expreſſo tamen conſenſu de li Conſoli, quali ſono quattro, overo la maggior parte de loro, e non altrimente, ſono ſtà inviolabile oſſervanza, cuſsì ſotto il Magnifico immediate Preceſſor, come ſotto il Regimento delli altri precedenti.

Item, che li Rettori in la commiſſione loro, e così jurano d'oſſervar li Statuti di quella fideliſſima Communitade Bellunefe, reggendo quella Cittade in Civile, e Criminale, ſecondo li detti Statuti.

admiſſa die 15. *Septemb.* 1534.

Die 15. Septemb. 1534.

Vir Nobilis D. Hieronymus Contareno q. D. Thadæi, qui fuit Poteſtas, & Capitaneus Civitatis Belluni, conſtitutus in officio fuit, mandato Magnifici D. Petri Mauroceno hon. Advocatoris Communis, examinatus ſuper ultroſcriptis Capitulis, & primo ſuper primo incipiente: *primo, che li Statuti &c.* reſpondit eſſer vero, che per virtù del Statuto di Cividal, il Rettor, overo Vicario nelle Signature Criminali diè intravegnir con la maggior parte de' Conſoli di detto loco, e queſto ſempre nel mio Reggimento in dette cauſe ho oſſervato giuſta la forma della mia commiſſion, che commanda la oſſervanza di Statuti della Terra.

Et ſic juravit. Reſp.

1534. 22. Septemb.

Supraſcriptus D. Hieronymus Contareno dixit ad præſentiam Magnifici D. Petri Mauroceno Adv. Com. reformando ejus dictum, ubi dicit cum la maggior parte di Conſoli, diè intravegnir non manco della metà di Conſoli: Quæ nota facta fuit mandato ſup.

Die 17. Septemb. 1534.

Vir Nob. D. Thomas Donato q. D. Nicolai, qui fuit Poteſtas, & Capitaneus Civitatis Belluni Teſtis.

Super primo Capitulo, reſpondit verum eſſe, che nel tempo, ch' io era Rettor li ſempremai, che l'accadeſto far ſignature Criminal

minal Io ho fatto le ſignature de conſenſu Conſulum, vel per majorem partem eorum, juxta la forma del Statuto, e de la mia commiſſion: nè mai ho fatto ſignatura ut ſupra ſenza el conſenſo di Conſoli.

Super ſecundo Reſpondit dixiſſe ſuperius, quantum ſcit.

Et ſic juravit Reſp.

Aloyſius Balbi Not. Advoc. exemp.

Sp. & Eg. V. Sp. Veſtra intuebitur quantum Decretum fuerit per Conſ. XL. Criminale die inſtanti, litteris Ducalibus diei præſentis circa condemnationem latam contra ſ. Michaelem, & ſ. Jo. Baptiſtam de Perſicinis fratres: & propterea, ut omnia ſervatis ſervandis, & cum ſatisfactione juſtitiæ procedant, has noſtras ad ipſam Sp. V. deſtinare Statuimus, requirentes illam ex officio noſtro, ut pro debita executione deliberationis prædictæ debeat accipere defenſiones per Procuratorem: quibus quidem acceptis, cum interventu, & conſenſu Conſulum Civitatis iſtius, ſecundum Statutorum formam, jus, & juſtitiam miniſtrare habeat. Has autem regiſtratas præſentanti reſtituite.

Die 17. Octobris 1534.

Petrus Maurocenus Advoc. Com. Venet.

Sp. D. Aloyſio Mudatio Poteſtati, & Capitaneo Civitatis Belluni, & ſucceſſoribus.

Che per la Vena del ferro per ſervizio dell' Arſenal, che ſi condurrà, deva pagarſi il dazio, over Muda alla Communità.

Dal Regiſtro Ducal C. fol. 22. t.

ANDREAS GRITTI D. G. Dux Venet. &c. Nobb. & Sapp. Viris Hieronymo Contareno de ſuo mandato Poteſtati, & Capitaneo Civitatis Belluni fidelibus dilectis ſalutem, & dilectionis affectum.

E' Stato più volte alla preſenza Noſtra, e delli Capi del Conſiglio Noſtro di X. l'Orator di quella Sp. Communità, modeſtamente dolendoſi di uno mercato fatto per l'Arſenal noſtro con Piero Monſandino, de vena de ferri per far le Ballotte, con condizion

dizion non abbi a pagar Dazio di eſſa Vena in luogo alcuno, perilche il detto pretende non pagar li Dazj ſottopoſti a quella Comunità, che è contra li Privileggi de eſſa, & altri ordini, e dichiarazion, fatti per li Capi del Conſ. Noſtro di X., e terminazion per li Proveditori, e Patroni dell'Arſenal in materia di Dazj; ricercando ſopra ciò remedio, e proviſione, & aldito ſopra ciò el Proveditor Noſtro ſopra l'Artellaria, e ben inteſo il tutto, con predetti Capi abbiamo terminato, che non oſtante il mercato, ditto Monſadino abbia a pagar per la Vena del ferro l'ha condutto, e condurrà per ditto mercato, el Dazio, over Muda di quella Communità, reſervata però à predetto Monſandin azion contro l'Arſenal di quanto el pretenderà eſſer refatto per el Dazio, over Muda el pagherà a predetta Communità. Il che per el preſente ve abbiamo dinotato, acciò per voi ſia mandato ad execuzione. Has autem regiſtratas præſentanti reſtituere.

Datum in Noſtro Ducali Palatio die 4. Decembris 1532. Indict. VI.

Simile in Regiſtrò C. ſudetto fol. 31. ultimo Febraro 1535.

Che l'Offizio dell'Arſenal, ovvero gli Agenti di quello de cætero debbano pagar il Dazio al Veſcovo, e Communità per li legnami, che faranno condur dal boſco di Alpago, e altri boſchi per uſo della Caſa dell'Arſenal.

Dal Regiſtro Ducal C. fol. 72. t.

LAURENTIUS PRIOLUS D. G. Dux Venetiarum &c. Nobb. & Sapp. Viris Vincentio Aurio de ſuo mandato Poteſtati, & Capitaneo Civitatis Belluni, & Succeſſoribus &c.

VI ſignificamo, come jeri nel Collegio Noſtro con intervento delli Capi del Conſiglio Noſtro di X. per dar eſpedizione, e metter fine alla controverſia al detto Collegio delegata per deliberazione del predetto Conſiglio di 27. del meſe paſſato, e 16. del preſente, la quale vertiva trà il Reverend. Veſcovo, e Sp. Communità di Cividal de Bellun da una parte, e l'Offizio dell'Arſenal dall'altra, in materia del Dazio, che detti da Cividal pretendono ſi debba pagar per i legnami, che ſi conducono dal Boſco di Alpago, e altri luoghi ad uſo della Caſſa del detto Arſenal: eſſendo ſopra di eſſa cauſa più volte ſtati oditi in detto Collegio li predetti Reverend. Epiſcopo, e Sp. D. Fabio Pagan Dot. Orator del-

la detta Città di Cividal in contraditorio con li ſopradetti Proveditori, e Patroni all'Arſenal, con li Avvocati dell'una, e l'altra parte; fu preſo, che l'Offizio predetto, overo li Agenti di quello *de cetero* debbano pagar il Dazio predetto al Veſcovo, e Communità ſopradetti per li legnami, che faranno condur dal Boſco di Alpago, e altri Boſchi per uſo della Caſſa dell'Arſenal. Il che avemo voluto ſignificarvi, commettendovi, che facciate regiſtrar le preſenti in quella Cancellaria.

Datum in Noſtro Ducali Palatio die 21. Junii Ind. 11. 1559.

Vedi ſimile in detto Regiſtro C. fol. 119. ultimo Agoſto 1564.

Che l'Offizio dell'Arſenal ſia obbligato a pagar al Veſcovo, ed alla Communità il Dazio delli Remi.

1564. *die ultimo Auguſti. In Collegio, intervenientibus Excellentiſſimis D. Capitibus Illuſtriſſimi Conſ. X. & habente auctoritatem a præd. Illuſtriſs. Conſ. X. cum additione.*

AVendoſi udito in queſto Collegio li Proveditori, e Patroni Noſtri all'Arſenal con li loro Advocati, preſenti li Avocati Noſtri Fiſcali, ſopra la delegazione fatta dal Conſiglio Noſtro di X. e Zonta a 22. del meſe di Marzo proſſimamente paſſato a queſto Collegio in materia dell'atto fatto dal detto Collegio del 1559. a favore del Reverend. Veſcovo di Cividal, cioè, che l'Offizio dell'Arſenal fuſſe obbligato pagarli il Dazio delli Remi, come in quello, & udito all'incontro eſſo Reverend. Veſcovo, con li ſuoi Avvocati. L'andarà il boſſolo bianco, che l'atto predetto del 1559. ſia tagliato, il verde de no, ma che eſſo atto reſti valido, il roſſo non ſincero; e fu preſo, che eſſo atto reſti valido.

Angelus Cornelius Ducalis Notarius.

Quod cuſtodes ad portas civitatum nihil accipiant de fructibus, & rebus intrantibus.

Die 23. Decembris 1538. *in Rogatis*.

ESsendo venuti diverſi rechiami alla Sig. noſtra della Città, e communità, e luoghi noſtri di terra ferma, che dalli guardiani delle porte ordinarii, e eſtraordinarii, ſoldati, e gabellieri ſi uſano

Digitized by Google

no di molte inſolenze in pigliar per forza da quelli, che conducono robbe, frutti, e vettovaglie di ogni ſorte dentro le terre, quello che loro vogliono; il che è di molto mal eſempio, e mala ſatisfattione delli conduttori di eſſe robbe, e può cauſar, ſi come ha cauſato molte volte, qualche ſcandalo, e rumore: E' neceſſario fargli opportuna, e conveniente proviſione, sì per metter freno alla temerità, e inſolenza di queſti tali, come per dar maggior animo ad ogn'uno di condur dentro le terre le coſe neceſſarie per il viver delli abitanti: però

L'anderà Parte, che ſalve, e reſervate tutte le altre Parti ſopra ciò diſponenti, che non ſi poſſa tuor coſa alcuna, ſia a quelle per autorità di queſto Conſeglio aggiunto, che non poſſa nell' avvenire alcuno conteſtabile, ſoldato deputato alla guardia delle porte delle città, e luoghi noſtri di terra ferma, e da mar, gabellieri, e altro che ſia, pigliar dalli conduttori delle robbe ſopraſcritte coſa alcuna di quello, che condurrano nelle città; non oſtante preteſto de conſuetudine, over corrutela, o lettera della Sig. noſtra, over del Collegio che per aventura allegaſſero in contrario: ſotto pena a chi ne pigliaſſe parte alcuna di ſubita privation dell'officio loro, e ſotto quelle altre pene, che gli ſaranno impoſte dalli Rettori delli luoghi per li proclami loro.

Et la preſente Parte ſia mandata a tutti li Rettori noſtri da terra, e da mar, acciò la faccino pubblicar ad intelligentia di ogn' uno, e l'abbino in ogni modo ad oſſervar, e eſequir.

In materia de' Livelli.

FRANCISCUS Venerio Dei Gratia Dux Venetiarum &c. Nobili & Sapienti Viro Laurentio Bragadeno de ſuo mandato Poteſtati, & Capit. Civitatis Belluni, & Succeſſoribus ſuis fidelibus dilectis Salutem, & dilectionis affectum.

Significamus Vobis, quod heri in Conſilio Noſtro Rogatorum capta fuit Pars tenoris infraſcripti. Videlicet

SOno ſtati più volte uditi dalli Savii Noſtri dell' una, e l' altra mano gl' Intervenienti per il fideliſſimo Territorio di Cividal di Bellùno in contraditorio con l'Ambaſciatore della Spett., e fedeliſſima Communità della Città ſopra alcune differenze trà loro vertenti in materia delli Livelli fatti nel predetto Territorio del 1520. in quà, alli quali eſſendo ſtato procurato di metter fine per via d' accordo, & vedendoſi, che tuttavia vi reſta qualche difficoltà, è neceſſario provvedere, che tali loro differenze per benefizio dell'una e l'altra parte reſtino acquietate.

Però

Però l'anderà Parte, che de cætero li Livelli di Biade, e Vini in Cividal di Belluno, e Territorio dal 1520. in quà con Denari, e robbe in equivalente, ſiino per l'avvenire ridotti di Calvie otto Formento per cavedal de Lire cento, e che il Livellario ſia in libertà di pagare in quà inanzi le Calvie otto Formento, ovvero esborſare Soldi diſdotto per Calvea per tutto il Meſe di Settembre, e paſſato eſſo Meſe non avendo pagato, il Patron del Livello poſſa aſtrenzerlo ad detto pagamento, & non più, potendo eſſo Livellario francarſi quandocumque eſborſato la ſumma del Denaro avuto, ovvero l'equivalente in tante Terre; & il ſimile ſi deva ſervare nelli Livelli de' Vini, & altro, li quali s'abbino a pagare al tempo di San Martino in tanti Vini, ovvero la valuta di eſſi, la quale abbia a reſponder a ragion de Lire 7. 4. d'utile per ogni Lire 100. de Cavedal, e non più come di ſopra; & del reſto ſia poſto ſilenzio a tal man de Livelli, ogn'altra Provviſion paſſata non oſtante. Quare &c.

Data in Noſtro Ducali Palatio die ultima Maii Indictione XIII. 1555.

Che ſia ſervato il Concilio di Trento.

NOI Girolamo Prioli per gratia di Dio Duce di Venezia, &c. A tutti, & cadauno così magiſtrato, & giuſdicente in queſta noſtra città, come Duca, Luogotenente, Podeſtà, Capitanio, Bailo, Conte, Rettor, Proveditor, overo altro rappreſentante noſtro, che con qual ſi voglia nome, o titolo s'attrova al preſente, over nell'avvenir ſarà nel Dominio così da parte da terra, come da mare, ſalute, & grazia. Vi deve eſſer nota l'obligazione, che hanno li Principi Chriſtiani, come obbedienti figlivoli di S. Chieſa di accettar, & obbedir, & far che nelli Regni, & Stati loro ſiano accettati, & obbediti li Decreti delli ſacri generali Concilii legitimamente congregati con l'auttorità della S. Sede Apoſtolica, & celebrati con l'aſſiſtentia del Spirito Santo, de' quali Concilj uno è quello di Trento principiato ſotto Paolo III. continuato ſotto Giulio III. Pontefici di fel. mem. & finalmente concluſo, & terminato ſotto li felici auſpicj del Beatiſſimo Pio Quarto moderno Pontefice, avendo ſua Santità con ſomma prudenza, & mirabil diligenza operato quanto è ſtato biſogno per il progreſſo di eſſo ſanto Concilio; onde ſi deve conoſcer da lei (mediante però la Divina Gratia) queſti ſantiſſimi Decreti, che in eſſo Concilio ſono ſtati fatti, tanto ſpettanti alla fede, quanto alla reformatione, nel quale ſono concorſi tanti Prelati per dottrina, & integrità di vita preclariſſ.

& al-

& altre degniſs. perſone, con intervento d'Ambaſciatori dell' Imperatore, de' Re, della noſtra Republica, & altri Principi Chriſtiani, li qual Decreti poi ſono ſtati confirmati dalla Beatitudine Sua, la qual avendo Noi ricercati ad accettar il ſuddetto ſacro Concilio, & farlo accettare, & obbedir in tutto il Dominio noſtro: Noi, ſe ben prima, come quel religioſo, & criſtiano Principe che ſiamo, & che ſono ſtati tutti li noſtri maggiori, a laude del Signore Dio, & beneficio della Republ. Chriſtiana l' avemo accettato, & anco a voi per noſtre lettere di vintidue Luglio paſſato comandatone l'eſecutione, non dimanco per la medeſima cauſa, & a richieſta di Sua Beatitudine, della quale ſiamo obedientiſſimi figliuoli, da novo l'accettamo, & volemo che in tutto il Dominio noſtro sì da parte da terra, come da mare, ſia accettato, & religioſamente eſequito, per il qual effetto vi interponemo l' autorità noſtra, comandandovi co'l Senato, che non eſſendo ancora publicato nella voſtra giuriſdizione eſſo ſanto Concilio, operiate che il Reverend. D. Patriarca, o Arciveſcovo, o Veſcovo, o altro Prelato, che ne averà carico, lo faccino pubblicare, & per la debita eſecutione gli darete ogni ajuto, & favor conveniente: dandone particular conto di tempo in tempo di quanto ſuccederà in queſto negotio tanto importante per trattarſi la gloria di Dio, il ſervitio di tutta la Criſtianità, & la ſatisfattione della Beatitudine Sua, & della Signoria noſtra.

Quod de Animalibus conductis pro Beccariis Venetiarum ſolvatur Datium Magnificis Communitatibus Belluni, & Feltri.

Ex Regeſto Ducali C. fol. 149. t.

ALOYSIUS MOCENIGO D. G. Dux Venet. &c. Nobb. & Sapp. Viris Joanni Delphino de ſuo mandato Poteſtati, & Capitan. Civitatis Belluni, & Succeſſoribus &c.
Significamus Vobis heri in Conſilio Noſtro Decem cum additione captam fuiſſe partem tenoris infraſcripti. Videlicet

